

HIERARCHIA CATHOLICA
MEDII ET RECENTIORIS AEVI

Vol. IV

HIERARCHIA CATHOLICA
MEDII ET RECENTIORIS AEVI

SIVE

SUMMORUM PONTIFICUM, S. R. E. CARDINALIUM, ECCLESIARUM ANTISTITUM SERIES

E DOCUMENTIS TABULARII PRAESERTIM VATICANI

COLLECTA, DIGESTA, EDITA


VOLUMEN QUARTUM

A PONTIFICATU CLEMENTIS PP. VIII (1592)
USQUE AD PONTIFICATUM ALEXANDRI PP. VII (1667)

PER

PATRITIUM GAUCHAT, O. M. CONV.
PHILOSOPHIAE DOCTOREM ET SACRAE THEOLOGIAE MAGISTRUM

MONASTERII MCMXXXV
SUMPTIBUS ET TYPIS LIBRARIAE REGENSBERGIANAE





Ex parte Ordinis nihil obstat quominus imprimatur.

Romae, ad SS. XII Apostolos, die 7 Decembris 1935.

Fr. Dominicus Tavani,
Minister Generalis
Ord. FF. Min. Conv.

Imprimatur.

Monasterii, die 16 Decembis 1935.

Meis,
No. L 2065. *Vicarius Episcopi Generalis.*

RE-IMPRESSIO IMMUTATA
PATAVII MCMLX

TYPIS ET SUMPTIBUS DOMUS EDITORIALIS 'IL MESSAGGERO DI S. ANTONIO'
PROVINCIAE PATAVINAE S. ANTONII ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM
APUD BASILICAM S. ANTONII - PATAVII (ITALIA)

Praefatio.

Ob provectam aetatem praeclarissimi Conradi Eubel, O. M. Conv., qui deinde mortuus est († 2 Febr. 1923), necesse fuit ut alius opus „Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi“ continuaret. Proinde anno 1924 Dr. Sigismundus Brettle, O. M. Conv., hoc munus assumpsit, qui postea, impedimento physico supereveniente, coactus est illud relinquere Superiore meo annuente, anno 1930 Romam ipse veni ut vires meas huic operi navarem.

Hoc munus aggrediens, inveni Brettle opus de hierarchia diverso et ampliori modo persequi cogitasse. Solummodo ultimis mensibus sui laboris priorem methodum ab Eubel secutam continuare in mente habuit.

His in rebus expertorum unanimi voto audito, censui methodum ab Eubel inceptam persequendam esse, additis utique addendis et mutatis mutandis iuxta fontium et circumstantiarum exigentiam. Ideo, licet Brettle strenuo labore se exhausisset, hoc quartum volumen denuo incipere debui. Tamen, inter manuscripta a Brettle confecta et mihi relicta inveni nonnullas res, quae istum tomum directe respiciunt, et quibus deinde usus sum. Propterea erga Brettle grato animo me habeo.

Methodus trium priorum tomorum „Hierarchiae Catholicae“ satis nota est. Singuli tomi in duos libros dividuntur: liber I Summos Pontifices (I pars) et S. R. E. cardinales (II pars) continet, qui (cardinales) tam secundum eorum creationem sub unoquoque pontificatu quam secundum eorum ecclesias titulares inveniuntur; liber II vero continet patriarchas, archiepiscopos et episcopos totius Ecclesiae ordine alphabetico dioecesium, quibus praeerant, allatos, adnotatis die electionis ad respectivam sedem, modo quo sedes vacabat tempore electionis, et fonte Vaticano istarum rerum. Deinde in adnotationibus inveniuntur notitiae consistoriales tempore electionis emanatae et notitiae ad ipsum promotum vel ad statum dioecesis pertinentes. Omnia huiusmodi inveniuntur simul cum fontium assignatione, e quibus hauriuntur. Ulterius tomus ordinatur iuxta computationem hierarchicam seu iuxta Summorum Pontificum pontificatus, relicta computatione saeculari. Tamen ad secundum librum additur appendix nominum vulgarium personarum, quae in illo inveniuntur. Sic, si quis inveniat nomen alicuius promoti non vero dioecesis, cui praeerat, ipse promotus nihilominus reperiri potest.

Fontibus novis occurrentibus et fontibus iam adhibitis interea in alium ordinem redactis, quaestio antea satis discussa de modo signandi fontes ab Eubel adhibitos non amplius locum habet, sed nonnulla de fontibus huius tomi oportet praemittere.

Fundus consistorialis hodie in Tabulario Secreto Vaticano existens ordinatur et dividitur in „Acta Camerarii“, „Acta Vicecancellarii“ (ad annum 1632 tantum perveniunt Acta Vicecan.), et „Acta Miscellanea“.[1]) In istis manuscriptis acta consistoriorum secretorum continentur, quae feria secunda vel sexta coram Sanctissimo Domino Nostro in palatio Vaticano vel Quirinali locum habere solebant, et in quibus cardinales creati et episcopi ac abbates monasteriorum consistorialium promoti vel translati erant. Huiusmodi acta nomine cardinalis Camerarii Sacri Collegii a secretario eiusdem Collegii in scriptis redacta fuerunt, et etiam cardinalis Vicecancellarius (de facto Cancellarius) S. R. E. huiusmodi acta registrari fecit. Ideo ista acta consistorialia operis de hierarchia verum fundamentum constituunt.

Tamen pro tempore quod in hoc tomo illustratur habentur et alii fontes, qui pro nostro opere magnum momentum habent. Imprimis recensendi sunt processus consistoriales Tabularii Sacrae Congregationis Consistorialis nunc in Tabulario Vaticano asservati, qui aliquot tantum abhinc annis mundo scientifico patent. Nam a multis iam annis illi in Tabulario Vaticano aderant sed de illis nemo curabat. Brettle illos inspicere coepit et nunc omnibus patent. De illis nonnulla breviter stabilire oportet.[2])

Antequam quis ad episcopatum (quod valet etiam pro abbatiis seu monasteriis consistorialibus) promotus vel ab uno ad alium episcopatum translatus esset, Sedes Apostolica de qualitatibus promovendi ad hoc requisitis necnon de statu illius dioecesis certiorem se reddebat. Iam anno 1517 Leo PP. X statuerat, ut processus inquisitivus de promovendis ad episcopatus fieret. Deinde die 11 Nov. 1563 Concilium Tridentinum metropolitis imposuit, ut de legitimis natalibus, aetate etc. eorundem promovendorum investigaretur et quidem testimonio personarum fide

[1]) De Inventario huiusmodi fundi cf. Sussidi per la Consultazione dell' Archivio Vaticano (Studi e Testi n. 45), Biblioteca Vaticana 1926, pp. 203–219.

[2]) Cf. etiam *Jadin L.*, in Bulletin de l'Institut historique belge de Rome VIII—XI (1928—1931) qui processus consistoriales ad dioeceses Belgii pertinentes (usque ad annum 1849) edidit et de processibus in genere disseruit.

dignarum. Deinde die 15 Maii 1591 Gregorius PP. XIV dedit novas instructiones ad processus conficiendos et decrevit ut pro partibus Roma distantibus delegatus vel nuntius apostolicus illius partis, ubi processus formari debebant, huiusmodi processibus praeessent, et processus iam expletos Romam mitteret. Cum processus nihilominus non satis fideliter conservarentur, Urbanus PP. VIII die 15 Dec. 1625 ordinationes severas emanavit, ut illi colligerentur et in Tabulario Congregationis Consistorialis fideliter conservarentur. Deinde anno 1627 idem Summus Pontifex promulgavit constitutionem „Processus", in quo omnia de processibus consistorialibus usque adhuc statuta fuerunt emendata, et in posterum dicti processus iuxta has regulas clare definitas formati sunt.

Huiusmodi processus hodie asservati, qui 253 tomos comprehendunt, ab anno 1591 incipiunt, excepto tomo X, qui nonnullos processus ad annos 1564—1595 pertinentes continet. Tamen usque ad annum 1625 nonnulli ex illis deficiunt. Deinde ab anno 1625 regulariter custoditi inveniuntur.

De valore historico istorum processuum quid dicendum? Nonnulla in illis inveniuntur documenta, sive originalia sive exemplaria authentica, quae de promovendis notitias magni momenti referunt, e. g. fides baptismatis, testimonium de natalibus, litterae patentes de ordinibus sacris susceptis, instrumentum electionis a capitulo, ubi hoc ius vigebat, nominatio a rege etc. Valor istorum documentorum satis clare apparet. Quaestio est de valore rerum ex testimonio aliorum desumptarum.

Certum est inveniri in processibus testimonia, quae cum veritate rerum prorsus non concordant. Imo aliquando accidit ut, cognita falsitate cuiusdam processus iam expleti, necessarium fuerit alium processum de eodem promovendo vel de statu eiusdem dioecesis instituere. Ideo in iudicio ferendo de testimonio aliorum in singulis processibus deposito necesse est artis criticae regulis uti. Neque difficile est hoc peragere cum de unoquoque teste vocato omnia necessaria habeantur: nomen, aetas, locus residentiae, utrum sit promovendo affinis vel amicus, a quonam tempore illum cognoscat etc. Similiter ad singula responsa fit interrogatio quomodo hoc deponat, an ex scientia propria vel ex auditu etc. His praemissis non est negandus valor historicus processuum consistorialium.

Incipiente anno 1622 etiam Dataria Apostolica instituit processus inquisitivos de promovendis ad episcopatum. Huiusmodi processus usque ad finem saeculi XIX perveniunt, sed maiori ex parte non multum a processibus consistorialibus differunt, et modo breviori confecti sunt. Tandem aliquando invenitur processus Datariae expletus non vero ille consistorialis, et hoc praesertim accidit pro promovendis ad ecclesias titulares, qui Romae residebant.

In dicto Tabulario Congregationis Consistorialis habentur etiam Acta Congregationis Consistorialis, in quibus reperiuntur res ab huiusmodi Congregatione tractatae de episcopis et abbatibus consistorialibus promovendis antequam in consistorio proponerentur.[1]) De huiusmodi actis habentur 205 voll., quae periodum 1592—1806 complectuntur. Tamen acta, quae ad periodum ante annum 1627 pertinent, fere totaliter perdita sunt, et pro tota periodo usque ad annum 1650 tantum 10 voll. supersunt. Post annum vero 1651 satis regulariter sequuntur, ita ut unum vel duo, imo et tria, voll. habentur, quae res ad eundem annum pertinentes continent.

Praeparatione huius tomi incepta, mihi obvium fuit electiones seu provisiones nonnullorum episcoporum ex ipsis actis consistorialibus deesse. Cum satis frequenter hoc evenisset, non poterat negligentiae seu errori scriptoris attribui sed potius cogitandum fuit de alio modo novo et extraordinario providendi ecclesiis. Cum apud AC 16 f. 205 expresse dicatur „die 10 Sept. 1627 provisionem ecclesiae Curien. de persona Iosephi Mohr per breve apostolicum factam fuisse", et iterum apud AC 21 f. 153 mense Aprili 1667 inveniatur, „attenta Pontificis infirmitate expeditae fuerunt per secretas litteras in forma Brevium nonnullae ecclesiae in partibus infidelium existentes, videlicet patriarchatus Constantinopolitan. et Antiochen., Athenarum, Tarsen., Cyrenen., Sidonien.," satis clare apparuit huiusmodi novum modum esse per viam brevis apostolici. Cum Tabularium Secretariatus (hodie Cancellariae) Brevium, licet in Tabulario Vaticano depositum, auctoritati Cancellariae Brevium adhuc subiaceat, permissionem illud perscrutandi a Rev.mo Cancellario Brevium obtinui.

Pro tractu temporis, quem hic tomus amplectitur, habentur in dicto Tabulario plus quam 1100 voll. manuscriptorum satis magna et, licet maiori ex parte brevia apostolica complectantur, adsunt tamen etiam multa voll. bullarum et cedularum consistorialium pro episcopis ecclesiarum per viam brevis expeditarum. Ideo munus huiusmodi materiam inspiciendi satis durum fuit.

Necessitas huius fontis clare apparet, si recolamus quod in isto tomo per viam brevis apostolici inveniuntur 58 nominationes seu provisiones episcoporum (incipiunt iam anno 1611 cum ecclesia Cyrenen.), quae in actis consistorialibus desunt, et 31 per viam bullae in hoc Tabulario conservatae, quae alibi desunt, vel si alibi inveniuntur, modo non accurato referuntur.

---

[1]) De istis Actis et de Congregatione Consistoriali cf. *Jadin L.*, Les Actes de la Congregation Consistoriale concernant les Pays-Bas, la principauté de Liège et la Franche-Comté 1593—1797, Rome 1935 (extractum de Bulletin de l'Institut historique belge de Rome XVI).

Utilitas huius fontis etiam clare appparet. Nam nominationes ad dignitates et officia, dispensationes et multa alia, quae episcopos et cardinales respiciunt, per viam brevis apostolici fieri solebant. Imo nec deficit casus in quo ecclesia titularis cardinalitia cardinali per viam brevis et non in consistorio assignata fuit.

Insimul cum brevibus inveniuntur etiam illa documenta, quae ad singula brevia praeparanda necessaria fuerunt. Ista documenta valde utilia sunt et inter illa invenitur petitio ab oratore facta, in qua refertur ratio cur breve requiratur. Ulterius inter ea inveniuntur notitiae de persona, cui breve concedendum est, et aliquando totus processus inquisitivus ibidem habetur. In casibus de nominationibus a Sacra Congregatione de Propaganda Fide factis, multa istiusmodi documenta reperiuntur. Nam nominationes huius Congregationis in congregationibus generalibus eiusdem fieri solebant, et deinde decretum nominationis conficiebatur. Approbatione a Summo Pontifice concessa, huiusmodi decreti exemplum ad Secretariatum Brevium mittebatur et breve nominationis deinde dabatur. Cum omnia ista insimul cum brevi nominationis inveniantur, non oportuit me saepe accedere ad Tabularium Congregationis de Propaganda Fide, quod non in Tabulatio Vaticano sed adhuc apud dictam Congregationem conservatur.

Cum sermo de cedula consisteriali fuerit, oportet nonnulla de instrumentis in electione episcoporum habitis praeponere.

Cum processus expletus examini subiectus, et deinde a cardinalibus prioribus ordinum, membris Congregationis Consistorialis et cardinale protectore nationis promovendi approbatus fuisset, redigebatur brevis relatio seu propositio status dioecesis et qualitatum promovendi, quae deinde in diversis exemplaribus singulis cardinalibus Sacri Collegii Romae degentibus mittebatur. Deinde dictus cardinalis protector, vel decanus Sacri Collegii, in consistorio omnibus annuntiabat in sequenti consistorio talem personam ad talem dioecesim esse promovendam. Huiusmodi vocatur simpliciter „praeconisatio". Deinde in consistorio sequenti, nisi impeditus fuerit, idem cardinalis dictam relationem seu propositionem omnibus in consistorio oraliter communicabat. In fine vero consistorii Sanctitas Sua promovendum approbabat et sic ad ecclesiam (vel monasterium seu abbatiam consistorialem) promotus erat. His peractis cardinalis protector redactionem „cedulae consistorialis" fieri iubebat, in qua habebantur decreta in consistorio emanata, nomen promoti etc., quae deinde mittebatur cardinali Vicecancellario, vel cardinali Secretario Brevium si in illo loco bulla facienda erat. Postquam electus taxas debitas solvit et obligationibus suis satisfecit, bulla iuxta diem etc. in cedula notatam redacta et expedita erat. Dictae relationes seu propositiones diversis in locis inveniuntur, e. g. in Misc. Arm. XII sunt plures, sed illae apud AM 45, 46, 47, 49, 51, 52 et 97, 98 (quae usque ad annum 1625 perveniunt) diem provisionis (in tergo) assignatam habere solent ac proinde uti acta consistorialia considerandae sunt.

Reliqui fontes a me adhibiti in loco proprio sunt assignati. Inter hos fontes nominentur diaria magistrorum caeremoniarum Mucantii, Alaleonis, Servantii, et Bonae in Bibliotheca Vaticana cum assignatione „Vat. Lat. 12289—12338" (olim „Arch. Vat., Misc. Arm. XII 64—88"), consecrationes episcoporum Romae ab anno 1565 ad diem 13 Aug. 1662 peractae et a magistris caeremoniarum adnotatae apud „Misc. Arm. XIII 33", et necrologium episcoporum, qui Romae annis 981—1777 obierunt, a Galletti confectum, „Vat. Lat. 7900". Ulterius notandum est quod apud Misc. Arm. XII nonnullae aliae res consistoriales inveniuntur.

Ad singulos fontes signandos necnon ad alias singulas locutiones et voces, quae saepe occurrunt, abbreviationibus usus sum, quarum elenchus infra invenitur. Libri impressi a me adhibiti, ut lacunae explerentur, in locis suis nominatim citati reperiuntur.

Iucundum mihi officium est publicas agere gratias Rev.mo Angelo Mercati, Tabularii Vaticani praefecto, qui non solum consilio haud raro me adiuvit sed etiam plagulas de prelo corrigendas inspexit et emendavit. Similiter gratias ago Rev.mo Iosepho Beltrami, Tabularii Brevium praesidi, qui valde humaniter meam consultationem brevium facilem reddidit. Denique erga omnes et singulos, qui aliquo modo me adiuverunt, grato animo me habeo, et in votis est ut, Deo favente, huiusmodi operis de hierarchia continuatio necnon trium priorum tomorum emendatio definitiva a me iam incepta suo tempore perficiantur.

Romae, Kalendis Decembris MCMXXXV.

Patritius Gauchat, O. M. Conv.

Sigla

I. Abbreviationes Auctoris.

a) Abbreviationes locutionum singularum

a. = anno, anni, annum
abb. = abbas vel abbatia
absolv. (a vinc. NN.) = absolvitur (a vinculo ecclesiae NN. quo tenebatur)
add. = addendum seu addatur
admin. = administratio, administrator
advoc. consist. = advocatus consistorialis
aet. = aetatis
al. = alias
an. = annorum
ann. = annuus
apost. = apostolicus
archidiac. = archidiaconus
archiep. = archiepiscopus
archiepatus = archiepiscopatus
Arch. Prop. = Archivum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide
Arch. Vat. = Archivum Secretum Vaticanum
assign. = assignatio vel assignatur
aud. = auditor
bacc. = baccalaureus
bapt. = baptizatus
bas. = basilica
benef. = beneficium
Bibl. Vat. = Bibliotheca Apostolica Vaticana
Cam. Apost. = Camera Apostolica
can. = canonicus, canonicatus
cancell. = cancellarius
capell. = capellanus
card. = cardinalis
cass. = cassatio
cath. = catholicus
cathedr. = cathedralis
cess. = cessio
cf. = conferas
circ. = circiter
cler. = clericus
coadi. c. f. s. = coadiutor cum futura successione seu cum iure futurae successionis
coll. eccl. = collegiata ecclesia
commend. = commendatarius
commiss. = commissarius
Conc. Trid. = Concilium Tridentinum
compat. = compatibilis
conc. = conceditur vel concessum fuit
cond. (iur.) = condonatio (iurium)
confirm. = confirmatio vel confirmatur
cons. = consecratio vel consecratur
consist. = consistorium, consistorialis
const. = constitutus
Congr. Barn. = Congregatio Clericorum Regularium S. Pauli seu Barnabitarum
Congr. Orat. = Congregatio Oratorii
C. R. Som. = Clericorum Regularium a Somascha
cubic. = cubicularius
Cur. Rom. = Curia Romana
D. = dominus
decan. = decanus
decr. = decretum
def. natal. = defectus natalium
denom. = denominatio
deput. = deputatur
diac. = diaconus
dign. = dignitas ecclesiastica
dim. = dimissio
dioec. = dioecesis
disp. = dispensatio
doct. phil. vel theol. vel iur. can. vel iur. utr. = doctor philosophiae vel sacrae theologiae vel iuris canonici vel iuris utriusque
duc. = ducatorum
eccl. = ecclesia
el. = electus
eleemos. = eleemosinarius
em. = eminentissimus
ep. = episcopus
epalis = episcopalis
epatus = episcopatus
exped. = expeditio vel expeditur
fac. cap. = facultas capiendi
f. = folium; ff. = folia
fam. = familiaris
fr. = fructus
flor. = florenorum
gen. min. vel mag. = generalis minister vel magister
gub. = gubernator
immed. subi. = immediate subiecta
ib. = ibidem
in diac. ord. = in diaconatus ordine constitutus
in pbr. ord. = in presbyteratus ordine constitutus
in subdiac. ord. = in subdiaconatus ordine constitutus
ind. = indultum
instr. = instrumentum
ips. eccl. = ipsius ecclesiae
irreg. = irregularitas
iuram. fidel. = iuramentum fidelitatis
l. = linea
l. c. = loco citato
libr. Turonen. = librarum Turonensium
lic. = licentiatus
litt. testim. = litterae testimoniales
m. = mensis, mense, mensem
mag. = magister
metrop. = metropolita vel ecclesia metropolitana
mon. = monasterium
nat. = natus
nob. = nobilis
nomin. = nominatio vel nominatur

nomin. r. cath. = nominatur a rege catholico (scil. Hispaniae)
nomin. r. x^{mo} = nominatur a rege christianissimo (scil. Galliae)
not. = notarius
nunt. = nuntius apostolicus (seu Summi Pontificis)
ob. = obitus vel obiit
O. C. S. Aug. = Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini
O. Carm. = Ordinis Fratrum Carmelitarum
O. Carm. Disc. = Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum
O. Carth. = Ordinis Carthusianorum
O. E. S. Aug. = Ordinis Eremitarum Sancti Augustini
O. M. Cap. = Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum
O. M. Conv. = Ordinis Fratrum Minorum Conventualium
O. M. Obs. = Ordinis Fratrum Minorum de observantia
O. M. Ref. = Ordinis Fratrum Minorum Reformatorum de observantia
O. Merc. = Ordinis B. Mariae de Mercede redemptionis captivorum
O. Minim. = Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula
O. P. = Ordinis Fratrum Praedicatorum
O. Praem. = Ordinis Praemonstratensis
O. S. B. = Ordinis Sancti Benedicti
O. S. Bas. = Ordinis Sancti Basilii Magni
O. S. M. = Ordinis Servorum Mariae
O. Trin. = Ordinis Sanctissimae Trinitatis de redemptione captivorum
par. eccl. = paroecialis ecclesia
patr. = patriarcha
pbr. = presbyter
pens. = pensio
poenit. = poenitentiarius
poss. = possessio
postul. = postulatio vel postulatur
praef. = praefectus
prael. dom. = praelatus domesticus Summi Pontificis
praepos. = praepositus vel praepositura
praesent. = praesentatur vel praesentatio
praesent. r. cath. = praesentatur a rege catholico (scil. Hispaniae)
proc. = procurator
prom. = promotus
prot. vel proth. = protonotarius
prov. = provisio vel provisus
ref. = referendarius
reg. = regularis
renunt. = renuntiatur vel renuntiatio
reserv. = reservatio vel reservatur
res. = resignatio
ret. compat. = retentio compatibilium
S. = sanctus
Sacr. Coll. = Sacrum Collegium (S. R. E. Cardinalium)
Sacr. Congr. Consist. = Sacra Congregatio Consistorialis
Sacr. Congr. Prop. = Sacra Congregatio de Propaganda Fide
Sacr. Rit. Congr. = Sacrorum Rituum Congregatio
scut. = scutorum
secr. = secretarius
Sed. Apost. = Sedes Apostolica
sen. = senescit
S. I. = Societatis Iesu
S. Off. = Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii
S. R. E. = Sancta Romana Ecclesia
S. S. = Sua Sanctitas
S.^{mus} D. N. = Sanctissimus Dominus noster
subdiac. = subdiaconus
suffr. = suffraganeus(a) episcopus vel ecclesia
Sum. Pont. = Summus Pontifex
supplic. r. Polon. = supplicatur a rege Poloniae seu supplicatio regis Poloniae
Theatin. = Ordinis Clericorum Regularium vulgo Theatinorum
thesaur. = thesaurarius
tit. = titularis
tr. = translatus vel translatio
tt. = titulus
utr. sign. ref. = utriusque Signaturae referendarius
vac. = vacat vel vacans
valor ann. fr. mens. epalis = valor annuus actualis fructuum mensae episcopalis
Vat. Lat. = codex Vaticanus Latinus Bibliothecae Apostolicae Vaticanae
vic. gen. = vicarius generalis

b) Abbreviationes nonnullorum decretorum Consistorialium.

c. decr. . . . . erig. mont. piet. = cum decreto, quod ad praescriptum Concilii Tridentini montem pietatis erigat.

c. decr. . . . . erig. sem. = cum decreto, quod ad praescriptum Concilii Tridentini seminarium erigat.

c. decr. . . . . erig. theol. et poenit. = cum decreto, quod ad praescriptum Concilii Tridentini praebendas theologalem et poenitentialem erigat.

c. decr. . . . . instr. supellect. = cum decreto, quod sacrarium sacra supellectili sufficienter instruat.

c. decr. . . . . loc. success. = cum decreto, quod, quando factus fuerit locus successioni, dicta ecclesia (scil. ecclesia titularis) ipso iure vacet et vacare censeatur.

c. decr. . . . . non pontif. nisi NN. = cum decreto, quod non possit exercere pontificalia nisi in civitate et dioecesi NN. de licentia episcopi (scil. ordinarii).

c. decr. . . . . non resid. = cum decreto, quod ad dictam ecclesiam (scil. ecclesiam titularem), donec ab Infidelibus detineatur, accedere, et apud illam personaliter residere, minime teneatur.

c. decr. . . . . prof. fidei (ante cons., intra 6 m. etc.) = cum decreto, quod antequam possessionem dictae ecclesiae (vel ante consecrationem) adipiscatur, teneatur professionem fidei denuo emittere, et instrumentum illius quamprimum (vel intra sex menses etc.) ad Curiam Romanam transmittere.

c. decr. . . . . prof. fidei et iuram. fidel. = ut supra sed legas: professionem fidei et iuramentum fidelitatis.

c. decr. . . . . repar. cathedr. = cum decreto, quod ecclesiae cathedralis reparationi pro viribus incumbat, eius conscientiam in hoc onerando.

c. decr. . . . . repar. dom. epalis = cum decreto, quod domus episcopalis reparationi pro viribus incumbat, eius conscientiam in hoc onerando.

c. decr. . . . . NN. scut. (vel duc. etc.) repar. cathedr. (vel dom. epalis) = cum decreto, quod pro reparatione ecclesiae cathedralis (vel domus episcopalis) teneatur expendere NN. scutorum (vel ducatorum etc.) singulis annis, donec eiusdem necessitatibus fuerit sufficienter provisum, alias pro dicta rata fructus suos non faciat, onerando in hoc eius conscientiam.[1])

c. decr. . . . . vac. mon. vel can.^{tus} etc. = cum decreto, quod per huiusmodi provisionem monasterium NN. vel canonicatus etc. eo ipso vacet, et vacare censeatur.

c. disp. . . . . aet. = cum dispensatione super eo, quod ad aetatem canonicam (scil. 30 annorum completorum) nondum pervenerit.

c. disp. . . . . gradus = cum dispensatione super eo, quod nullo gradu doctoratus polleat.

1) Die 20 Sept. 1627 habetur hoc decretum ad rem: „S.^{mus} Dominus declaravit, quod, quando decernit, et imponit onus episcopis, ut partem aliquam fructuum mensae episcopalis impendant pro reparatione ecclesiae, seu structura domus episcopalis, intelligit, quod episcopi praescriptam pecuniarum summam impendere teneantur ultra id quod de iure ac vi sacrarum Constitutionum persolvere omnino debent". (AC 16 f. 207')

c. disp. . . . . nat. haer. = cum dispensatione super eo, quod est ex parentibus haereticis natus, et in haeresi educatus.

c. disp. . . . . natal. = cum dispensatione super eo, quod non est ex legitimis natalibus natus.

c. disp. . . . . sacr. ord. = cum dispensatione super eo, quod non est in sacris ordinibus ante sex menses constitutus.

c. ind. . . . . cons. ep. et 2 dign. = cum indulto suscipiendi consecrationem ab unico antistite earum regionum, assistentibus duobus dignitatem ecclesiasticam obtinentibus.

c. ind. . . . . pontif. in NN. = cum indulto exercendi pontificalia de licentia episcopi, scil. ordinarii, in civitate et dioecesi NN.

deput. coadi. c. f. s. NN. = deputatur in coadiutorem cum futura successione episcopo NN. seni et valetudinario, ac ipsomet episcopo petente.

deput. suffr. NN. ad pontif. = deputatur in suffraganeum scil. auxiliarem episcopo NN. ad exercenda pontificalia de licentia eiusdem episcopi in civitate et dioecesi praedicti episcopi.

non exced. . . . . 3^{am} (vel. 4^{am}) fr. = ut omnes pensiones, etiam antiquae, insimul non excedant tertiam (vel quartam) partem fructuum.

reserv. pens. NN. pro pers. nominandis = reservatio pensionis seu pensionum NN. pro persona seu personis nominandis; quae abbreviatio etiam legi potest; reserva(n)tur pensio(nes) pro persona seu personis nominandis.

II. Abbreviationes Fontium in Tabulario Vaticano existentium.

AC = Acta Camerarii Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium
A. Cons. = Acta Congregationis Consistorialis
AM = Acta Miscellanea
AV = Acta Vicecancellarii S. R. E.
Borghese = Fondo Borghese
Ep. ad Princ. = Epistolae ad Principes
Instr. Burghes. = Instrumenta Burghesiana
Instr. Misc. = Instrumenta Miscellanea
Misc. Arm. = Miscellaneorum Armarium
Particolari = Lettere di Particolari
P. Cons. = Processus Episcoporum Sacrae Congregationis Consistorialis
P. Dat. = Processus Episcoporum Datariae Apostolicae (sequitur annus quem volumen complectitur)
S. Br. = Secretariatus Brevium Apostolicorum
Vescovi = Lettere di Vescovi e Prelati
Vienna, Proc. = Nuntiatura Viennae, Processus

Addenda et corrigenda

in hoc quarto Hierarchiae Catholicae volumine.

pag.

5 (I, 22) n. 7 l. 3: legas 30 Ian. 1614 (non 1613), l. 4 12 Ian. 1615 (non 1614), et l. 5 AC 15 f. 6 (non AC 14).

14 (I, 67): legas (I, 57).

19 (V, 2) n. 4: legas 27 Ian. 1625.

30 (VI, 23) n. 6: legas 13 Maii 1652.

35 (VII, 31): legas (Roberti-Vittori); ad n. 9 add.: de eius cognomine cf. infra, Tarsen. n. 7.

57 (Susannae S.): legas (III, 47).

67 (Aconen.): legas **Ioannes Nicolaus** Claessens; ad n. 3 add.: nat. in satrapia Kesselen in Geldria, ob provectam aetatem a. 1647 ante d. 14 Iun. ab epo Monasterien. dimissus (cf. *Tibus A.*, Die Weihbischöfe von Münster [Münster 1862], 167—178).

67 (Acridan.): legas **Franciscus** Soimirovich (non Svimirovich); ad n. 1: deleantur verba „habens ut suffr. Prisrinen."

73 (Agennen.) n. 1: legas suffr. archiepiscopi Burdegalen.; cf. P. Cons. 34 f. 468 seq. (a. 1635).

74 (Albanen.) sub nomine Marci Scurra ponatur: tr. ad eccl. Dyrrachien. 10 Sept. 1640.

75 (Alben.): legas **Vincentius Agnellus** (non **Angelus**) Suardi.

77 (Alexanen.) ob. Septimii Borserii: legas tr. Septimii ad Casalen.

79 (Almerien.) ad n. 13 add.: iam el. ep. Sirien. sed non cons.; cf. Sirien.

80 (Amalphitan.): legas **Angelus** Pichi (non Pico).

81 (Amyclan.) n. 2: loco „succedit ad Ampurien". etc. legas successit archiepo Arboren. a. 1641.

82 (Anagnin.): legas **Sebastianus** Gentili (non Gentile).

83 (Andrien.): post verba **Franciscus** de Franchis legas Cler. Reg. Min. (non Theatin.)

86 (Antibaren.) ad n. 4 add.: D. 1 Mart. 1631 fit admin. eccl.[ae] Samandrien. cum residentia in civitate Belgraden., ob. 27 Nov. 1634 (cf. Samandrien. n. 4).

86 (Antiochen.) n. 3 l. 3: legas Casertan.

86 (Antiochen.): post **Fabium** a Lagonissa legas 6 (non 8) et post **Iacobum** Altoviti 7 (non 9).

90 (Aquilegien.) n. 8: legas S. Br. 1158 (non 1168).

91 (Aquinaten.): legas **Angelus** Maidalchini (non Maldachini).

93 (Argentinen.) legas **Leopoldus** (deleatur **Ferdinandus**) ab Austria; n. 3 l. 6: legas a. 1598 (non 1595); n. 3 l. 7: legas a. 1625 (non circa 1625), et ob. 3 Sept. 1632 (cf. Passavien. n. 2).

94 (Argentinen.) n. 4: legas ob. 21 Nov. 1662 (non 1622).

97 (Aspahanen.): legas **Ioannes Thaddaeus** Roldán (non Boldames); ad n. 2 add.: nat. a. 1574 in civitate Calaguritan. in Hispania et d. 17 Aug. eiusdem a. ib. in par. eccl. S. Mariae bapt. Oriundus erat ex familia Roldán. In registro baptizatorum dictae eccl.[ca] expresse dicitur: „Juan Roldán-Martes a diez y diete dias de agosto bauticé a Juan, hijo de Juan Roldán y de Catalina Ibañez etc." Ideo hoc refutantur omnes variationes huius nominis apud diversos auctores uti e. g. „Boldames", vel „Boldani", vel „Roldanah" (cf. *P. Ambrosius a S. Theresia*, O. Carm. Disc., Hierarchia Carmelitana apud Analecta O. Carm. Disc. VI [Romae 1931], 252—256.

97 (Aspahanen.) n. 3 l. 4: legas Lystren., et l. 6 legas S. Br. 880 f. 33; ad eundem n. 3 add.: est de O. Carm. Disc., et post ob. Ioannis Thaddaei mansit in Hispania functiones pontificales exercens episcopi Seguntin. Deinde 23 Dec. 1639 tr. ad eccl. tit. Lystren. ut suffr. archiepi Toletan.; ob. Toleti 5 Apr. 1651 (cf. *P. Ambrosius a S. Theresia*, l. c., 256)

98 (Assumptionis Sanctissimae): legas **Reginaldus** de Lizzaraga, ep. S.[mae] Conceptionis (non S. Iacobi de Chile).

99 (Astoricen.) ad n. 6 add.: cf. Portalegren. n. 6.

100 (Audomaren.): **Christophorus** de Morlet (deleantur verba ep. Namurcen.); n. 5: loco Absolv. etc. legas Decan. eccl.[ae] Namurcen. (AC 17 f. 17').

101 (Augustan.) n. 3: ob. 15 Iun. (non Apr.) 1665.

101 (Augustopolitan.): de Francisco Malier de Houssay a. 1636 el. epo Augustopolitan. cf. infra Trecen. n. 4; n. 7 l. 6: legas Murviel (non Marviel) et l. 8 1674 (non 1672).

102 **Auraicen(sis)** add.: seu **Aurasicen(sis)**.

102 (Aurasicen.) ad n. 1 add.: a d. 20 Oct. 1622 archiepi Parisien. suffr. (cf. Parisien. n. 1).

102 loco **Aurelipolitan(a)** legas **Aureliopolitan(a)**.

104 (Auxeren.) n. 1: Huiusmodi relatio eccl.[ae] Ansaren. ad a. 1621 non potest ad eccl. Auxeren. pertinere sed agitur de alia eccl. Nam ab a. 1409 usque ad finem reipublicae Venetiarum (a. 1797) civitas Auxeren. simul cum dioecesi dictae reipublicae continuo subiacebat. Amplius de de hoc cf. *Mitis, Silvio*, Cherso ed Ossero sotto la Serenissima in Atti e Memorie della Società Istriana di Archeologia e Storia Patria XLIV fasc. I, II (Pola 1933), in quo opere invenitur series continua regentium reipublicae Venetiarum huius insulae ab a. 1409 ad a. 1797.

104 (Auxeren.) n. 4: **Caesar Nardi, O. M. Conv.**, fit ep. tit. Ansaren. et non ep. Auxeren.

107 (Babylonen.): legas **Placidus Ludovicus** du Chemin etc.

110 (Barchinonen.): legas **Ludovicus** Sans et Codol (non Codal).

111 (Bellicastren.): legas **Gregorius** (non **Georgius**) de Sanctis.

111 (Belograden.) ad n. 1 add.: Hoc tempore epi Belograden. cum isto nomine incipiunt sed cum illo Petri Katich el. epi Prisrinen. 12 Febr. 1618 incipit series eporum, qui usque ad 1647 residebant quidem in civitate Belograden. sed alium tit. habebant, scil. „Petrus Katich", ep. Prisrinen. (1617—1622), Albertus Rengjich a Ragusio", ep. Samandrien. (1625—1630), „Iacobus Boncarpi", ep. Himerien. (1640—1647). Cf. *Premrou M.*, Serie dei Vescovi Romano-Cattolici di Beograd in Arch. Franc. Hist. XVII (Quaracchi 1924), XVIII 489—508, (1925) 33—62.

111 (Belograden.): legas **Marinus** Ibrisimovich (non Ibrisimoich).

pag.

111 (Belograden.) n. 2: agitur de Petro Katich, epo Prisrinen.

111 (Belograden.) ad n. 3 add.: ob. 21 Ian. 1650 in sua patria „Pozega" *(Premrou*, l. c. XVIII, 47); ad n. 4 add.: ob. 30 Ian. 1674 *(Premrou*, l. c. 54).

116 (Bituricen.); tr. Reginaldi (non Raynaldi) ad Senonen.; n. 6 l. 4 et 5: tr. ad eccl. Senonen. (non Tolosan.).

117 (Boianen.) n. 2: legas (Afflitto) non (Afflitti).

119 (Bosnen.) n. 11 l. 7: legas „Marino Lisnich (non Cisnich) de Imota".

121 (Brixinen.) post **Carolum** ad Austria add.: Ep. Vratislavien.

121 (Brixinen.) n. 4: legas 5 (non 2) Maii 1625.

122 (Brugnaten.): legas **Ioannes Vincentius** Spinola.

126 (Caesarien.) n. 2: est quaestio de „Gregorio Carbonelli", O. Minim., qui 24 Oct. 1611 ad eccl. Diocaesarien. promovetur (cf. Diocaesarien.).

126 (Caesarien.): legas **Petrus** Manso (non Nauso).

126 (Caesarien.) ad n. 6 add.: „D. 17 Maii 1622 Romae in eccl. S. Mariae de Scala rev.mus Bonifatius (scil. Bevilacqua), tt. S. Mariae trans Tiberim pbr. card., consecravit in *archiepum Diocaesareae in Palaestina* ill.mum et rev.mum Ferdinandum Boschettum (Misc. Arm. XIII 33 f. 164); n. 8: legas **Carolus** Bourlon. Nat. quidem „Carolus" et sic in actis consist. vocatur, sed postea a multis „Matthaeus" nuncupatur.

129 (Calinen.) n. 2: successit epo Calinen. ante 29 Ian. 1593 (cf. Tiberiaden. n. 2).

129 (Callien.): legas **Ioannes Franciscus** Passionei.

135 (Carnoten.) ad n. 1 post verba „archiepi Senonen. suffr." add.: a d. 20 Oct. 1622 archiepi Parisien. suffr.

136 (Carpentoraten.) ad n. 2 legas: „Franciscus Sadoletus, subdiac. Mutinen. et iur. utr. doct., fit ep. Nicomedien. et coadi. c. f. s. epo Carpentoraten. d. 4 Dec. 1591" (AC 12 f. 179'). Cum Iacobus Sacratus iam a. 1593 non post mensem Mart. obiisset, acta consist. hoc in loco (AC 13 f. 68) de huiusmodi Francisco referunt.

137 (Cassanen.): legas (al. Burserio seu Borsario).

138 (Cassanen.) n. 7 l. 4 legas: P. Cons. 48 (non 38).

141 (Catacen.) ad n. 3 add.: resignavit, deinde 28 Ian. 1630 ad eccl. Oppiden. promovetur (cf. Oppiden. n. 5); ad n. 4: verba „resignavit etc." deleantur.

147 (Chalcedonen.) n. 4: successit epo Gratianopolitan. m. Maio 1619 (non 1606).

147 (Chalcedonen.) n. 7: iuxta dictum breve apost. 23 Mart. 1623 Guilelmo conceduntur in regnis Angliae et Scotiae omnes et singulae facultates olim archipbris Angliae, a S. Sede deputatis, concessae necnon quibus „ordinarii" in suis civitatibus et dioecesibus utuntur et fruuntur etc. (S. Br. 670 f. 370); cons. Parisiis 4 Iun. 1623, ob. 16 Apr. 1624 aet. ultra 70 annum *(Brady M.*, The Episcopal Succession III [Romae 1877], 68—73).

147 (Chalcedonen.) n. 8: iuxta decr. S. Officii 2 Ian. 1625 emanatum deput. per breve apost. 4 Febr. 1625 etc. cum eadem iurisdictione ac pro praedecessore Guilelmo etc. (S. Br. 698 f. 340); annis 1586—1587 alumnus collegii Anglorum de Urbe, 12 Ian. 1625 cons. Parisiis a rev.mo card.le Spada, ab a. 1629 in Gallia vixit, et a. 1632 officium apost. in Anglia dimisit, ob. Parisiis 18 Mart. 1655 *(Brady*, l. c., 74—103). Propter ordinationes Richardi, quae a pluribus nimis severae et imperiosae putabantur, feria V d. 16 Dec. 1627 in congregatione generali S. Officii coram S.mo D. N. decretum fuit quod litterae nuntio apost. in Gallia scribendae essent, qui proinde „procuret, mediante confessore Reginae, insinuare epo Chalcedonen., ipsum verum non esse ordinarium", quia non fuit creatus „ep. Angliae" sed „ep. Chalcedonen. in Asia" cum facultatibus limitatis et revocabilibus ad nutum ipsius Sedis Apost." Ulterius declaratum fuit in eadem congregatione epum Chalcedonen. non esse ordinarium Angliae sed simplicem delegatum cum facultate limitata et revocabili ad beneplacitum Summi Pontificis (cf. *Brady*, l. c., 77—78).

150 (Chrysopolitan.): legas „**Matthaeus** de Castro Malo" sine Congr. Orat.; ad n. 3 loco ob. a. 1669 legas: a. m. Iun. 1658 residebat Romae (Arch. Prop., Acta a. 1658 f. 182', Congr. gen. 1—VII—1658, n. 9), et ab a. 1669—1670 in collegio de Prop. Fide (l. c., Acta a. 1669 ff. 297—298, Congr. gen. 20—VIII—1669, n. 20, et Arch. Vat., Fondo Vicariato, Parocchia S. Andrea delle Fratte, stato delle anime 1670 seq.), ob. Romae in collegio de Prop. Fide a. 1677 circa diem 21 Aug. (Arch. Prop., Lettere del 1677, Lettere di Mons. Segretario, f. 37').

153 (Claudiopolitan.) n. 2: legas cf. Suessionen. n. 2 (non n. 4).

156 (Colonien.) n. 2: ob. 3 Sept. (non 3 al. 13 Sept.) 1650 (cf. Monasterien. n. 2 et Paderborn. n. 2).

158 (Compostellan.): legas **Ioannes** Beltrán de Guevara (non **Ioannes Beltrandus**).

158 (Compostellan.): legas **Ferdinandus** de Andrate et Sotomayor, ep. Seguntin.[8]; ad n. 8 post verba „praesent. etc." add.: absolv. a vinc. Seguntin.

158 (Conceptionis, S.mae) n. 2: d. 29 Ian. 1596 „Petrus de Anzuaga", O. Min., fit ep. S. Iacobi de Chile.

159 (Conchen.): legas **Franciscus** de Zarate et Terán, ep. Segobien.

164 legas **Coren(sis)** v. **Venezuela (de)** non **S. Iacobi** de **Venezuela).**

165 (Corisopiten.) n. 5 ultima l.: deleas m.

167 (Cremen.) n. 2 l. 1: legas Fuit (sine virgula).

169 Csanadien.): post **Hyacinthum** Macripodari add.: ep. Scopien.

173 (Dardanien.) n. 3: loco „Amplius" etc. legas: Cf. Tiberiaden. n. 7.

173 (Darien.): **Ioannes** Fiernhammer el. fuit 30 Ian. 1640 (non 1630).

174 (Dignen.) ad **Toussaint** etc. legas AC 19 f. 265' (non 264).

175 (Dionysien.): legas **Richardus** Pauli-Stravius) (non **Richardus Paulus** Stravius); ad n. 6 add.: nat. circ. a. 1586 in loco „Cuttecoven" prope civitatem „Loos" patre Laurentio Pauwels *[Pauli]* et matre Anna Strauwen *[Stravius]* *(Berlière*, l. c.).

179 (Ebredunen.): legas **Guilelmus** Boyvin de Péricard et **Franciscus** Boyvin de Péricard.

182 (Elnen.): legas **Petrus** de Magarola.

187 (S. Fidei): legas **Bartholomaeus** Loboguerrero (non **Bartholomaeus Lupus** de Guerreo).

pag.

189 (Forolivien.) n. 1: legas archiepi Revennaten. suffr. (*Eubel* III², 349 et a. 1665 P. Cons. 64 ff. 235, 243).

193 (Germanicen.) n. 4: loco *[Amsdorf]* legas *[Abensberg]*; ad finem n. 4 add.: (P. Cons. 20 ff. 355—356), deinde: ob. 27 Nov. 1641 (*Lindner*, l. c.)

194 (Giennen.): legas **Franciscus** Martinez de Ceniceros, ep. Carthaginen. et **Antonius** Piña (non Peña) et Hermosa; n. 4: post „Praesent. etc." add.: absolv. a vinc. Carthaginen.

195 (Goan.): legas **Christophorus** de Lisboa seu de Sá, ep. Malachan. (non Malacitan.); n. 3: absolv. a vinc. Malachan. (non Malacitan.).

196 (Grassen.) ad n. 7 add.: nat. in dioec. Vencien., aet. circ. 32 an., theol. doct. (P. Cons. 31 ff. 607—630), ob. m. Maio 1636 (P. Cons. 34 f. 376).

196 (Grassen.) n. 8: loco „nat. etc." legas: nat. in oppido Drocen. dioec. Carnoten., et m. Sept. 1605 ib. bapt., pbr., nomin. r. x^{mo} 21 Iun. 1636 (P. Cons. 34 ff. 362, 376); n. 9.: verba „nat. etc." omittuntur et tantum remaneat „ob. 6 Maii 1675".

198 (Guadicen.): legas **Franciscus** Perez Roya.

203 (Hierapolitan.) n. 6 ultima l.: legas Kunkewic (non Chunezewiz).

205 (Hydruntin.): legas **Gabriel** Adarzo de Santander.

205 (Iacen.) n. 1: legas suffr. archiepi Caesaraugustan.; post „**Ioannem Dominicum** Briz" add.: O. C. S. Aug.; ad n. 12 add.: O. C. S. Aug., nunc prior et can. eccl.^{ae} B. Mariae de Pilar Caesaraugustae, et, quamvis propter magnam doctrinam suam, virtutes et qualitates, ep. suffr. archiepatus Caesaraugustan. el. fuerit, ista electio non fuit sortita effectum nec fuerunt exped. bullae, eo quod non fuit ostensum quod alia vice adfuerit talis ep. suffr. (P. Cons. 46 f. 581, m. Mart. 1647 formatus). Dictus processus apost. formatus fuit pro Ioanne ad eccl. tit. *Ulicen.* promovendo.

206 sub ultimo nomine eccl.^{ae} S. Iacobi de Cuba add.: **S. Iacobi de Venezuela** v. **Venezuela (de)**.

208 (Iconien.) legas **Ioannes Matthaeus** Caryophyllis; ad n. 1: de Candea, nat. circ. annum 1565—66 (cf. *Legrand H.*, Bibliographie Hellénique au XVII siècle [Paris 1895], 196—203).

208 (Illerden.): legas **Petrus** Magarola (non Magorola).

210 (Ioppen.): legas **(Joppe)** non **(Ioppe)**.

214 (Lampsacen.): legas **Ioannes Bartholomaeus** Kobolt (non Robolt seu Robolus) a Thambach; cf. infra p. 379, Passavien.

215 (Laonen.): legas O'Queely (non Queely).

218 (Legionen.) n. 9: legas AC 17 (non 18) f. 49.

222 (Litomericen.) n. 1 l. 12 et 13: legas bulla (non bullam) et data (non datam).

224 (Lucen.) n. 7: legas **Didacus** Castejon (non Castajon) et Fonseca.

225 (Lucerin.) n. 9: legas (d'Afflitto) non (d'Afflitti).

226 (Lystren.) **Timotheus** Perez: add. O. Carm. Disc.

234 (Massanen.) n. 1: est archiepi Senen. suffr. (P. Cons. 20 ff. 184, 187, a. 1628, P. Cons. 26 ff., 522, 527', a. 1629, P. Cons. 29 ff. 670, 672, a. 1632).

235 (Maurianen.): legas **Paulus** Milliet (non Millet).

238 (Meliten.): legas (Bueno) non (Buenos).

245 (Moguntin.) n. 4 l. 10: legas fit (non fuit).

pag.

246 (Montis Alti): legas **Caesar** Cancellotti (non Lancellotti), ep. Vigilien.; n. 6 ante „reserv. etc." add.: Absolv. a vinc. Vigilien.

249 (Montis Regalis in Pedemonte) n. 1: archiepi Taurinen. suffr. (P. Cons. 43 f. 135 seq. et 419—426, annis 1642 et 1643).

251 (Myien.): legas **Franciscus Antonius** Frassella de S. Felice (non Fasella), O. M. Conv. Nam in documentis Arch. Prop. ipse manu propria subscripsit „fra (Francesco) Antonio di S. Felice Frassella"; ad n. 3 post „admin. in regno Iaponiae etc." add.: ob. Parisiis a. 1661 ante diem 24 Aug. (Arch. Prop., Epist. Congr. Prop. nuntio Galliae d. 24 Aug. 1661, Arch. Prop., Lettere della Congr. Prop. vol. 35).

258 (Neostadien.) n. 2 l. 5 et 6: el. ep. Viennen. 15 Iul. 1613, et 20 Iul. 1613 conc. etc.

259 (Nicopolitan.) n. 14 l. 9: legas Soimirovich (non Svimirovich).

264 (Oloren.): legas (Oloron) non (Oleron).

267 (Ostunen.) n. 5 l. 4: legas Hydruntin. (non Ostunen.)

269 (Pacen.): legas **Angelus** Manrique (non Manriquez).

277 (Palentin.) n. 1: legas suffr. archiepi Toletan. (non Caesaraugustan.).

277 (Petinen.) n. 7: ob. Labaci a. 1667 circ. initium m. Febr. (Vienna, Proc., n. 154).

284 (S. Pontii Thomeriarum) n. 4: legas **Ioannes Petrus Franciscus** de Persin de Montgaillard.

285 (Popayanen.): legas **Franciscus** de la Serna, ep. S.^{mae} Assumptionis; ad n. 7: ante „nomin. etc." legas Absolv. a vinc. S.^{mae} Assumptionis.

289 (Prisrinen.): legas Franciscus Soimirovich (non Svimirovich).

289 (Puteolan.): legas **Martinus** de Leon et Cardenas (non Cardines).

317 (Sirien.) ad n. 4 add.: vic. archiepi Toletan. in civitate Matriti, non cons. ep. Sirien., deinde 9 Apr. 1663 el. ep. Almerien. et nulla fit mentio de eo uti epo Sirien.

319 (Sophien.) ad n. 3 add.: ob. 15 Iun. 1641 (*Fermendzin E.*, Acta Bulgariae Ecclesiastica [Mon. Historiae Slavorum Meridionalium XXIV, Zagabriae 1887], 110). In actis „Marini" sed lingua vulgari „Marinich" cognominatur.

322 (Stephanen.) ad n. 5 add.: A *Dragonovich* in Croatia Sacra [Arkiv za Crkvenu Provijest Hrata, n. 7, Zagabriae 1934] vocatur „Andrijasevich".

323 (Strongulen.) ad n. 8: legas **Martinus** Dentatus (Denti). Apud *Levati* et *Calzia*, Menologia dei Barnabiti V (Genova 1934), 38—43 Italice vocatur „Denti de Cipriani" et dicitur eum 6 Maii 1665 obiisse; iuxta *Premoli* O., Storia dei Barnabiti nel Seicento (Roma 1922), 250 vocatur „Denti" et ob. 11 Apr. 1655. Apud P. Cons. 53 f. 892 seq. „Dente" nuncupatur, et in processu Blasii Mazzella 13 Oct. 1655 formato (P. Cons. 53 f. 880) Martinus certe iam a paucis mensibus mortuus fuit.

324 (Suessionen.): legas **Carolus** (non **Matthaeus**) Bourlon.

328 (Tarraconen.): legas **Ioannes** Emmanuel de Espinoza (Manuel de Espinoza), ep. Urgellen. [non **Ioannes Emmanuel** de Espinoza (Manoel de Espinoza)].

328 (Tarvisin.): legas **Marcus** (non **Maurus**) Morosini.

LIBER PRIMUS.

DE SUMMIS PONTIFICIBUS

ET

S. R. E. CARDINALIBUS.



Pars prima,

in qua Summi Pontifices et ab ipsis creati S. R. E. Cardinales chronologico enumerantur ordine.

I. Clemens VIII.

Antea Hippolytus Aldobrandinus, tt. S. Pancratii pbr. card.,[1]) electus 30 Jan. 1592,[2]) publicatus eodem die, coronatus 9 Febr.,[3]) † 3 Mart. 1605.[4])

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

[1]) Die 18 Dec. 1585 creatus fuit pbr. card., et 15 Ian. 1586 ei assignatus fuit titulus S. Pancratii (*Eubel* III², 51, 68).

[2]) Ex diariis *Pauli Alaleonis caeremoniarum pontificiarum magistri* in Bibl. Vat., Cod. Vat. Lat. 12294 (olim Arch. Vat., Misc. Arm. XII vol. 42) f. 198: „Feria V die 30 Ian. 1605 de mane fuit dicta missa de eligendo Summo Pontifice. Deinde fuit factum scrutinium [scil. scrut. XX], in quo intervenerunt XXXIII card.les, et IX abfuerunt scilicet, Aragona, Columna, Madrutius, Altemps, Spinula, Cananus, Radzivil, Gonzaga, et Cusentinus et fuit sequuta practica, quam heri vespere inchoarunt aliqui card.les, capita factionum, pro eligendo in Summum Pontificem D. Hippolytum Aldobrandinum. Eadem die circa horam XX card.les iverunt ad cameram dicti Hippolyti card. Aldobrandini aet. suae an. LV et illum post aliqua verba a decano dicta conduxerunt ad capellam Paulinam et in Sum. Pontificem elegerunt, et ipse acceptavit electionem de se factam. postquam dixit versus altare, si esset hoc factum inspiratione a Spiritu Sancto et pro salute animae suae. Die 2 Febr. 1605 novus electus fuit consecratus in epum a card. decano Alphonso Gesualdo in capella Sixti IV quia fuit pbr. tantum“ (l. c. ff. 198‘—199).

[3]) Dominica Quinquagesimae die 9 Febr. 1605 apud S. Petrum novus electus fuit coronatus triplici diademate a card. Sfortia, decano diac. cardinalium (Vat. Lat. 12294 ff. 200—201‘).

[4]) Die Iovis 3 Mart. 1605 hora V noctis Romae in palatio apost. apud S. Petrum **Clemens PP. VIII**, cum paucis diebus antea in morbum gravissimum incidisset, ex hac vita migravit (AC 13 f. 208 et AV 14 f. 108). *Quaedam adnotationes et decreta Clementis VIII ex actis consist. deprompta.* 4 Mart. 1592 S.mus D. N. cohortatus est cardinales ad adeundum capellam Angelici Doctoris S. Thomae in eccl. S. Mariae supra Minervam, in eaque rem divinam rite peragendum (AC 13 f. 3‘). 15 Apr. 1592 S. S. decrevit, quod, cum aerarium apost. ob multas pecuniarum summas solutas pro stipendiis militum et equitum Sed. Apost. in regnum Franciae transmissis valde exhaustum reperiatur, quot pecuniae ab ipso aerario extrahentur, totidem in eo reponantur, et pro huiusmodi repositione fiat nunc certa pecuniarum assignatio. Idem S.mus etiam decrevit, quod in omnibus serventur constitutiones fel. rec. **Sixti V** super pecuniis huiusmodi sanctioris aerarii editae (AC 13 f. 6). 29 Ian. 1593 S. S. dixit se, ut scripturae omnes ad Sed. Apost. pertinentes diligenter atque tuto conserventur, cogitasse *erigere unum archivum in Arce S. Angeli* (AC 13 f. 20). 30 Mart. *1594*, S.mus decrevit *B. Hyacinthum Polonum, O. P., in cathalogo Sanctorum esse inscribendum*, ac deinde 17 Apr. 1594 *canonizationem dicti B. Hyacinthi solemniter peregit* (AC 13 f. 38—38‘). 12 Oct. 1594 S. S. declaravit, oppidum Neptuni in Latio, quod Sed. Apost. a nob. Romano Marco Antonio Columna nuper emerat, esse ipsi S. Sedi immediate aggregatum, ac perpetuo incorporatum, ita ut sub prohibitione alienationis et aliis contentis in constitutione fel. rec. **Pii V** de non alienando vel infeudando sub dato Romae apud S. Petrum IV Kal. Apr. 1566 omnino comprehendatur (AC 13 f. 44—46‘). 5 Iul. 1595 S.mus D. N. promulgavit decretum *de residentia eporum*, in quo statuit omnes et quoscumque patriarchas, primates, archiepos et epos inhabiles esse omnino tum ad cardinalatus dignitatem assequendam tum ad alias ecclesias etiam per viam translationis obtinendas, nisi tempore promotionis actu et revera resideant, et antea etiam soliti sint in suis ecclesiis residere (AC 13 ff. 51‘—52). 17 Sept 1595 S. S. absolvit Henricum Borbonium, Galliae et Navarrae regem, a vinculo excommunicationis, praevia declaratione nullitatis et invaliditatis praetensae absolutionis ipsi regi ab epis et praelatis Gallicanis impertitae (AC 13 ff. 54‘—55). 7 Oct. 1596 S. S. significavit rev.mis card.bus Henricum Borbonium Galliae regem ratificasse abiurationem et omnia alia praestita et promissa nomine ipsius regis a rev.mis Peronio et Dossato suis procuratoribus coram S.te Sua sub diem 17 Sept. 1595 (AC 13 f. 69‘). 18 Aug. 1597 S. S. decrevit nonnulla pro diac. card.bus (AC 13 f. 78—78‘: cf. diac. card.les). 2 Nov. 1597 S. S. decrevit ducatum Ferrariae esse S. Sedi *in temporalibus* subiectum (AC 13 ff. 80‘—81). 27 Nov. 1597 S.mus D. N. Caesarem Estensem ducem Ferrariae, et eius fautores anathemate percussit, Ferrariam interdictionibus ecclesicisticis supposuit (AC 13 f. 82‘). 3 Apr. 1598 S. S. decrevit pro recuperatione civitatis et ducatus Ferrarien. summam 150000 scut. auri depromi et extrahi posse ex aerario Arcis S. Angeli (AC 13 ff. 89—91). 13 Apr. 1598 S.mus D. N. ab Urbe discessit versus civitatem Ferrariam (AC 12 f. 93). 15 Nov. 1598 *in cathedrali Ferrariae* S. S. coniunxit in matrimonium Margeritam archiducissam Austriae sponsam praesentem et Philippum regem catholicum sponsum *absentem*, qui tamen per Albertum archiducem Austriae ut procuratorem repraesentatus fuit (AC 13 f. 107). 26 Nov. 1598 S. S. iter ingressa est, Romamque pervenit die festo S. Thomae Apost. [21 Dec.] (AC 13 f. 109). 9 Sept. 1599 S. S. concessit investituram regni Siciliae Philippo regi cath. (AC 13 ff. 126—128‘). 15 Nov. 1599 S. S. pium et elegantem habuit sermonem quo card.les paterno affectu hortatus est, ut

a) in prima promotione 17 Sept. 1593 habita.[1])

1. **Lucius Saxus** (Sassi), ep. Ripan. = tt. S. Quirici 11 Oct. 1593, † Febr. 1604.
2. **Franciscus Toletus**, Hispan., S. I. = tt. S. Mariae Transpontinae 11 Oct. 1593, † Romae 14 Sept. 1596.
3. **Petrus Aldobrandinus** (Aldobrandini), Roman., nepos **Clem. VIII** = tt. S. Nicolai in Carcere 3 Nov. 1593,[2]) tr. ad tt. S. Pancratii 14 Iun. 1604, ad SS. Ioan. et Pauli 1 Iun. 1605, ad S. Mariae trans Tib. 4 Iun. 1612, ep. Sabinen. 31 Aug. 1620, † in Cur. Rom. 10 Febr. 1621 [3])
4. **Cinthius Aldobrandinus** (Aldobrandini),[4]) Roman., nepos ex sorore Clem. VIII = tt. S. Georgii 11 Oct. 1593, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 1 Iun. 1605, † in Cur. Rom. 1 Ian. 1610.[5])

b) in secunda promotione 5 Iun. 1596 habita.[1])

5. **Silvius Sabellus** (Savelli),[2]) Roman., patr. Constantinopolitan. = tt. S. Mariae in Via 21 Iun. 1596, † extra Cur. Rom. 22 Ian. 1599.
6. **Laurentius Priolus al. Priulus** (Prioli al. Priuli),[3]) Venetus, patr. Venetiarum = tt. S. Mariae Transpontinae 2 Dec. 1596, † extra Cur. Rom. 2 Ian. 1600.
7. **Franciscus Taurusius** (Tarugi),[4]) Politian., archiep. Avenionen. = tt. S. Bartholomaei in Insula 2 Dec. 1596, tr. ad tt. S. Mariae supra Minervam 17 Iun. 1602, † in Cur. Rom. 11 Iun. 1608 (AC 14, f. 97).
8. **Octavius Bandinus** (Bandini),[5]) Florentin., archiep. Firman. = tt. S. Sabinae 21 Iun. 1596, tr. ad tt. S. Laurent. in Lucina 16 Sept. 1615, ep. Praenestin. 27 Mart. 1621, ep. Portuen. 16 Sept. 1624, ep. Ostien. 7 Sept. 1626, † in Cur. Rom. 1 Aug. 1629.[6])
9. **Franciscus Cornelius** (Cornaro), Venetus, ep. Tarvisin., Cam. cler. = tt. S. Martini in Montibus 21 Iun. 1596, † in Cur. Rom. 1598.
10. **Annas d'Escars de Giury**, Gallus, O. S. B., ep. Lexovien. = tt. S. Susannae 14 Iun. 1604.[7]) † extra Cur. Rom. 19 Apr. 1612.[8])

---

se praeparent ad sancte peragendum proximum Adventum Domini et futurum *a. iubilaei* (AC 13 f. 131). 29 Apr. 1601 S.mus D. N. solemni apparatu celebravit *canonizationem B. Raimundi de Pennafort. O. P.* (AC 13 f. 154). 16 Apr. 1603 S. S. dixit sibi displicere quod, cum card.bus propinquus aliquis decedit, ob cuius mortem vestes mutari soleant, ipsi quidem violaceo colore utantur, ut decet; currus vero eorum atrati sint, et nigro septi integumento. Quare monuit, ut in posterum abstineant, et violaceo colore ad currus, etiam privatos parietes contegendos utantur. Nigrum vero, nec in vestibus, nec in alio quovis ornatu, etiam luctuosis in casibus, unquam admittant (AV 14 f. 84'). 24 Maii 1604 S.mus D. N. significavit card.bus nuper mandato S.tis S. fuisse per Cam. Apost. empta ab haeredibus quondam Bernardini Sabelli domicelli Roman. oppida Castri Gandulphi et Rocchae Priorae, in Latio et Tusculan. seu Albanen. dioec. consistentia, cum eorum territoriis et pertinentibus, ac prout dicti haeredes habebant et possidebant. Quae quidem oppida S.tis S. *temporali* dominio, et ditioni S. R. E. et Sedis Apost. ita adiecta, unita, annexa et incorporata essent etc. iuxta bullam **Pii V** de non infeudando sub dato IV Kal. Aprilis Pontificatus eius a. V (AC 13 f. 193).

[1]) 17 Sept. 1593 S. S. creavit et assumpsit Lucium Saxum ep. Ripan. et Franciscum Toletum in S. R. E. pbr. card., et Petrum S.tis S. ex fratre ac Cinthium etiam S.tis S. ex sorore *nepotes* Aldobrandinos in S. R. E. diac. card.les, cum ret. omnium quae obtinent, praeter officia Rom. Cur., et cum derogatione constitutionis fel. recor. **Sixti V** disponentis, quod dumtaxat in quatuor temporibus m. Decembris S. R. E. card.les creari debeant, et quoad Petrum et Cinthium cum derogatione pariter eiusdem constitutionis, caventis quod duo fratres consobrini eodem tempore card.les esse non possint (AC 13 f. 28). Die 23 Sept. 1593 card.les Saxus, Toletus et Cinthius Aldobrandinus, admissi sunt ad osculum pedis, manus et oris et eis datus est pileus (AC 13 f. 28), deinde 1 Oct. iisdem os clausum et 11 Oct. apertum fuit, cum titulorum assign. (AC 13 f. 28').

[2]) Ei traditur pileus cardinalitius 16 Oct. 1593, deinde ei os clausum 25 Oct. (AC 13 f. 28) et 3 Nov. apertum est cum tituli assign. (AC 13 f. 29'). Die 20 Dec. 1599 deput. camerarius S. R. E. ad vitam (AC 13 f. 133), et 25 Sept. 1600 deput. legatus a latere ad interveniendum S.tis S. nomine matrimonio contrahendo Florentiae inter Henricum Francorum regem christianissimum et Mariam Mediceam, benedicendumque sponsae praesenti, et regi sponso *absenti*. Eodem tempore S. S. creavit eumdem rev.mum Petrum legatum ad Henricum Franciae regem, et ad omnes alios reges et principes, ad quos eum divertere contigerit, causa extinguendi bellorum initia inter ipsum regem Franciae, et Sabaudiae ducem occasione marchionatus Salutiarum surgentia (AC 13 f. 145). Die 26 Mart. 1601 S. S. excepit card.lem Aldobrandinum ex legatione Gallicana redeuntem, rebus bene gestis (AC 13 f. 153). Fit archiep. Ravennaten. 13 Sept. 1604.

[3]) Die 10 Febr. 1621 Romae ob. card. Petrus Aldobrandinus in palatio suae solitae residentiae (Vat. Lat. 12323 f. 9').

[4]) 14 Iun. 1604 deput. legatus de latere civitatis Avenionen., et comitatus Venaxin. (AC 13 f. 196). Nepos **Clem. VIII** et cognomen antea erat „Passerus"; a **Clem. VIII** praef. Signaturae Iustitiae et poenit. maior renuntiatus est.

[5]) Feria VI Kal. Ianuarii a. 1610 ob. Romae Cinthius Aldobrandinus card. S. Georgii nuncupatus, tt. S. Petri ad Vincula, maior poenit., Sign. Iustitiae praef., sepultus est in suo tt. (AC 14 f. 142).

---

[1]) Die 5 Iun. 1596 S. S. creavit et assumpsit 16 infrascriptos in S. R. E. card.les cum ret. omnium praeter quam officiorum et locorum montium Rom. Cur. vacabilium. Assumpti sunt videlicet: Silvius Sabellus, patr. Constantinopolitan., Laurentius Priolus, patr. Venetiarum, Franciscus Maria Taurusius, archiep. Avenionen., Franciscus Cornelius, ep. Tarvisin., fr. Annas de Scars de Giury, ep. Lexovien., Franciscus de S. Georgio, ep. Aquen., Camillus Burghesius, Cam. Apost. aud., Caesar Baronius, Laurentius Blanchettus Bononien., Rotae aud., Franciscus de Avila Hispan., Ferd. Niño de Guevara, praeses Granaten., Bartholomaeus Caesius, thesaur. gen., Franciscus Mantica, Rotae aud., Pompeius Arigonus, Rotae aud., et Andreas Perettus de Monte Alto, proth. apost. Ex his, qui erant in Curia praesentes, fuerunt in aulam Concistorii a magistris caeremoniarum deducti quibus ad pedes S.mi provolutis S. S. biretum rubeum imposuit. Card.les unumquemque eorum ad osculum pacis receperunt (AC 13 f. 65—65'). Die vero 8 Iun. 1596 S. S. admisit ad pedum, manus, et oris oscula infrascriptos rev.mos card.les quos purpureis galeris cardinalatus insigniis donavit: Sabellum, Bandinum, Cornelium, de S. Georgio, Burghesium, Baronium, Blanchettum, Caesium, Manticam, Arigonum, et Perettum (AC 13 f. 65'); deinde 10 Iun. 1596 eisdem os clausum (AC 13 f. 65') et 21 Iun. os apertum fuit (AC 13 f. 66), cum titulorum assign. (AM 30 f. 106).

[2]) 10 Nov. 1597 S. S. constituit card.lem Sabellum de latere legatum in civitate Perusin. et Umbria (AC 13 f. 81'). Iam cubic. **Gregorii XIII**, 26 Ian. 1582 ep. Rossanen. (*Eubel* III, 286), patr. Constantinopolitan. 28 Mart. 1594.

[3]) 29 Oct. 1596 S. S. admisit ad pedum, manus, et oris oscula rev.mos card.les Laurentium Priolum et Franciscum Mariam Taurusium ac rubros galeros, insignia cardinalatus, eorum capitibus imposuit (AC 13 f. 70). Die 30 Oct. 1596 eisdem os clausum et 2 Dec. apertum fuit cum titulorum assign. (AC 13 f. 70—70').

[4]) Cf. supra I, 6. Politian., Congr. Orat., tr. ad eccl. Senen. 15 Sept. 1597.

[5]) Legatus primum Flaminiae deinde Marchiae Anconitan.

[6]) Die prima Aug. 1629 mane hora 8 rev.mus Octavius card. Bandinus, ep. Ostien. et Sacri Coll. decan., Romae in suis aedibus ex hac vita migravit aet. suae a. LXXI. Vigiliam peregit amplissimus senatus in eccl. S. Augustini, inde elatus solemni pompa et equitatu ad eccl. S. Silvestri Montis Quirinalis (AC 16 f. 299).

[7]) 3 Iun. 1604 traditur ei pileus cardinalitius (AC 13 f. 195), deinde 9 Iun. ei os clausum (AC 13 f. 195), et 14 Iun. apertum est cum tituli assign. (AC 13 f. 196). Resignavit ecclesiae Lexovien. a. 1608 deinde 10 Sept. 1608 ep. Meten. renuntiatus est. Vocatur etiam card. „de Giury" a nomine materno.

[8]) Die 19 Apr. 1612 in oppido Vico ob. fr. Annas de Scars O. S. B., Gallus, tt. S. Susannae card. de Giury nuncupatus, ac sepultus est Metis (AC 14 f. 210).

11. **Ioannes Franciscus Blandaratarum de S. Georgio** (Biandrate di S. Giorgio), Casalen., ep. Aquen. = tt. S. Clementis 21 Iun. 1596, † extra Cur. Rom. 16 Iul. 1605.[1])

12. **Camillus Burghesius** (Borghese),[2]) Roman., Cam. aud. = tt. S. Eusebii 21 Iun. 1596, tr. ad tt. SS. Ioan. et Pauli 10 Mart. 1599, ad S. Chrysogoni 22 Apr. 1602, el. Sum. Pont. **Paulus V** 16 Maii 1605.

13. **Caesar Baronius** (Baronio),[3]) Soran., proth. de numero participantium = tt. SS. Nerei et Achillei 21 Iun. 1596, † in Cur. Rom. 30 Iun. 1607. (AC 14 f. 69').

14. **Laurentius Blanchettus** (Bianchetti), Bononien., aud. Rotae = tt. S. Laurentii in Panisperna 21 Iun. 1596, † in Cur. Rom. 12 Mart. 1612.[4])

15. **Franciscus de Avila,**[5]) Hispan., archidiac. Toletan. = tt. S. Silvestri 21 Apr. 1597,[6]) tr. ad tt. S. Crucis in Hierusalem 8 Ian. 1599, † Romae 20 Ian. 1606.[7])

16. **Ferdinandus Niño de Guevara**, Hispan., praeses Granaten. = tt. S. Blasii 21 Apr. 1597,[8]) tr. ad tt. S. Martini in Montibus 8 Ian. 1599, † extra Cur. Rom. 8 Ian. 1609.

17. **Bartholomaeus Caesius** (Cesi), Roman., thesaur. gen. = tt. S. Mariae in Porticu 21 Iun. 1596, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 5 Dec. 1611, ad S. Praxedis 7 Ian. 1613, ad S. Mariae trans Tib. 31 Aug. 1621, ad S. Laurent. in Luc. 29 Mart. 1621, † 18 Oct. 1621.[9])

18. **Franciscus Mantica,**[10]) Utinen., aud. Rotae = tt. S. Thomae in Parione 24 Ian. 1597, tr. ad S. Mariae de Populo 17 Iun. 1602, † in Cur. Rom. 30 Ian. 1614.[11])

19. **Pompeius Arrigonius** (Arrigoni),[12]) Roman., aud. Rotae = tt. S. Mariae in Aquiro 21 Iun. 1596, tr. ad tt. S. Balbinae 24 Ian. 1597, † extra Cur. Rom. 4 Apr. 1616.[1])

20. **Andreas Perettus de Monte Alto** (Baroni Peretti Montalto),[2]) Picenus, proth. apost. = tt. S. Mariae in Domnica 21 Iun. 1596, tr. ad tt. S. Angeli in Foro Piscium 15 Mart. 1600, ad S. Eustachii 13 Nov. 1617, ad S. Mariae in Via Lata 11 Ian. 1621, ad S. Agnetis in Agone 5 Maii 1621, ad S. Laurent. in Lucina 24 Oct. 1621, ep. Praenestin. 16. Sept. 1624, ep. Albanen. 2 Mart. 1626, ep. Tusculan. 14 Apr. 1627, † in Cur. Rom. 3 Aug. 1629.[3])

c) in tertia promotione 18 Dec. 1596 habita.[4])

21. **Philippus de Bavaria**, el. Ratisbonen. = remansit sine tt.,[5]) † extra Cur. Rom. 18 Maii 1598.

d) in quarta promotione 3 Mart. 1599 habita.[6])

22. **Bonifatius Bevilacqua,**[7]) Ferrarien., patr. Constantinopolitan. = tt. S. Anastasiae 17 Mart. 1599, tr. ad tt. S. Hier. Illyr. 26 Febr. 1601, ad S. Priscae 31 Aug. 1611, ad S. Petri ad Vinc. 7 Ian. 1613, ad S. Mariae trans Tib. 29 Mart. 1621, ep. Sabinen. 27 Sept. 1623, ep. Tusculan. 7 Sept. 1626, † in Cur. Rom. 7 Apr. 1627.[8])

---

[1]) Die 16 Iul. 1605 Lucae ob. Ioan. Franc. ex comitibus S. Georgii, card. S. Clementis nuncupatus, cuius deinde corpus translatum est Florentiam, cuius erat ep. (AC 14 f. 25'). Fit ep. Faventin. 16 Apr. 1603.

[2]) Utr. sign. ref., a **Greg. XIV** Cam. aud., legatus extraordinarius ad regem Hispaniae a **Clem. VIII**, card.[le] Rusticuccio defuncto, ad vicarii Urbis munus exercendum delectus, 16 Maii 1605 in Sum. Pontificem el., et nomen **Pauli V** assumpsit.

[3]) Praepositus gen. Congr. Orat. renuntiatus eo tempore quo S. Philippus eo munere abdicavit, scripsit praeclarissimos *Annales Ecclesiae*, bibliothecarius S. R. E.

[4]) Die 12 Mart. 1612 Romae ob. Laurent. card. Blanchettus tt. S. Laurentii in Panisperna, ac sepultus est ad Iesuitas (AC 14 f. 207).

[5]) In actis consist. „de Avila" nuncupatur sed nomen modo ampliori est „Franciscus de Muxica et Avila de Guzman".

[6]) 29 Mart. 1597 Franc. card. de Avila et Ferd. card. de Guevara admissi sunt a S.[mo] ad pedum, manus, et oris oscula, et eorum capitibus imponuntur purpurei galeri (AC 13 f. 74). Deinde 14 Apr. eisdem card.[bus] os clausum, et 21 Apr. os apertum est cum titulorum assign. (AC 13 ff. 74—75').

[7]) Die 20 Ian. 1606 Romae ob. card. Avila tt. S. Crucis in Hierusalem, in quo tt. sepultus est, usque dum Abulam deferretur (AC 14 f. 30').

[8]) Cf. supra n. 6. Fit archiep. tit. Philippen. 27 Sept. 1599, et tr. ad eccl. Hispalen. 30 Apr. 1601.

[9]) Die 18 Oct 1621 ob. Tiburi card. Caesius, sepultus ad S. Mariam Maiorem (AC 15 f. 178).

[10]) Fit camerarius Sacri Coll. 13 Ian. 1614 (AC 14 f. 261').

[11]) Die 30 Ian. 1614 Romae ob. Franc. card. Mantica Utinen. octuagenarius, tt. S. Mariae de Populo, in quo tt. sepultus est (AC 14 f. 262').

[12]) Deput. praef. datariae et pro-datarius 21 Maii 1605 (S. Br. 396 f. 1), et 1 Sept. 1605 protector regni Hiberniae (S. Br. 399 f. 164).

[1]) Die 4 Apr. 1616 Neapoli ob. Pompeius card. Arigonus Roman., et archiep. Beneventan., sepultus est in cathedrali Beneventan. (AC 15 f. 47').

[2]) In actis vocatur „Andreas Perettus de Monte Alto", Italice „Baroni Peretti di Montalto" nuncupatur.

[3]) 3 Aug. 1629 hora 2[a] noctis rev.mus Andreas Perettus S. R. E. card. ep. Tusculan., brevi morbo conflictatus Romae in suis aedibus extremum diem ob., a. agens LVI. In eccl. S. Andreae de Valle ei sacer senatus iusta persolvit, inde equestri pompa elatus ad eccl. S. Mariae Exquilinae die ipso B. Mariae ad Nives [scil. 5 Aug.] (AC 16 f. 299').

[4]) Die 18 Dec. 1596 S. S. creavit et assumpsit in S. R. E. diac. card.[lem] Philippum Bavariae ducis filium electum eccl. Ratisbonen., cum ret. omnium praeterquam officiorum et locorum montium Cur. Rom., si quae obtinet (AC 13 f. 71).

[5]) Remanet absque tt. cardinalitio eo quod a tempore adeptae purpurae Romam nunquam advenit.

[6]) 3 Mart. 1599 S. S. assumpsit et creavit 13 infrascriptos in S. R. E. card.[les]: Bonifatium Bevilacquam Ferrarien., patr. Constantinopolitan., Bernardum Royas de Sandoval Hispan., ep. Giennen., Alphonsum Vicecomitem Mediolanen., ep. Cervien., Dominicum Tuscum Regien., ep. Tiburtin., Arnaldum Ossatum Gallum, ep. Redonen., Paulum Aemilium Zachiam ex nobilibus de Vectiano, Franciscum Dietrichstein Germanum, Silvium Antonianum Romanum, Robertum Bellarminum Politianum e Soc. Iesu, Bonvisum Bonvisium Lucen., Cam. Apost. cler., Franciscum de Scobleau Sourdis Gallum, Alexandrum de Este, ducis Mutinae et Regii fratrem, Ioan. Bapt. Daetum Florentin. (AC 13 f. 112). 6 Mart. 1599 card.[les] Bevilacqua, Vicecomes, Tuscus, Ossatus, Zachias, Dietrichstein, Antonianus, Bellarminus, Bonvisius, et Daetus admissi sunt a S.[te] S. ad pedum, manus, et oris oscula et pilei traditionem (AC 13 f. 112), et 10 Mart. eis os clausum (AC 13 f. 112') et 17 Mart. apertum est cum titulorum assign. (AC 13 ff. 113'—114).

[7]) 2 Die 25 Sept. 1600 deput. in legatum Perusiae et Umbriae, exceptis tamen iis locis datis in gubernium card.[bus] (AC 13 f. 145). Post mortem card. Manticae (30 Ian. 1613) exercuit officium camerariatus Sacri Coll., et 12 Ian. 1614 idem officium pro a. 1614 accepit (AC 14 f. 6). Fit ep. Cervien. 10 Sept. 1601 (cf. Cervien.).

[8]) Die 7 Apr. 1627: Bonifatius card. Bevilacqua, ep. Tusculan., Romae hora noctis nona in suis aedibus ad Florum Campum e vita migravit a. agens 56, cui in eccl. S. Andreae de Valle cardinalium senatus iusta persolvit (AC 16 f. 181).

23. **Bernardus Rojas de Sandoval,** Hispan., ep. Giennen.[1]) = tt. S. Anastasiae 26 Febr. 1601, † extra Cur. Rom. 7 Dec. 1618.[2])

24. **Alphonsus Vicecomes** (Visconti),[3]) Mediolanen., ep. Cervien. = tt. S. Ioannis ante Portam Latinam 17 Mart. 1599, tr. ad tt. S. Sixti 24 Ian. 1600, † extra Cur. Rom. 19 Sept. 1608.[4])

25. **Dominicus Tuscus** (Tosco, Toschi), Regien., ep. Tiburtin. = tt. S. Petri in Monte Aureo 17 Mart. 1599, † in Cur. Rom. 26 Mart. 1620.[5])

26. **Arnaldus Ossatus** (d'Ossat), Gallus, ep. Redonen.[6]) = tt. S. Eusebii 17 Mart. 1599, † in Cur. Rom. 1604.

27. **Paulus Aemilius Zachias** (Zacchia), = tt. S. Marcelli 17 Mart. 1599, † in Cur. Rom. 31 Maii 1605.[7])

28. **Franciscus Dietrichstein,**[8]) German. = tt. S. Silvestri 17 Mart. 1599, tr. ad tt. S. Mariae trans Tib. 27 Sept. 1623, † extra Cur. Rom. 23 Sept. 1636.

29. **Silvius Antonianus** (Antoniano), Roman. = tt. S. Salvatoris in Lauro 17 Mart. 1599, † in Cur. Rom. Aug. 1603.

30. **Robertus Bellarminus** (Bellarmino),[9]) Politian., S. I. = tt. S. Mariae in Via 17 Mart. 1599, tr. ad tt. S. Praxedis 31 Aug. 1621, † in Cur. Rom. 17 Sept. 1621 (AC 15 f. 177).

31. **Bonvisus Bonvisius** (Bonvisi),[10]) Lucen., Cam. cler. = tt. SS. Viti et Modesti 17 Mart. 1599, tr. ad tt. S. Blasii de Anulo 5 Iul. 1599, † Barii 1 Sept. 1603.

---

[1]) Tr. ad eccl. Toletan. 19 Apr. 1599.

[2]) Die 7 Dec. 1618 Matriti ob. Bernardus Royas de Sandoval Hispanus tt. S. Anastasiae archiep. Toletan. card. de Toleto nuncupatus, inde translatus et sepultus est in sua cathedrali Toletan. (AC 15 f. 114).

[3]) Ep. Cervien. 8 Febr. 1591, tr. ad Spoletan. 10 Sept. 1601; loco rev. mi card. S. Eusebii 23 Oct. 1606 deput. legatus a latere ad regimen Marchiae Anconitan. una cum praesidentatu civitatis et status Asculan. (AC 14 f. 48).

[4]) Die 19 Sept. 1608 Maceratae ob. Alphonsus Vicecomes tt. S. Sixti card. (AC 14 f. 103').

[5]) Die 26 Mart. 1620 Romae ob. Dominicus card. Tuscus tt. S. Petri in Monte Aureo, in qua eccl. sepultus est (AC 15 f. 139').

[6]) Ep. Redonen. renuntiatus 9 Sept. 1596, prom. ad eccl. Baiocen. 26 Iun. 1600.

[7]) Die ultima Maii a. 1605 Romae ob. Paulus Aemilius Zachias card. S. Marcelli nuncupatus (AC 14 f. 25'). El. ep. eccl. Montis Falisci 14 Maii 1601, et mox Congr. Concilii Tridentin. praefectura ornatus est.

[8]) A S.te S. destinatus legatus de latere ad archiducem Austriae. et Elisabetham eius uxorem 21 Iun. 1599 (AC 13 f. 118). Prom. ad eccl. Olomucen. 1 Sept. 1599 (cf. Olomucen.).

[9]) Archiep. Capuan. renuntiatus est 18 Mart. 1602 sed ante 31 Aug. 1605 eidem ecclesiae resignavit (cf. Capuan.). Die 13 Maii 1923 numero Beatorum adscriptus, die vero 29 Iun. 1930 **Pius undecimus** Pont. Max. eum in numerum Sanctorum rettulit, et 17 Sept. 1931 universalis Ecclesiae Doctorem declaravit. 1 Iun. 1605 optavit tt. S. Matthaei in Merulana sed cum non adeptus est, et 20 Iun. 1605 dictum tt. optavit card. Zapata (AM 25 ff. 1', 2').

[10]) Archiep. Baren. renuntiatus est 18 Mart. 1602.

32. **Franciscus de Sourdis d'Escobleau.**[1]) Gallus = tt. SS. XII Apostolorum 20 Dec. 1600, tr. ad tt. S. Marcelli 30 Ian. 1606, ad S. Petri ad Vinc. 29 Mart. 1621, ad S. Praxedis 13 Oct. 1621, † 8 Febr. 1628.

33. **Alexander d'Este,**[2]) ducis Mutinae et Regii frater = tt. S. Adriani 17 Apr. 1600, tr. ad tt. S. Mariae Novae 15 Nov. 1600, ad S. Eustachii 11 Ian. 1621, ad S. Mariae in Via Lata 19 Apr. 1621, ad S. Mariae de Pace 2 Oct. 1623, † in Cur. Rom. 13 Maii 1624.[3])

34. **Ioannes Bapt. Detus** (Deti), Florentin. = tt. S. Adriani 17 Mart. 1599, tr. ad tt. S. Mariae in Cosmedin. 15 Dec. 1599, ad SS. Marcellini et Petri 6 Oct. 1614, ep. Albanen. 7 Iun. 1623, ep. Tusculan. 2 Mart. 1626, ep. Portuen. 9 Sept. 1626, ep. Ostien. 20 Aug. 1629, † in Cur. Rom. 13 Iul. 1630.[4])

e) in quinta promotione 17 Sept. 1603 habita.[5])

35. **Silvester Aldobrandinus** (Aldobrandini),[6]) Roman., prior O. S. Ioan. Hierosolymitan. et S.tis S. pronepos, tt. S. Caesarei in Palatio 5 Nov. 1603, † in Cur. Rom. 28 Ian. 1612.[7])

---

[1]) 2 Dec. 1600: Primum e Gallia Romam veniens, admittitur ad osculum pacis, et ei traditur pileus ruber. Cum iam ep. esset consecratus in Gallia licet adhuc in ord. diac. card.lium, S.mi iussu sedit post ultimum pbr. card.lium, quem locum ei assignavit mag. caeremoniarum, et sic novo exemplo *ante* oris clausionem et aperitionem, et in publico consist. ad ord. pbr. card.lium, translatus est *nullis expressis verbis*, ut moris est (AC 13 f. 147'). Die 15 Dec. ei os clausum (AC 13 f. 148) et 20 Dec. apertum est cum tituli assign. (AC 13 f. 149'). Archiep. Burdegalen. renuntiatus 5 Iul. 1599, et in Gallia cons. fuit 21 Dec. 1599.

[2]) Die 21 Mart. 1600 admittitur ad osculum pacis, et ei traditur pileus cardinalitius (AC 13 f. 138'), ac deinde 10 Apr. ei os clausum et 17 Apr. apertum est (AC 13 ff. 138'—139). Die 15 Nov. 1600 assign. ei tt. (AC 13 f. 147). Mense Apr. 1599 ei conc. ind., ut per duos annos non teneatur promoveri ad sacros subdiac. et diac. ordines (S. Br. 282 f. 132), et idem ind. m. Mart. 1601, 18 Mart. 1602 et 15 Febr. 1603 unaquaque vice ad unum a. prorogatur (S. Br. voll. 306, 319, 335 ff. 31, 175, 377). Ep. Regien. renuntiatus est 13 Oct. 1621.

[3]) 13 Maii 1624 ob. Romae Alexander card. Esten., delatus est Tiburem (AC 15 f. 235).

[4]) Die 13 Iul. 1630 domi suae mortuus est, cum brevi morbo decubuisset. Solemne funus ei tamquam decano Sacri Coll. cum transvectione equestri familiae pontificiae aliisque solemnibus postridie actum in bas. SS. Apostolorum, atque in bas. B. Mariae supra Minervam gentilitio sepulchro sepultus est (AC 16 f. 336').

[5]) Die 17 Sept. 1603 S. S. creavit et assumpsit in S. R. E. diac. card.lem rev. mum fratrem Silvestrum Aldobrandinum, Ord. S. Ioannis Hierosolymitan. priorem, et S.tis S. ex fratre *pronepotem* optimae spei adolescentem, Graecis et Latinis litteris excultum, cui etiam suffragantur insignia parentis merita bo: me: Ioannis Francisci Aldobrandini, qui toties cum ecclesiasticis copiis Pannonia peragrata, ac defensa demum in obsidione Canissae mortem pro Sede Apost. occubuit. Silvestro conc. disp. super aetate, et ret. omnium quae obtinet (AC 13 f. 186). Die 20 Sept. traditur ei pileus cardinalitius (AC 13 f. 186). deinde 22 Oct. ei os clausum et 5 Nov. apertum est cum tituli assign. (AC 13 f. 186').

[6]) Nondum 16 aet. suae a. excedebat tempore promotionis ad cardinalatum.

[7]) Die 28 Ian. 1612 Romae ob. Silvester Aldobrandinus Roman. S. Caesarei card. nuncupatus, Urbis prior, et sepultus est in eccl. S. Mariae supra Minervam (AC 14 f. 203').

f) in sexta promotione 9 Iun. 1604 habita.[1])

36. **Seraphinus Olivarius-Razalius** (Olivier-Razali),[2]) patr. Alexandrin. et Rotae aud., Gallus = tt. S. Salvatoris in Lauro 25 Iun. 1604, † in Cur. Rom. 10 Febr. 1609.[3])

37. **Dominicus Gymnasius** (Ginnasi), Bononien., archiep. Sipontin. = tt. S. Pancratii 20 Iun. 1605,[4]) tr. ad tt. SS. XII Apost. 30 Ian. 1606, ad S. Laurent. in Lucina 16 Sept. 1624, ep. Praenestin. 2 Mart. 1626, ep. Portuen. 20 Aug. 1629, ep. Ostien. 15 Iul. 1630, † in Cur. Rom. 12 Mart. 1639.[5])

38. **Antonius Zapata** (Zapata et Cisneros), Hispan., archiep. Burgen. = tt. S. Matthaei in Merulana 20 Iun. 1605,[6]) tr. ad tt. S. Crucis in Hier. 5 Iun. 1606, ad S. Balbinae 17 Oct. 1616, † Matriti 27 Apr. 1635 (AC 17 f. 104).

39. **Philippus Spinellus** (Spinelli), Neapolitan., archiep. Colossen., ep. Policastren., Cam. cler. = tt. S. Barth. in Ins. 2. Aug. 1604,[7]) tr. ad tt. S. Mariae supra Min. 10 Sept. 1608, † extra Cur. Rom. 25 Maii 1616.[8])

[1]) Die 9 Iun. 1604 in secreto cons. S. S. creavit 18 card.les sequentes: Seraphinum Olivarium-Razalium, patr. Alexandrin. et Rotae aud., Gallum, Dominicum Gymnasium, archiepum Sipontin., et nunt. apost. ad regem cath., Antonium Zapatam, archiepum Burgen., Hispan., Philippum Spinellum, archiepum Colossen., epum Policastren. et Cam. cler., Neapolitan., Carolum de Comitibus, epum Anconitan., Roman., Marcum [legas Bernardum] Maczeiouschium, epum Cracovien., Polonum, Carolum Madrutium, epum Tridentin., German., Iacobum Davy, epum Ebroicen., Gallum, Ioannen Delphinum, epum Vicentin., Venetum, Iacobum Sannesium, proth. apost., Picenum, Imnocentium de Bubalis, epum Camerin., Roman., Erminium de Valentibus de Trivio, Hieronymum Agucchium, Bononien., Hieronymum Pamphilium Roman., Rotae decan., Ferdinandum Tabernam Mediolanen., utr. sign. ref. et Almae Urbis gub., fratrem Anselmum Marzatum, O. M. Cap., Monopolitan., Ioannem Auriam Iannen., et Carolum Emanuelem Pium, Ferrarien.; S. S. deinde absolvit Ant. Zappatam et fratrem Anselmum a vinculis quibus alter ecclesiae Burgen. alter Capuccinorum ordini tenebantur, derogans etiam decretum ne archiepi et epi non residentes creari possint cardinales (AC 13 f. 195—195'). Die 12 Iun. 1605 admissi sunt ad osculum card.les in Cur. Rom. existentes, nempe Seraphinus, Sannesius, de Valentibus, Agucchius, Pamphilius, Taberna, Monopolitan., et Pius, et eis traditus est pileus ruber (AC 13 f. 195'); deinde 14 Iun. eisdem os clausum (AC 13 f. 196) et 25 Iun. apertum est cum titulorum. et anulorum assignatione (AC 13 f. 197).

[2]) Est Lugdunen. et cognomen „Razalium" accepit a secundo marito matris suae, qui fuit Franciscus Razalius Bononien. Cf. Alexandrin.

[3]) 10 Februarii 1609: Nocte sequenti Romae ob. Seraphinus Olivarius-Razalius card. Seraphinus nuncupatus (AC 14 f. 118').

[4]) Die 2 Iun. 1605 S. S. in consist. pub. dedit card.bus Gymnasio, Zappata, Madrutio, et Auriae pileum rubrum (AC 14 f. 5'), deinde 6 Iun. eisdem os clausum (AC 14 f. 6) et 20 Iun. tribus prioribus card.bus apertum est cum titulorum assign. et anulorum donatione (AM 25 ff. 2'—3).

[5]) Die 12 Mart. 1639 mortuus est Romae domi suae em. et rev.mus card. Gymnasius, ep. Ostien., et Veliternen. a. agens LXXVIII (AC 17 f. 196).

[6]) Cf. supra I, 37. Cf. etiam tt. S. Crucis in Hier. Pro-rex regni Neapolitan. pro Philippo III declaratur, 30 Ian. 1627 fit inquisitor gen. Hispaniarum (S. Br. 722 f. 158).

[7]) Die 13 Iul. 1604 card. Spinellus admittitur ad osculum et ei traditur pileus purpureus, deinde 19 Iul. ei os clausum (AC 13 f. 197) et 2 Aug. apertum est cum tituli et anuli assign. (AC 13 f. 197').

[8]) Die 25 Maii 1616 ob. Neapoli Philippus card. Spinellus Neapolitan., tt. S. Mariae supra Minervam et ep. Aversan., sepultus est ad Iesuitas (AC 15 f. 51').

40. **Carolus de Comitibus** (Conti di Poli), Roman., ep. Anconitan. = tt. S. Chrysogoni 1 Iun. 1605,[1]) tr. ad tt. S. Clementis 17 Aug. 1605, ad S. Priscae 7 Ian. 1613, † in Cur. Rom. 3 Dec. 1615.[2])

41. **Bernardus Macziejowski**, Polonus, ep. Cracovien.[3]) = tt. S. Ioan. ante Portam Lat. 7 Ian. 1605, † extra Cur. Rom. 19 Ian. 1608.[4])

42. **Carolus Madrutius**, German., ep. Tridentin. = tt. S. Thomae in Parione 20 Iun. 1605,[5]) tr. ad tt. S. Caesarei 1616, ad S. Laurent. in Luc. 2 Mart. 1626, ep. Sabinen. 16 Sept. 1626, † in Cur. Rom. 14. Aug. 1629.[6])

43. **Iacobus Davy du Perron**, Gallus, ep. Ebroicen. = tt. S Agnetis in Agone 7 Ian. 1605.[7]) † extra Cur. Rom. 5 Sept. 1618.[8])

44. **Innocentius de Bubalis** (del Bufalo), Roman., ep. Camerin., nunt. apud regem Galliae = tt. S. Thomae in Parione 10 Dec. 1604,[9]) tr. ad tt. S. Marcelli 1 Iun. 1605, ad S. Pudentianae 30 Ian. 1606, ad SS. Nerei et Achillei 19 Nov. 1607, † in Cur. Rom. 27 Mart. 1610.[10])

45. **Ioannes Delphinus** (Delfino al. Dolfino), Venetus, ep. Vicentin. = tt. S. Matthaei in Merulana 24 Nov. 1604, tr. ad tt. S. Marci 1 Iun. 1605, ad S. Hieronymi Illyr. 23 Iun. 1621,[11]) ad S. Caroli ad Catinarios 23 Aug. 1622,[12]) † extra Cur. Rom. 25 Nov. 1622.[13])

[1]) A Clem. VIII ad osculum admittitur et ei traditur pileus purpureus 1 Febr. 1604 (AC 13 f. 207'), deinde 7 Febr. ei os clausum (AC 13 f. 207') et a Paulo V 1 Iun. apertum est cum tituli assign. et anuli donatione (AC 14 f. 5, 5').

[2]) Die 3 Dec. 1615 Romae ob. morte repentina Carolus de Comitibus, ep. Anconae et tt. S. Priscae card., Roman., sepultus est in eccl. S. Laurentii in Lucina, donec Polum transferatur (AC 14 f. 36).

[3]) Prom. ad archiepatum Gnesnen. 31 Iul. 1606.

[4]) Die 19 Ian. 1608 Cracoviae ob. Bernardus Macziejowski tt. S. Ioan. ante Portam Lat. archiep. Gnesnen., Polonus, card. Gnesnen. nuncupatus; sepultus est in cathedrali in suo sacello (AC 14 f. 86).

[5]) Cf. supra I, 37. Die 25 Febr. 1613 S. S. deputavit card.lem Madrutium legatum de latere ad comitia Imperii Romani in futuris Kalendis Maii Ratisbonae celebranda (AC 14 f. 239'—240).

[6]) Feria III die 14 Aug. 1621 hora 21 rev.mus card. Madrutius ep. Sabinen., a. agens 70, Romae in suis aedibus cessit e vivis. In eccl. S. Mariae de Anima Germanicae nationis amplissimus senatus ei exequias celebravit; postridie Assumptionis B. M. V. elatus inde consueta pompa ad eccl. S. Honuphrii, ibidem sepultus (AC 16 f. 300). Alibi (l. c. f. 319) falso dicitur eum 3 Aug. 1629 obiisse.

[7]) Admissus ad osculum et ei traditur pileus ruber 18 Dec. 1604 (AC 13 f. 204), 22 Dec. ei os clausum (AC 13 f. 204) et 7 Ian. 1605 apertum est cum tituli assign. et anuli donatione (AC 13 f. 204').

[8]) 5 Sept. 1618 Parisiis in loco Bagnolet nuncupato ob. Iac. Davy tt. S. Agnetis in Agone card. du Perron, archiep. Senonen. (AC 15 f. 110).

[9]) 27 Nov. 1604 admissus ad osculum et ei traditur pileus purpureus (AC 13 f. 202), 1 Dec. ei os clausum (AC 13 f. 202) et 10 Dec. apertum est cum tituli assign. et anuli donatione (AC 13 f. 203).

[10]) 27 Mart. 1610 Romae ob. Innocentius card. de Bubalis Romanus, sepultus est in eccl. S. Mariae in Via (AC 14 f. 149).

[11]) 21 Iun. 1621 Papa fecit gratiam, quae gratia per breve transtulit, card.bus Delphino et Priolo permutare titulos (Vat. Lat. 12296 f. 441), et per breve 23 Iun. 1621 S. S. concessit card.li Delphino tt. S. Hier. Illyricorum et card.li Priulo tt. S. Marci cum ret. palatii S. Marci pro card.le Delphino (S. Br. 649 f. 458).

[12]) Per breve 23 Aug. 1622 tt. S. Caroli de Urbe conc. card.li Delphino *absenti* (S. Br. 663 f. 103). Alibi (Vat. Lat. 12323 f. 318) falso dicitur hunc tt. card.li Priolo concessum fuisse.

[13]) 1 Dec. 1622 Romam venit tabellarius qui tulit nuntium de morte rev.mi D. Ioannis tt. S. Caroli card. Delphini, qui ob. Venetiis 25 Nov. 1622 a. agens 77 (Vat. Lat. 12323 f. 377').

46. **Iacobus Sannesius** (Sannesio),[1]) Picenus, proth. apost. = tt. S. Stephani in Monte Coelio 25 Iun. 1604, † in Cur. Rom. 19 Febr. 1621.[2])

47. **Erminius de Valentibus de Trivio** (Valenti),[3]) Spoletan. = tt. S. Mariae Transpontin. 25 Iun. 1604, † extra Cur. Rom. 22 Aug. 1618.[4])

48. **Hieronymus Agucchius** (Agucchi, Agocchi),[5]) Bononien., S. Spiritus in Saxia praeceptor = tt. S. Petri ad Vincula 25 Iun. 1604, † in Cur. Rom. 27 Apr. 1605.[6])

49. **Hieronymus Pamphilius** (Pamphili), Roman., Rotae decan. = tt. S. Blasii de Anulo 25 Iun 1604, † in Cur. Rom. 11. Aug. 1610.[7])

[1]) Fit ep. Urbevetan. 20 Iun. 1605.

[2]) Die 19 Februarii a. 1621: Circa horam sextam noctis sequentis ob. Romae in aedibus suis Iac. card. Sannesius, sepultus est ad S. Silvestrum in Quirinali (AC 15 f. 162').

[3]) Fit ep. Faventin. 3 Aug. 1605.

[4]) 22 Aug. 1618 in patria sua ob. Erminius card. Valentius de Trivio, tt. S. Mariae Transpontin. et ep. Faventin., sepultus est extra muros in eccl. S. Mariae ad lacrymas (AC 15 f. 109).

[5]) Proth. apost., secr. Sacrae Congr. Episcoporum et Regularium 1600—1604, utr. sign. ref.

[6]) 27 Apr. 1605 Romae ob. card. Agucchius, sepultus est in suo tt. S. Petri ad Vincula (AC 14 f. 25').

[7]) Die 11 Aug. 1611 Romae ob. Hieronymus card. Pamphilius tt. S. Blasii, PP. vicarius, et sepultus est ad Vallicellam (AC 14 f. 157).

50. **Ferdinandus Taberna** (Taverna),[1]) Mediolanen., utr. sign. ref., Almae Urbis gub. = tt. S. Eusebii 25 Iun. 1604, † extra Cur. Rom. 29 Aug. 1619.[2])

51. **Fr. Anselmus Marzatus** (Marzato),[3]) O. M. Cap., Monopolitan. = tt. S. Petri in Monte Aureo 25 Iun. 1604, † in Cur. Rom. 17 Aug. 1607.[4])

52. **Ioannes ab Auria** (Doria), Ianuen. = tt. S. Adriani 5 Dec. 1605,[5]) tr. ad tt. S. Petri in Monte Aureo 2 Oct. 1623, † extra Cur. Rom. 19 Nov. 1642.

53. **Carolus Emmanuel Pius de Sabaudia** (Pio di Savoia),[6]) Ferrarien. = tt. S. Nicolai in Carcere 25 Iun. 1604, tr. ad tt. S. Mariae in Via Lata 2 Oct. 1623, ad SS. Ioan. et Pauli 16 Mart. 1626, ad S. Laurent. in Lucina 16 Sept. 1626, ep. Albanen. 14 Apr. 1627, ep. Portuen. 15 Iul. 1630, ep Ostien. 28 Mart. 1639, † in Cur. Rom. 1 Iun. 1641 (AC 18 f. 81).

[1]) Deput. legatus S.tis S. in provincia Marchiae, et gub. civitatis Asculan. 24 Nov. 1604 (AC 13 f. 201'). Die 23 Oct. 1606 card. Vicecomes deput. legatus loco card. Tabernae (AC 14 f. 48).

[2]) Die 29 Aug. 1619 Novariae ob. Ferd. Taberna, tt. S. Eusebii card. et ep. Novarien., sepultus est in sua cathedrali (AC 15 f. 128').

[3]) Iam concionator apostolicus et O. M. Cap. procurator gen.

[4]) Die 17 Aug. 1607 in Tusculano ob. fr. Anselmus Marzatus, O. M. Cap., card. de Monopoli nuncupatus, tt. S. Petri in Monte Aureo, in quo tt. sepultus est (AC 14 f. 72').

[5]) Ei traditus fuit pileus et os clausum fuit simul cum card.bus Gymnasio, Zappata, et Madrutio diebus 2 et 6 Iun. 1605 (AC 14 ff. 5'—6), sed solummodo 5 Dec. 1605 cardinali ab Auria pridem reverso os apertum est cum tituli assign. (AC 14 f. 22). Die 9 Dec. 1604 ei conc. ind. recipiendi sacros ordines extra tempora (S. Br. 352 f. 247), 4 Febr. 1608 fit archiep. Thessalonicen. et coadi. c. f. s. archiepi Panormitan., et 5 Iul. eiusdem a. successit.

[6]) A S.te S. deput. legatus provinciae Marchiae 17 Mart. 1621 (AC 15 f. 164).

II. Leo XI.

Antea Alexander de Medicis, card. de Florentia, ep. Praenestin., electus 1 Apr. 1605,[1]) die sequenti publicatus,[2]) 10 Apr. coronatus,[3]) † 27 Apr. 1605.[4])

[1]) Ex diariis *Ioannis Pauli Mucantii illo tempore caeremoniarum pontificiarum magistri* apud Borghese I voll. 720 et 813: Die 14 Mart. 1605 apertum fuit conclave ad eligendum Sum. Pont.cem (l. c. f. 7 seq., f. 17' seq.). Die 1 Apr. 1605 mane fuit *ultimum* scrutinium in quo rev. mus Baronius 28 vota habuit (vol. 893 f. 41 seq.). Hora prima noctis eisdem diei omnes card.les praeter card.lem Avilam ad electionem venerunt et ab eis el. fuit Alexander de Medicis card. de Florentia nuncupatus. Et statim card.les accesserunt ad cellulam dicti rev. mi card. de Florentia (quia cum illis non fuerat), ut illum ducerent ad sacellum Paulinum, et in Sum. Pont.cem eligerent. Tamen expectaverunt paruniper, donec ad conclave redirent rev. mi card.les Detus et de Bubalis, qui *infirmitatis causa* exiverant. Post adventum dictorum duorum card.lium fere omnes card.les accesserunt ad cellam rev. mi card. de Florentia, et illum duxerunt in sacellum Paulinum, in quo, exclusis omnibus conclavistis, omnes card.les *[etiam card. Avila]* sederunt in loco suo, et per vota aperta et viva suffragia elegerunt in Sum. Pont.cem dictum card.lem de Florentia qui assumpsit nomen **Leonis XI** (l. c. ff. 52—54', 46—49). Card.les in conclavi fuerunt 61, et 60 [excluso card.le de Florentia] fecerunt suffragia in dictum card.lem de Florentia (Borghese I 720 f. 56).

[2]) Praedicta electione peracta, cum hora esset iam tarda, scilicet hora tertia noctis et ultra, S. S. ordinavit ad tumultum evitandum, et ne daretur occasio militibus et aliis depredandi omnia bona card.lium in conclavi existentium, ut porta conclavis tunc non aperiretur, nec aliquid innovaretur usque ad sequentem diem. Sequenti die, quae fuit 2 Apr., summo mane el. ad sacellum Paulinum venit, et ibi indutus fuit pontificalibus paramentis. Tunc card. Sfortia, prior diac. card.lium, populo annuntiavit electionem Sum. Pont.cis, et deinde omnes card.les ipsum Sum. Pont.cem adoraverunt, osculando ei pedem, manum, et os. Postea aperta fuit porta conclavis, et Sum. Pont. processionaliter ductus fuit ad bas. S. Petri, ubi cantatus fuit hymnus *Te Deum laudamus* (Borghese I vol. 720 ff. 44,—56, vol. 813 ff. 49'—50).

[3]) Die 10 Apr. in solemnissimo Dominicae Resurrectionis festo, in bas. S. Petri de Urbe card. Sfortia, prior diac. card.lium, ipsum Sum. Pont.cem el. coronavit tyara pretiosissima valoris, ut aiunt, quingentorum millium aureorum olim a PP. Iulio II constructa (Borghese I 720 ff. 66—74).

[4]) Die 17 Apr., iuxta morem praedecessorum Sum. Pont. possessionem eccl. suae Lateranen. capit (Borghese I 720 ff 78—90'). Vespere diei 18 Apr. Sum. Pont. nimia gravedine oppressus, levi febricula laborare coepit, quae ab initio non laethalis, sed ephimera iudicata fuit. Tamen in lectulo iacens S. S. laboravit sub incerta spe salutis decem dies et tandem 27 Aprilis, omnibus Ecclesiae sacramentis receptis, parum ante horam duodecimam placide et pacifice animam Deo reddidit (l. c. ff. 95—96). Sepultus est in bas. S. Petri de Urbe 30 Apr. 1605. Vixit annos LXVIII menses X dies XXV (l. c. f. 105).

III. Paulus V.

Antea Camillus Burghesius,[1]) Roman., tt. S. Chrysogoni pbr. card., electus 16 Maii 1605,[2]) die sequenti publicatus,[3]) 29 Maii coronatus,[4]) † 28 Ian. 1621.[5])

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) in prima promotione 18 Iul. 1605 habita.[1])

1. **Scipio Caffarellus-Burghesius** (Caffarelli-Borghese),[2]) Roman., nepos **Pauli V** = tt. S. Chrysogoni 17 Aug. 1605, ep. Sabinen. 20 Aug. 1629 sed cum ret. S. Chrysog., † in Cur. Rom. 2 Oct. 1633.[3])

b) in secunda promotione 11 Sept. 1606 habita.[4])

2. **Ludovicus de Torres,**[5]) Roman., archiep. Montis Regalis = tt. S. Pancratii 19 Dec. 1606, † in Cur. Rom. 8 Iul. 1609 (AC 14 f. 128).

---

[1]) Nat. Romae 17 Sept. 1552 (*Pastor* XII, 32).

[2]) Die 6 Maii celebrata fuit nona et ultima missa exequiarum pro anima fel. rec. **Leonis Papae XI** (Borghese I 720 f. 111), et die Dominica 8 Maii card. Pinellus ep. Tusculan. celebravit missam de Spiritu Sancto, et card.les conclave ad eligendum Sum. Pont.cem ingressi sunt (AC 15 14 f. 3). Feria II 16 Maii 1605 inter rev. mos patres ingens coorta est dissensio; aliis rev. mo card.li Baronio, aliis rev. mo card.li Tusco suffragantibus. Quae demum dissensio circa horam secundam noctis eiusdem diei repente sublata est; primo *omnium* consensu, deinde vivis suffragantibus, ac singillatim in Sum. Pont.cem elegentibus rev. mum Camillum Burghesium natione Romanum, S. R. E. pbr. card.lem (I, 12), qui **Pauli V** nomen assumpsit (AC 14 f. 3'). In conclavi erant 61 card.les [simul cum electo], et card.les qui novum Pontificem elegerunt sunt sequentes: *episcopi IV:* Comen., Sacri Coll. decan., Pinellus, Bernerius, de Gioiosa; *presbyteri XLVI:* Valerius, Gallus, Saulius, Pallottus, Perbenedictus, Petrochinus de Montelparo, Sfrondatus, Iustinianus, de Monte, Aquaviva, Platus, Paravicinus, Borromaeus, Fachinettus, Aldobrandinus (I, 4), Taurusius (I, 7), Bandinus (I, 8), de Giury (I, 10), S. Clementis (I, 11), Baronius (I, 13), Blanchettus (I, 14), Avila (I, 15), Mantica (I, 18), Arrigonius (I, 19), Bevilacqua (I, 22) Vicecomes (I, 24), Tuscus (I, 25), Zachias (I, 27), Dietrichstein (I, 28), Bellarminus (I, 30), de Sourdis (I, 32), Olivarius-Razalius (I, 36), Gymnasius (I, 37), Zapata (I, 38), Spinellus (I, 39), de Comitibus (I, 40), Madrutius (I, 42), Davy (I, 43), de Bubalis (I, 44), Delphinus (I, 45), Sannesius (I, 46), de Valentibus (I, 47), Pamphilius (I, 49), Taberna (I, 50), Marzatus (I, 51); *diaconi:* Sfortia, Alexander Perettus, Farnesius, Cinthius Aldobrandinus (I, 3), Caesius (I, 17), Andreas Perettus de Montalto (I, 20), Esten. (I, 33), Detus (I, 34), Silvester Aldobrandinus (I, 35), de Auria (I, 52), Pius (I, 53). Tamen ex his 60 card.bus duo *infirmi* in lectulo iacebant, scil. Zachias et Madrutius, et ideo ad electionem in sacella Paulina venire non potuerunt, sed consensum praestiterunt, et electionem hilariter approbaverunt (Borghese I 720 ff. 154'—157).

[3]) Borghese I 720 ff. 152'—153.

[4]) Die Dominica 29 Maii in solemnissimo festo Pentecostes super gradus bas. Vaticanae **Paulus V** a Francisco card.le Sfortia ritu solemni coronatus est (AC 14 f. 4).

[5]) 29 Ian. 1621 **Paulus V** vesperi ob. in palatio Quirinali (AC 15 f. 159). *Quaedam adnotationes et decreta Pauli PP. V praesertim ex actis consist. deprompta.* 20 Iul. 1605 S. S. iubilaeum indixit pro futura proxima hebdomada ad opem divinam implorandam ob bonum regimen (AC 14 f. 7). 26 Sept. 1605 S. S., exquisitis Sacri Coll. sententiis decrevit, ut vetus S. Petri in Vaticano templum, propterea quod ruinam minaretur, nec sine magna expensa reparari posset, aequaretur solo; mandavitque sacra corpora, et reliquias decentibus locis collocari (AC 14 f. 19). 6 Dec. 1605 S.mus D. N. mandavit in virtute sanctae obedientiae, ut nullus card. a Curia discedat et ad remota loca se conferat sine licentia S.tis S. (AC 14 f. 23). 21 Maii 1608 fuit consist. semi-publicum cui S.mus D. N., 29 card.les, 1 patr., 35 epi, collegia prothonotariorum et Rotae auditorum etc. interfuerunt, ut de canonizatione B. Franciscae Roman. tractarent (AC 14 f. 94'). 29 Maii 1608 S.mus D. N. decrevit *canonizationem B. Franciscae Roman.* (Borghese I 721 f. 275' seq.). 27 Aug. 1608 S. S. decrevit in sequenti hebdomada in *omnibus* eccl. Romae fieri preces pro defensione Ecclesiae adversus haereticos in Germania (AC 14 f. 101'). 20 Sept. 1610 S. S. interfuit consist. semi-publico in quo graves sententiae a card.bus deinde ab epis dictae sunt, et concordes et consentientes fuerunt, quandoquidem ex his quae relata, et probata fuerant, abunde constabat de insigni vitae sanctitate, et illustribus miraculis *B. Caroli Borromaei* in vita, et post mortem illum merito a S.te S. esse *canonizandum.* (AC 14 f. 161). 1 Nov. 1610 in festo omnium Sanctorum fuit *canonizatio B. Caroli Borromaei* in bas. S. Petri (Borghese I 722 f. 106). 7 Ian. 1613 S.mus D. N. confirmavit electionem Mathiae, regis Hungariae et Bohemiae, in imperatorem Sacri Imperii Romani (AC 14 f. 234'). 12 Iun. 1617 per Urbem publicatum fuit iubilaeum universale S.mi D. N. Pauli divina providentia **Papae V** ad divinam opem in praesentibus Ecclesiae necessitatibus impetrandam (Borghese I 723 f. 304). 13 Ian. 1620 S.mus D. N. pro praesentibus Ecclesiae necessitatibus hoc praesertim tempore, quo Hungaricum regnum, et Bohemicum rebellione externorum hostium invasione laborat iubilaeum indixit et *sex decimas* ad auxilia suppeditanda super bonis ecclestiasticis in Italia imposuit (AC 15 f. 137). 4 Maii 1620 S.mus D. N. electionem serenissimi Ferdinandi ab Austria in imperatorem de more confirmavit (AC 15 f. 142').

[1]) 18 Iul. 1605 S. S. creavit in *pbr. card.lem* Scipionem Caffarellum Roman., sororis germanae filium, a. agentem XXVIII, eique Burghesii cognomen dedit, *quo eum postea nuncupari voluit.* Is nondum erat pbr., et eum uti tamen *proxime futurum* pbr.um nominavit, et ad pbr.orum locum transire voluit (AC 14 f. 11). 21 Iul. 1605 S. S. excepit card.lem Burghesium ad osculum eique rubrum pileum solemni ritu donavit (AC 14 f. 13), deinde 3 Aug. ei os clausum et 17 Aug. apertum est cum tituli assign. (AC 14 f. 14').

[2]) Diebus 31 Iul., 1, 5, 7 Aug. Romae in 4 minoribus ord., subdiac., diac., et pbr. ord. const. (Borghese I 720 ff. 214'—215). 4 Iul. 1607 creatus legatus de latere Avenionis et comitatus Venuxin. (AM 25 f. 28'), 11 Iun. 1609 conc. ei ad vitam officium bibliothecarii S. R. E. per ob. card. Montis Regalis vacans, et 5 Ian. 1610 conc. ei facultas capiendi possessionem officii poenit. maioris (S. Br. 596 ff. 396, 709). 11 Oct. 1609 deput. protector christifidelium Persarum (S. Br. 449 f. 126), et 25 Oct. 1610 el. archiep. Bononien. sed ante 2 Apr. 1612 eidem ecclesiae resignavit (cf. Bononien.). Ante 17 Febr. 1618 resignavit officio bibliothecarii S. R. E. (S. Br. 604 f. 78), 16 Febr. 1618 deput. praef. Signaturae Gratiae (l. c. f. 93), 11 Ian. 1621 const. camerarius Sacri Coll. (AC 15 f. 157).

[3]) Ob. Romae in aedibus suis 2 Oct. 1633, eiusque corpus in bas. Exquilina conditum fuit. Agebat aet. suae a. LI (AC 17 f. 49').

[4]) Die 11 Sept. 1606 Romae in Monte Quirinali in aula palatii apostolici fuit consist. secretum in quo S.mus D. N. creavit et declaravit S. R. E. card.les octo infrascriptos: Ludovicum de Torres Roman., archiepum Montis Regalis, Horatium Spinulam Genuen., archiepum Genuen., Maphaeum Barberinum Florentin., archiepum Nazaren., Cam. cler. et nunt. apud regem christianissimum, Garziam Millinum Roman., archiepum Colossen., Rotae aud., nunt. apud regem cath., Bartholomaeum Ferratinum Amerin., regentem cancellariae, epum Amerin., Bonifatium Caetanum Roman., epum Cassanen., praef. Romandiolae, Marcellum Lantes Roman., Cam. aud., Horatium Maphaeum Roman., Cam. cler. (AC 14 f. 46). 14 Sept. 1606 S. S. pileum rubrum solemni ritu dedit rev. mis card.bus Ferratino, Lanti et Maphaeo in Cur. Rom. *praesentibus* (AV 15 f. 26'), et 25 Sept. card.bus Maphaeo. et Lanti os clausum (AC 14 f. 47) et 9 Oct. apertum est cum titulorum assign. (AM 25 f. 21').

[5]) Die 9 Dec. 1606 in publico consist. traditio pilei rubri, deinde 11 Dec. ei os clausum (AC 14 f. 52) et 18 Dec. apertum est cum tituli assign. (AC 14 f. 53). 4 Iul. 1607 ei conc. officium bibliothecarii S. R. E. per ob. card. Baronii vacans (S. Br. 421 f. 200).

3. **Horatius Spinula** (Spinola),[1]) Ianuen., archiep. Ianuen. = tt. S. Blasii 11 Ian. 1616,[2]) † extra Cur. Rom. 24 Iun. 1616.[3])

4 **Maphaeus Barberinus** (Barberini),[4]) archiep. Nazaren., Cam. cler. et nunt. apud regem Galliae = tt. S. Petri in Monte Aureo 12 Nov. 1607, tr. ad tt. S. Honuphrii 5 Maii 1610, el. Sum. Pont. **Urbanus VIII** 6 Aug. 1623.

5. **Ioannes Garzias Millinus** (Millini),[5]) Roman., archiep. Colossen., aud. Rotae = tt. SS. IV Coronat. 7 Ian. 1608, tr. ad. tt. S. Laurentii in Luc. 14 Apr. 1627, ep. Tusculan. 20 Aug. 1629, † in Cur. Rom. 2 Oct. 1629.[6])

6. **Bartholomaeus Ferratinus** (Ferratini), Amerin., ep. Amerin.[7]) = remansit sine tt., † in Cur. Rom. 1 Nov. 1606.[8])

7. **Bonifatius Caietanus al. Caetanus** (Caetani),[9]) Roman., ep. Cassanen., praef. Romandiolae = tt. S. Pudentianae 19 Nov. 1607, † in Cur. Rom. 24 Iun. 1617.[10])

[1]) Die 25 Sept. 1606 S. S. creavit legatum de latere Ferrarien. rev. mum card. Spinulam *absentem* (AC 14 f. 47').

[2]) 9 Ian. 1616 S.mus D. N. Horatio Spinulae Romam ex legatione Ferrarien. venienti pileum rubrum solemni ritu imposuit (AC 15 f. 41); 11 Ian. 1616 eidem card.li os clausum et apertum est cum tituli assign. (AC 15 f. 41').

[3]) 24 Iun. 1616 Ianuae ob. Horatius card. Spinula (AC 15 f. 53').

[4]) Die 30 Oct. 1607 traditio pilei rubri card.li Barberino e Gallia reverso (AC 14 f. 75), deinde 5 Nov. eidem os clausum (AM 25 f. 31') et 12 Nov. apertum est cum tituli assign. (AC 14 f. 76). 8. Ian. 1610 deput. praef. Signaturae Iustitiae (S. Br. 451 f. 40), 31 Aug. 1611 a Cur. Rom. *absens* creatus est legatus Bononien. ad triennium (AC 14 f. 189), 9 Ian. 1623 deput. camerarius Sacri Coll. (AC 15 f. 206').

[5]) Traditio pilei rubri card.li Millino ex Hispania reverso 15 Dec. 1607 eique os clausum est 17 Dec. (AC 14 f. 79'), deinde 7 Ian. 1608 ei os apertum est cum tituli assign. (AC 14 f. 85). 5 Maii 1608 creatus est legatus de latere S.mi D. N. ad. reconciliationem efficiendam inter imperatorem et archiducem Mathiam eius fratrem germanum (AC 14 f. 92'—93), et 12 Maii ei data est crux legationis (AC 14 f. 94), et 8 Sept. 1608 card. Millinus e Germania rediens a S.te S. exceptus est (AC 14 f. 106'). Vocatur etiam „Mellinus." 7 Febr. 1607 el. ep. Imolen., sed ante 27 Iun. 1611 eidem ecclesiae resignavit. Card.le Barberino ad Summum Pontificatum evecto [Urban VIII] 6 Aug. 1624, card. Millinus ut cam. Sacri Coll. ei successit, ac deinde ad dictum officium el. fuit 15 Ian. 1624 (AC 15 f. 227).

[6]) Romae ob. 2 Oct. 1629 circa horam sextam noctis aet. suae 67 an., et sepultus est in aede B. Mariae de Populo (AC 16 f. 308).

[7]) Ep. Amerin. 9 Oct. 1562 sed ante 17 Dec. 1571 resignavit (*Eubel* III², 106). Excepit pileum rubrum Romae 14 Sept. 1606 (AV 15 f. 26').

[8]) Die 1 Nov. 1606 Romae in suo palatio ob. card. Ferratinus (AC 14 f. 48).

[9]) Die 25 Sept. 1606 S. S. creavit legatum de latere Romandiolae rev. mum card. Caetanum *absentem* (AC 14 f. 47'), et 10 Nov. 1607 S. S. solemni ritu excepit card.lem Caetanum e Flaminia reversum eique imposuit pileum rubrum et 12 Nov. ei os clausit (AC 14 f. 76); 19 Nov. S. S. aperuit os card.li Caetano et ei assignavit tt. (AC 14 f. 76'—77). Tr. ad eccl. metrop. Tarentin. 22 Apr. 1613 (cf. Tarentin.).

[10]) Romae ob. 24 Iun. 1617, et sepultus est in suo tt. S. Pudentianae (AC 15 f. 76').

8. **Marcellus Lantes** (Lante della Rovere), Roman., Cam. aud. = tt. S. Quirici 9 Oct. 1606,[1]) tr. ad tt. S. Praxedis 20 Mart. 1628, ep. Praenestin. 20 Aug. 1629, ep. Tusculan. 8 Oct. 1629, ep. Portuen. 28 Mart. 1639, ep. Ostien. 1 Iul. 1641, † in Cur. Rom. 19 Apr. 1652 (Vat. Lat. 12329 f. 33').

9. **Horatius Maphaeus** (Maffei), Roman., Cam. cler. = tt. S. Georgii 9 Oct. 1606,[2]) tr. ad tt. SS. Marcellini et Petri 7 Febr. 1607, † in Cur. Rom. 11 Ian. 1609 (AC 14 f. 116').

c) in tertia promotione 10 Dec. 1607 habita.[3])

10. **Franciscus Forgazius** (Forgách de Ghymes), archiep. Strigonien. = remansit sine tt. † extra Cur. Rom. 16 Oct. 1615.[4])

11. **Franciscus de la Rochefoucauld**, ep. Claramontan., regis christianissimi concionator = tt. S. Calixti 1 Febr. 1610,[5]) † extra Cur. Rom. 14 Febr. 1645.

12. **fr. Hieronymus Xaveres**, Hispan., mag. gen. O. P. = remansit sine tt.,[6]) † 8 Sept. 1608 (AC 14 f. 102).

13. **Mauritius a Sabaudia** (di Savoia), regis cath. ex sorore nepos = tt. S. Mariae Novae 17 Mart. 1622,[7]) tr. ad tt. S. Eustachii 19 Apr. 1621, ad S. Mariae in Via Lata 16 Mart. 1626, dignitatem cardinalatus dimisit a. 1642.[8])

[1]) 25 Sept. 1606 S. S. clausit os rev. mis card.bus Lanti et Maphaeo (AC 14 f. 47), et 9 Oct. eisdem os aperuit cum titulorum assign. (AM 38 f. 81). Renuntiatus ep. Tudertin. 18 Dec. 1606 sed eidem ecclesiae ante 6 Oct. 1625 resignavit (cf. Tudertin.). Cons. ep. Tudertin. a S.te S. in palatio Vaticano 14 Ian. 1607 (Borghese I 721 f. 59').

[2]) Cf. supra n. 1. El. archiep. Theatin. 3 Sept. 1607 (cf. Theatin.).

[3]) In consist. secreto 10 Dec. 1607 apud S. Petrum habito S. S. creavit card.les quinque, videlicet Franciscum Forgazium, archiepum Strigonien., Franciscum de la Rochefoucauld, epum Claramontan. et regis christianissimi concionatorem, fr. Hieronymum Xaveres, generalem O. P., regis cath. confessarium, Mauritium a Sabaudia, regis cath. ex sorore nepotem, quartum decimum a. agentem, Ferdinandum Gonzagam, ducis Mantuae filium. Tres primos *presbyteros*, reliquos duos *diaconos* declaravit, cum ret. omnium, et ut Xaveres retineat etiam generalatum usque ad novi generalis creationem (AC 14 f. 78').

[4]) Ob. ad Balnea S. Crucis in Hungaria 16 Oct. 1615 (AC 15 f. 20).

[2]) Feria sexta die 29 Sept. 1623 in festo dedicationis S. Michaelis Archangeli fuit dies solemnis coronationis S.mi D. N. **Urbani Papae VIII**, qui usque ad hanc diem transtulit huiusmodi solemnitatem propter ipsius aegritudinem. Iuxta caeremonias statutas S.mus D. N. coronatus fuit a card.le Estensi, priore diac. card.lium, in bas. S. Petri (*Alaleo* in Vat. Lat. 12324 ff. 9—17).

[3]) Mors, quae nemini mortalium parcit, die 29 Iul. 1644 abstulit fel. rec. **Urbanum VIII** Pontificem Maximum (AC 19 f. 1). *Quaedam adnotationes et decreta Urbani VIII praesertim ex actis consist. deprompta.* In primo consist. secreto 27 Sept. 1623 S.mus D. N. egit gratias de sua ad Summum Pontificatum assumptione (AC 15 f. 216'). In consist. secreto 2 Oct. 1623 S.mus D. N. decrevit, quod, quando accedent ad Urbem pro praestanda obedientia oratores imperatoris, regum, aut aliorum principum, non vocentur ad assistentiam amplius quam octo card.les (AC 15 f. 217'). In consist. secreto 7 Oct. 1624 S.mus D. N. decrevit, ne in posterum rev.mi card.les provisiones eccl.arum et mon.orum proponant, antequam obligationis cedulas mercatoris fidei, et facultatum idonei, et a generali cancellariae pro tempore subcollectore, aut ab eiusdem Sacri Coll. computatore suo periculo approbatas, propriaque manu subscriptas, receperint etc. (AC 15 f. 240'). In consist. secreto 13 Nov. 1624 S. S. monuit card.les, quod, cum tam proximus sit *annus iubilaei*, curent, ut in eorum titulis supellex sacra minus decens desit, praeterea omne studium et curam adhibeant, ne ab eorum famulis quidquam interversi moris, aut exempli ab advenis deprehendatur (AC 15 f. 243). Die 24 Dec. 1624 in aula paramentorum in palatio Vaticano S.mus D. N. declaravit vivae vocis oraculo tres a latere legatos, qui, dum ipse Vaticanae bas. *portam sanctam* reseraret, Ostiensem, Coelimontanam, et Exquilinam solemni ritu patefacerent. Delecti sunt rev.mus Franciscus Maria card. a Monte, Sacri Coll. decan., pro Ostiensi ad bas. divi Pauli, rev.mus Ioan. Bapt. card. Lenius, basilicae Lateranen. archipbr., pro bas. Lateranensi, rev.mus Ioan. Garzia card. Millinus, S.mi D. N. vic., basilicae S. Mariae Maioris archipbr., pro bas. Exquilina. Deinde S. S. una cum card.bus, et antistitum coetu Sixti IV sacellum iniit, et flexus in genua hymnum praecinuit *Veni Creator Spiritus*, et ad aedem Principis Apostolorum magna cum pompa perexit. Sum. Pont. sub porticu S. Petri iuxta *sacram portam* constitutus accepit malleum argenteum (tradente rev.mo Scipione Burghesio, poenit. maiore, basilicae Vaticanae archipbr.), et stans cum mitra *portam sacram aperuit* eam ter percutiendo. Deinde ipsam portam ingressus est et post eum omnes alii processionaliter inierunt (AC 16 f. 46). 1 Febr. 1625 S. S. decrevit officium S. Hyacinthi de communi confessorum

non pontificum in breviario Roman. esse inserendum, ab omnibus christifidelibus sub ritu duplici recitari debere prima Dominica post Assumpt. B. M. Virg. (AC 16 f. 52'). Die 2 Febr. 1625 S.mus D. N. iubilaeum in bas. Ostiensi iussit *cessare*, et pridie huius diei ad *bas. S. Mariae Transtyberim*, primam videlicet post patriarchales, indixit. Die VII huius m. [Febr.] S. S. quatuor eccl.as religionis causa de more obiturus, post Vaticanam bas. cum aliquot card.bus Transtyberinam adiit (AC 16 f. 53). In consist. semi-publico 28 Apr. 1625 tractatum fuit de canonizatione B. Elisabethae, reginae Lusitaniae, et approbantibus card.bus, patr.chis, et epis praesentibus, S.mus D. N. dixit canonizationis diem, hoc est XXV Maii, in bas. S. Petri celebrandum esse (AC 16 ff. 61'–62); deinde 25 Maii 1625 ipsa *canonizatio* in bas. S. Petri decreta fuit (AC 16 ff. 65'–66). Cum litteris 30 Maii 1625 S. S. Mariae Henrichettae, reginae Britanniae [Angliae], rosam auream donavit (AC 16 ff. 69–70). In consist. secreto 23 Iun. 1625 S.mus D. N. sancivit decretum rev.morum card.lium capitum ordinum de annatis beneficiorum, et decretum eorumdem, non procedere in epalibus, in quibus solum locum habet translatio et non permutatio et quod epi absolvantur a vinc. prioris eccl., quae propterea dicitur vacare (AC 16 f. 70). In consist. secreto 18 Aug. 1625 S.mus D. N. nonnulla de processibus informativis formandis pro promovendis ad eccl.as cathedr. et monasteria decrevit. Etiam iussit, quod dicti processus, libri propositionum eccl.arum et quaecumque aliae scripturae ad Sacrum Coll. pertinentes in archivo dicti Coll. *in aedibus Vaticanis* existente deponantur, nec ab aliis praeterquam a cler. Italo et secr. detineri possint (AC 16 f. 78'). Iterum 17 Sept. 1625 alia decreta fuerunt de dictis processibus fabricandis et colligendis (AC 16 ff. 79'–80), et per breve apost. 22 Sept. 1625 *erectio* archivi Sacri Coll. iubetur (AC 16 f. 80'). Deinde sub ultimis diebus m. Sept. S.mus aliqua super iuramento a promovendis ad eccl.as praestando, et super examinatoribus eorumdem decrevit (AC 16 f. 81). In consist. secreto 27 Oct. 1625 decretum fuit datum de professione fidei a promovendis ad eccl.as facienda (AC 16 f. 83'). 8 Nov. 1625 in Quirinali S.mus D. N. *beatificavit* fr. Felicem a Cantalicio, O. M. Cap., approbante Sacra Congr. Rit. (AC 16 f. 85). 10 Nov. 1625 edictus fuit *motu proprio* **Urbani PP. VIII** super erectione archivi Sacri Coll. (AC 16 f. 85). 1 Dec. 1625 S.mus D. N. dedit decretum super iuramento professionis fidei (AC 16 ff. 87'–88). 24 Dec. 1625 S.mus D. N. iussit eosdem card.les, qui ineunte a. iubilaei trium basilicarum fores sacras reseraverant, munus in dictis portis claudendis obire, et eadem die, absolutis vesperis, S. S. *portam sanctam* basilicae Vaticanae clausit (AC 16 f. 90'). Tamen iubilaeum prorogatur usque ad Kalendas Ianuarii (AC 16 f. 91). Ad tollendam quamcumque dubitationem super constitutione de electione Romani Pontificis a **Gregorio XV** edita, S.mus D. N. eamdem constitutionem confirmavit 28 Ian. 1626, et iussit eam inviolabiliter observari (AC 16 ff. 101'–102'). A. 1626 ad manus secretarii Sacri Coll. pervenit constitutio **Urbani VIII** 20 Mart. 1625 edita, declarans a qua die vacare sedes incipiat in translationibus eporum, et statim ab eodem secr. in Acta Camerarii ducitur (AC 16 ff. 111–112'). 19 Apr. 1626 bulla de institutione archivii Sacri S. R. E. card.lium Coll. fuit consignata Nicolao Alamanno, *archivii S. Angeli custode*, ut illam ib. ad futuram rei memoriam reponeret (AC 16 f. 115'). Dicta bulla, quae data fuit XVIII Kal. Ianuarii 1635, invenitur in AC 16 ff. 116–119. Decr. Sacrae Congr. Rit. de *beatificatione* servae Dei Mariae Magdalenae de Pazzis Florentin. vulgatum est, et breve apost. dictae beatificationis 8 Maii 1626 datum est (AC 16 ff. 124'–125). 21 Maii 1626 in festo Ascensionis D. N. Iesu Christi in coelum S. S. diluculo equitavit cum 12 card.bus ad bas. Lateranen., ib. publicum Sacrum celebravit (AC 16 f. 128). 18 Nov. 1626 S.mus D. N. *consecravit* novam bas. S. Petri iam a **Iulio II** inchoatam, et ab aliis subinde Pontificibus exornatam, cui altera pars a **Paulo V** adiecta est (AC 16 ff. 158–159). 1 Mart. 1627 decretum editum fuit de gratia in propositionibus eccl.arum et mon.orum non facienda nisi per suffragia *secreta* rev.morum card.lium Sacri Coll. (AC 16 f. 177), et 22 Mart. 1622 decretum fuit ne in posterum de gratiis verbum nullum fieret, nisi in consist. cathedralis, seu metrop.nae eccl., aut mon.orum praecesserit relatio (AC 16 f. 179). Eadem die 22 Mart. S.mus D. N. decrevit, ut de cetero cedulae propositionum *pridie* praeconizationis transmitterentur, alioquin eccl. minime proponeretur. Eiusdem sententiae decr. vulgarat olim fel. rec. **Gregoriis XIII** die 17 Oct. 1572 (AC 16 f. 180). 26 Apr. 1627 S. S. abolevit Ordinem Equitum S. Georgii (AC 16 f. 183'). 28 Apr. 1627 amplius decretum fuit de cedulis propositionum transmittendis pridie praeconizationis (AC 16 f. 184). 10 Iul. 1627 S.mi D. N. iussu publicatur instructio particularis super conficiendis processibus inquisitionis in qualitates promovendorum ad regimina cathedralium et mon.orum consist.lium (AC 16 f. 196'). S.mus D. N. *erexit Collegium Urbanum de Propaganda fide in Alma Urbe* cum bulla diei 1 Aug. 1627 (Kalendis Augusti, apud S. Br. 960 f. 453). In consist. secreto 6 Oct. 1627 S.mus D. N. confirmavit decr. Sacrae Congr. Consist. diei 7 Aug. factum, quo tt. cardinalitius S. Caroli ad Catinarios suppressus fuit, et vice ac loco dicti tt. idem S.mus D. erexit in titulum pariter cardinalitium eccl.am S. Caroli nationis Lombardae, quam eccl. honore, dignitate, et praerogativa tituli pbr. card.lis perpetuo insignivit et decoravit (AC 16 f. 209). Eadem die 6 Oct. S. S. decrevit, ut de cetero in propositionibus eccl.arum, si quando occurrat pens.num impositio, illarum numerus exprimatur, nec dicere sufficiat, modo *quartam* partem fructuum non excedant (AC 16 f. 209'). In consist. secreto 10 Nov. 1628 S.mus D. N. decrevit et declaravit de cetero vacare loca montium vacabilia, et officia huiusmodi per promotionem ad eccl.as cathedr. etiam metrop.nas, aut patr.les, seu etiam commendas mon.orum, vel etiam per solam promotionem ad cardinalatum (AC 16 f. 261). 14 Ian. 1629 S. S. mandavit omnes et singulos libros propositionum et actorum consist. Sacri Coll. penes computatorem Sacri Coll. existentes ad archivum Sacri Coll. deferri debere iuxta litt. apost. iam XVIII Kal. Ianuarii 1625 expeditas (AC 16 f. 278), et 16 Ian. in aedibus rev.mi card. Bandini decan. consignata card.li camerario Sacri Coll. fuerunt 30 volumina a computatore (relictis eidem 12, nam 42 penes se ad hunc usque diem retinuerat), et in archivo Sacri Coll. reposita sunt (AC 16 f. 278'). In consist. semi-publico 2 Apr. 1629 S.mus D. N. exquisivit sententias rev.morum card.lium, archieporum, et eporum praesentium de *canonizatione B. Andreae Corsini [O. Carm. Disc.]*, et designavit diem 22 Aprilis, qua die in bas. Vaticana B. Andream Sanctorum cathalogo inseruit (AC 16 ff. 229–290), et de facto 22 Apr. 1629 dicta *canonizatio* in bas. S. Petri habita fuit (AC 16 ff. 291'–292). In consist. secreto 10 Iun. 1630, facta relatione a rev.mo card.le Pio, S.mus D. N. confirmavit decr. consist. Sacrae Cong. Caeremoniarum, quo card.les S. R. E. loco titulorum *illustrissimi*, et *dominationis vestrae*, titulos *eminentissimi*, et *vestrae eminentiae*, una cum antiquo tt. *reverendissimi* in posterum assumere debent. Praefati tituli eminentissimi et vestrae eminentiae a nemine *praeterquam* ab ecclesiasticis Romani Imperii electoribus, ac magistro Hospitalis Hierosolymitani ursurpari possent, sed ipsis card.bus proprii et peculiares sint (AC 16 ff. 333'–335). In consist. secreto 23 Sept. 1630 S. S. decrevit, ut professio fidei, quae a rev.mis card.bus ad epalem gradum transeuntibus requiritur, in manibus epi consecrantis ante ipsam consecrationem emittatur (AC 16 f. 342). 27 Ian. 1631 S. S. decrevit loco narrationum commendatitiarum in posterum ab advocatis consist. agendum esse in consist. publicis de genere, natalibus ac virtutibus eorum qui cum magna opinione sanctitatis obierunt, et pro quibus fiunt instantiae ut in Beatorum vel Sanctorum numerum adscribantur, et ut advoc. in huiusmodi relationibus habendis se continere deberent intra terminos praescriptos in instructione de mandato nostro tradenda (AC 16 f. 356). 19 Mart. 1631 habita fuit congregatio rerum consistorialium in qua decr. super processibus epatuum et mon.orum consistorialium conficiendis pertinens conceptum fuit, et a S.mo D. N. postea confirmatum (AC 16 ff. 359–361). In consist. secreto 17 Dec. 1634 S.mus D. N. publicavit decr. a se conceptum super residentia eporum (AC 17 ff. 80'–81). 22 Mart. 1638 card. Lantes retulit Sacro Coll. placere S.ti S. ut in posterum servetur constitutio eiusdem Sacri Coll., qua cavetur ne condonationes iurium eccl.arum et mon.orum consist. fiant *nisi in congregatione generali*, et *secretis* suffragiis iuxta morem antiquitus servatum (AC 17 f. 159').

a) in prima promotione 2 Oct. 1623 habita.[1])

1. **Franciscus Barberinus** (Barberini),[2]) S.tis S. nepos = tt. S. Honuphrii 20 Nov. 1623, tr. ad tt. S. Agathae

[1]) In consist. secreto 2 Oct. 1623 habito SS. declaravit S. R. E. card.lem in ord. *diac.orum* rev.mum Franciscum Barberinum eiusdem S.tis S. nepotem, eique simul concessit legationem Avenionen. dimissam libere in manibus S.tis S. a rev.mo card.le Ludovisio (AC 15 f. 217). Eidem datus est pileus ruber 5 Oct. 1623 (AC 15 f. 218'), deinde 23 Oct. ei os clausum et 20 Nov. apertum est cum tituli assign. (AC 15 ff. 218', 220').

[2]) Fit. praef. Signaturae Iustitiae 13 Oct. 1623 (S. Br. 937 f. 27) sed resignavit ante 18 Mart. 1628 (S. Br. 940 f. 297), protector regni Scotiae 20 Nov. 1623 (S. Br. 937 f. 71), gub. civitatis Tiburtin. 14 Maii 1624 (S. Br. 937 f. 64), bibliothecarius S. R. E. 1 Iul. 1626 (S. Br. 720 f. 366) sed resignavit ante 13 Dec. 1633 (S. Br. 948 f. 29), fit vice-cancellarius S. R. E. 24 Nov. 1632 (AC 17 f. 22'), dimissa legatione Avenionen., fit Sedis Apost. legatus Urbinaten. 21 Febr. 1633 (AC 17 f. 36), 14 Nov. 1644 transivit ab ord. diac.orum ad ord. pbr.orum (AC 19 f. 11).

13 Nov. 1624, ad S. Laurentii in Damaso 24 Nov. 1632,[1]) ep. Sabinen. 23 Oct. 1645, ep. Portuen. 23 Sept. 1652, ep. Ostien. 11 Oct. 1666, † in Cur. Rom. 10 Dec. 1679.[2])

b) in secunda promotione 7 Oct. 1624 habita.[3])

2. **Antonius Barberinus** (Barberini),[4]) O. M. Cap., S.tis S. frater germanus = tt. S. Honuphrii 13 Nov. 1624, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 7 Sept. 1637,[5]) ad S. Mariae trans Tiberim 26 Maii 1642, † in Cur. Rom. 11 Sept. 1646.[6])

3. **Laurentius Magalottus** (Magalotti), Florentin., utr. sign. ref., et S.tis S. secr. = tt. S. Mariae in Aquiro 13 Nov. 1624,[7]) tr. ad tt. SS. Ioan. et Pauli 28 Febr. 1628, † extra Cur. Rom. 19 Sept. 1637.[8])

4. **Petrus Maria Burghesius** (Borghese), Senen. = tt. S. Georgii 13 Nov. 1624, tr. ad tt. S. Mariae in Cosmedin 24 Aug. 1626, ad S. Chrysogoni 19 Dec. 1633,[9]) † in Cur. Rom. 15 Iun. 1642.[10])

[1]) Huic eccl.ae ut *diac.* card. praeest (AC 17 f. 22'), 14 Nov. 1644 recipit eamdem eccl. ut tt. *presbyteralem* (AC 19 f. 11), 23 Oct. 1645, fit ep. Sabinen. cum ret. eccl. S. Laurentii in Damaso (AC 19 f. 49), 23 Sept. 1652 fit ep. Portuen. cum ret. dictae eccl. S. Laurentii (l. c. f. 217), 11 Oct. 1666 fit ep. Ostien. cum ret. omnium (AM 41 f. 314').

[2]) Dominica III Adventus 10 Dec. 1679 circa horam 24 ob. Franc. card. Barberinus, ep. Ostien., et decan. Sacri Coll. Vixit annos 82, menses 2, dies 17 (Vat. Lat. 12340 f. 95). 13 Dec. 1679 cadaver fuit delatum ad bas. Vaticanam, et ib. in sepulchro canonicorum in sacrario sequenti die sepulturae fuit mandatum (l. c. f. 95).

[3]) In consist. secreto 7 Oct. 1624 S.mus D. N. cooptavit in Sacrum S. R. E. card.lium Coll. R. P. Antonium Barberinum S.tis S. fratrem germanum et professum a multis annis religionis Capuccinorum, in *ordine presbyteratus.* In *ordine vero diaconatus* Laurentium Magalottum Florentin., utr. sign. ref., et S.tis S. secr., et Petrum Mariam Burghesium Senen., cum quibus diac.nis dispensavit super eo quod nondum sunt constituti in aliquo ord. sacro, cum disp. amplissima omnium obstantium. Respectu autem primi similiter derogavit bullis et omnibus aliis in contrarium facientibus, et in specie derogavit in forma amplissima omnibus ordinationibus, et bullis disponentibus super creatione card.lium consanguineorum, et eorum numero (AC 15 f. 241). In consist. publico 10 Oct. 1624 S. S. praefatis 3 card.bus solemni ritu pileum rubrum dedit (AC 15 f. 242'); deinde 16 Oct. eisdem os clausum et 13 Nov. apertum est cum titulorum assign. (AC 15 ff. 242', 243).

[4]) Fit ep. Senogallien. 26 Ian. 1625 (cf. Senogallien.) et 3 Febr. 1625 Romae in capella privata S.mi D. N. in palatio Vaticano a rev.mo Paulo card.le Zachia, epo Montis Falisci, cons. (Misc. Arm. XIII 33 f. 176), sed ante 11 Dec. 1628 eidem eccl. resignavit. Deput. secr. S. Off. 6 Oct. 1629 (S. Br. 941 f. 508), 3 Oct. 1633 conc. card.li S. Honuphrii fac. cap. possess. officii maioris poenit. (S. Br. 948 f. 37), bibliothecarius S. R. E. 13 Dec. 1633 (l. c. f. 29), 7 Ian. 1636 fit camerarius Sacri Coll. pro a. 1636 (AC 17 f. 11'). Antonius Barberinus *senior*, et *card. S. Honuphrii* nuncupatur.

[5]) Tr. ad tt. S. Petri ad Vinc. cum ret. denom.nis card.lis S. Honuphrii (Misc. Arm. XII 130 A f. 94).

[6]) 11 Sept. 1646 circa horam nonam ob. Romae in palatio Barberino Antonius Barberinus, O. M. Cap., card. S. Honuphrii nuncupatus, a. 77 agens. Corpus humatum fuit iuxta suam dispositionem in eccl. Immac. Concept. B. M. V. de Urbe (Vat. Lat. 13327 ff. 181'—182').

[7]) Transiit ad ord. pbr.orum 16 Dec. 1624 sed cum ret. *diaconiae* S. Mariae in Aquiro (AC 16 f. 41). Fit ep. Ferrarien. 5 Maii 1628 (cf. Ferrarien.), et 11 Maii eiusdem a. recessit a Curia et Ferrariam versus iter suscepit (AC 16 f. 244').

[8]) Ob. Ferrariae 19 Sept. 1637 agens a. 53, ibique sepultus est in cathedrali (AC 17 f. 142').

[9]) Huiusmodi tt. conc. card.li S. Georgio uti *diaconia* (AC 17 f. 54).

[10]) 15 Iun. 1642 ob. Romae in suo palatio em. et rev.mus Petrus Maria S. Chrysogoni diac. card. Burghesius fel. rec. **Pauli V** consanguineus, agebat a. aet. suae 43 (AC 18 f. 108').

c) in tertia promotione 19 Ian. 1626 habita.[1])

5. **Aloysius Caietanus al. Caetanus** (Caetani),[2]) Roman., patr. Antiochen. = tt. S. Pudentianae 9 Febr. 1626, † in Cur. Rom. 15 Apr. 1642.[3])

6. **Dionysius de Marquemont**, Gallus, archiep. Lugdunen. = tt. S.mae Trinitatis 9 Febr. 1626, † in Cur. Rom. 16 Sept. 1626.[4])

7. **Ernestus Adalbertus ab Harrach**, German., archiep. Pragen. = tt. S. Mariae Angelorum 7 Iun. 1632,[5]) tr. ad tt. S. Praxedis 13 Iul. 1644, ad S. Laurentii in Lucina 18 Iul. 1667, † extra Cur. Rom. 25 Oct. 1667.[6])

8. **Bernardinus Spada**,[7]) Brisighellen., archiep. Damiaten., nunt. apud. regem Galliae, Cam. cler. = tt. S. Ste-

[1]) *In consist. secreto 19 Ian. 1626:* Cum S.mus D. N. diu multumque de supplendo card.lium Collegio cogitasset, habito tamen dignissimorum virorum delectu, quindecim statuit in amplissimum ordinem adsciscere, *trium tamen in aliud tempus nominationem et inaugurationem differre.* Card.les in hoc consist. creati et nominati hi sunt: Aloysius Caetanus Roman., patr. Antiochen., Dionysius de Marquemont Gallus, archiep. Lugdunen., Ernestus Adalbertus ab Harrach German., archiep. Pragen., Bernardinus Spada Brisighellen., nunt. apost. apud regem Galliae, Cam. Apost. cler., Laudivius Zachias Ianuen., ep. Montis Falisci, domus S.mi D. N. praef., Berlingerius Gypsius Bononien., ep. Ariminen., ducatus Urbini gub., Federicus Cornelius Venetus, ep. Bergomen., Cam. cler., Iulius Sacchettus Florentin., ep. Gravinen., nunt. apud Hispaniarum regem, Ioan. Dominicus Spinula Ianuen., Cam. aud., Iacobus Cavalerius Roman., S.mi D. N. datarius, Rotae aud., Lelius Biscia Roman., Cam. decan., Henricus de Guzman et Haro Hispan. (AC 16 ff. 98' 99). Eadem die 19 Ian. 1626 a prandio rev.mis card.bus Marquemontio, Zachiae, Spinulae, Cavalerio, et Bisciae, nam card. Caetanus postridie Romam venit, a rev.mo card.le Barberino, et a magistris caeremoniarum in S.mi D. N. cubiculum deductis, et ad eiusdem pedes genuflexis, S. S. biretum rubrum imposuit, eisque ad laudem, et honorem Omnipotentis Dei benedixit, et brevi, gravique sermone omnes, privatim ac remotis arbitris est allocutus. Delecti sunt interea ex pontificia cohorte, qui biretum rubrum rev.mis card.bus *absentibus* deferrent: Philippus Ligniville Francoville Lotharingus ad card.lem de Harrach, Pragam; Amatus abb. de Aumala Gallus ad card.lem Spadam in Gallias; Alexander Bataglinus Ariminen. ad card.lem Gypsium, Urbinum; Tegrimus Tegrimius, archidiac. Lucan., ad card.lem Cornelium, Venetias; Vincentius Caballus Mediolanen. ad card.lem Sachettum in Hispaniam; Ioan. Federicus Hispalen. ad card.lem Guzmanum in Hispaniam (AC 16 ff. 99'—100). In consist. publico 22 Ian. 1626 S.mus D. N. dedit pileum rubrum card.bus Caetano, Lugdunen., Zachiae, Spinulae, Cavalerio et Bisciae (AC 16 f. 100'); deinde 28 Ian. eisdem os clausum (l. c. f. 101) et 9 Febr. apertum est cum titulorum assign. ac anulorum sapphyrinorum donatione (AC 16 ff. 104'—105').

[2]) 12 Ian. 1637 fit camerarius Sacri Coll. pro a. 1637 (AC 17 f. 132), ab a. 1622 coadi. c. f. s. archiepi Capuan. cui 1624 successit.

[3]) 15 Apr. 1642 Romae in palatio suo ob. em. et rev.mus Aloysius card. Caietanus catharo oppressus; eius cadaver humatum est in sacello suorum gentilium in eccl. S. Pudentianae (AC 18 f. 103).

[4]) 16 Sept. 1626 appetente nocte Romae ob. Dionysius card. de Marquemont sexagenarius (AC 16 f. 150).

[5]) In publico consist. 22 Mai 1632 card. de Harrach, qui triduo ante Romam advenerat, pileum rubrum accepit (AC 17 f. 15'); deinde in consist. secreto 7 Iun. 1632 eidem card.li os clausum et apertum est cum tituli assign. et anuli donatione (AC 17 ff. 16—17), et 18 Iun. 1632 in Germaniam rediit (l. c. f. 17').

[6]) Die 7 Nov. 1667 sub vesperum Romam venit nuncius de ob. em. et rev.mi Ernesti Adalberti S. R. E. pbr.orum card.lium prioris ab Harrach qui ob. Viennae die . . . . elapsi m. Octobris. Fuit archiep. Pragen., in qua civitate captus fuit ab hostibus haeriticis sed liberatus, et postea obtinuit eccl. Tridentin. in commendam retinens eccl. Pragen. in titulum (Vat. Lat. 12333 f. 290'). Ob. 25 Oct. 1667 (AC 21 f. 181').

[7]) 9 Aug. 1627 S. S. card.li Spadae concessit legationem Bononien. hactenus a card.le Ubaldino laudabiliter obitam (AC 16 f. 199'),

phani in Monte Coelio 9 Aug. 1627,[1]) tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 26 Maii 1642, ad Albanen. 19 Febr. 1646, ad Tusculan. 29 Apr. 1652, ad Sabinen. 23 Sept. 1652, ad Praenestin. 11 Oct. 1655, † in Cur. Rom. 10 Sept. 1661 (AC 20 f. 171).

9. **Laudivius Zachias** (Zacchia), Ianuen., ep. Montis Falisci, domus S.mi praef. = tt. S. Sixti 9 Febr. 1626, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 17 Sept. 1629, † in Cur. Rom. 30 Aug. 1637.[2])

10. **Berlingerius Gypsius al. Gessius** (Gessi),[3]) Bononien., ep. Ariminen., ducatus Urbini gub. = tt. S. Augustini 19 Iul. 1627,[4]) † in Cur. Rom. 6 Apr. 1639.[5])

11. **Federicus Cornelius** (Cornaro),[6]) Venetus, ep. Bergomen.,[7]) Cam. cler. = tt. S. Mariae trans Pontem 22 Iun. 1626,[8]) tr. ad tt. S. Caeciliae 15 Nov. 1627, ad S. Marci 26 Apr. 1629,[9]) ad S. Mariae trans Tib. 19 Nov. 1646, ad Albanen. 29 Apr. 1652, † in Cur. Rom. 5 Iun. 1653.[10])

12. **Iulius Sachettus** (Sacchetti),[11]) Florentin., ep. Gravinen.,[12]) nunt. apud Hispaniarum regem = tt. S. Susannae 2 Dec. 1626,[13]) tr. ad tt. S. Mariae trans Tib. 29 Apr. 1652, ad Sabinen. 11 Oct. 1655, † in Cur. Rom. 28 Iun. 1663 (AC 21 f. 36').

13. **Ioannes Dominicus Spinula** (Spinola),[1]) Ianuen., Cam. aud. = tt. S. Clementis 9 Febr. 1626, tr. ad tt. S. Caeciliae 30 Apr. 1629, † Mazarae 11 Aug. 1646 (Vat. Lat. 12327 f. 181').

14. **Iacobus Cavalerius** (Cavalieri), Roman., S.mi D. N. datarius, Rotae Roman. aud. = tt. S. Eusebii 9 Febr. 1626, † 28 Ian. 1629.[2])

15. **Lelius Biscia**, Roman., Cam. decan. = tt. SS. Viti et Modesti 9 Febr. 1626, tr. ad tt. S. Mariae in Cosmedin 19 Dec. 1633, ad S. Mariae de Populo 9 Febr. 1637,[3]) † in Cur. Rom. 19 Nov. 1638.[4])

16. **Henricus Guzman de Haros**, Hispan. = remansit sine tt., † extra Cur. Rom. 21 Iun. 1626.[5])

in pectore reservati 19 Ian. 1626 et publicati 30 Aug. 1627.[6])

17. **Nicolaus Franciscus a Lotharingia**, ep. Tullen., ducis Lotharingiae frater = remansit sine tt., dimisit cardinalatum 8 Mart. 1634.[7])

---

et 29 Oct. eiusdem a. recessit a Curia et Bononiam versus iter suscepit (l. c. f. 211'); 15 Ian. 1638 fit camerarius Sacri Coll. pro a. 1638 (AC 17 f. 154).

[1]) 26 Iun. 1627 venit Romam rev. mus card. Spada (AC 16 f. 192), et in consist. publico 6 Iul. 1627 pileum rubrum accepit (AC 16 f. 196); deinde 19 Iul. eidem os clausum (l. c. f. 197) et 9 Aug. apertum est cum tituli assign. et anuli sapphyrini donatione (AC 16 f. 199').

[2]) 30 Aug. 1637 ante lucem ob. Romae in aedibus suis em. et rev. mus card. S. Sixti aet. an. 72, sepultus est in aede S. Mariae supra Minervam (AC 17 f. 141).

[3]) Fit praef. Signaturae Iustitiae 2 Nov. 1633 (S. Br. 944 f. 249), et camerarius Sacri Coll. 10 Ian. 1639 (AC 17 f. 176).

[4]) 15 Maii 1627 card. Gypsius ad Urbem rediit (AC 16 f. 186), et in publico consist. 18 Maii pileum rubrum accepit (l. c. f. 188'), deinde 14 Iun. eidem card.li os clausum (AC 16 f. 189) et 19 Iul. apertum est cum tituli assign. et anuli sapphyrini donatione (AC 16 f. 197).

[5]) Romae 6 Apr. 1639 ob. agens aet. suae a. 75, postridie exequiae actae sunt in bas. S. Andreae de Valle, et corpus eius humatum postea fuit in aede B. Mariae de Victoria (AC 17 f. 181').

[6]) 11 Apr. 1639 fit camerarius Sacri Coll. in loco defuncti card. Gessii (AC 17 f. 181'), et 9 Ian. 1640 ei conc. idem officium pro a. 1640 *proprio nomine* exercendum (l. c. f. 202); 1 Nov. 1640 Roma Venetias versus migravit (AC 18 f. 28')

[7]) Tr. ad eccl. Vicentin. 7 Sept. 1626 (cf. Vicentin.), et 5 Ian. 1628 abiit Roma ad dictae eccl. regimen profecturus (AC 16 f. 249), tr. ad eccl. Patavin. 30 Apr. 1629, et renuntiatus est patr. Venetiarum 11 Iun. 1631.

[8]) 13 Apr. 1626 vespere Romam advenit card. Cornelius, et in publico consist. 28 Apr. S.mus dedit ei pileum rubrum (AC 16 ff. 121, 123'); deinde 27 Maii 1626 ei os clausum (l. c. f. 129) et 22 Iun. apertum est cum tituli et anuli sapphyrini assign. (AC 16 f. 135).

[9]) Ei conc. tt. S. Marci per breve apost. 26 Apr. 1629 (S. Br. 941 f. 291) quia *absens* a Curia fuit (AC 16 f. 293 et AM 39 f. 210).

[10]) Die 5 Iun. 1653 circa horam 12 ob. Romae in palatio S. Marci em. et rev. mus Federicus card. Cornelius, ep. Albanen., aet. suae an. 74 (Vat. Lat. 12329 f. 116').

[11]) Praef. Signaturae Iustitiae 22 Iun. 1640 (S. Br. 885 f. 31), in loco card. Cornelii fit camerarius Sacri Coll. 1 Nov. 1640 (AC 18 ff. 28'—29), et 7 Ian. 1641 conc. ei idem officium pro a. 1641 (l. c. f. 42), ei conc. officium sigilli Congr.nis Concilii Tridentin. 28 Iul. 1661 (S. Br. 1235 f. 7).

[12]) Tr. ad eccl. Fanen. 16 Mart. 1626 (cf. Fanen.), et 28 Febr. 1627 recedit ab Urbe ad cathedr. suam Fanen. (AC 16 f. 175). 8 Mart. S.mus card.lem Sachettum nuper ad eccl. Fanen. profectum constituit legatum de latere Ferrarien. (AC 16 f. 178).

[13]) In publico consist. 27 Oct. 1626 S.mus D. N. card.les Barberinum et Sachettum ex Hispania reversos ad osculum pacis excepit, ac deinde card.li Sachetto pileum rubrum imposuit (AC 16 f. 154). 16 Nov. 1626 card.li Sachetto os clausum (l. c. f. 156) et 2 Dec. apertum est cum tituli assign. et anuli sapphyrini donatione (AC 16 f. 161).

[1]) Cum serenissimam Hungariae reginam appulisse Genuam nuntiaretur, nec propter pestilentiam in Circumpadana Italia grassantem rev. mus D. card. Antonius Barberinus facile eo commigrare posset, S.mus D. N. 15 Iul. 1630 alium legatum ad eam honoris causa suo nomine visitandam atque apost. benedictionem impertiendam instituit, scil. Ioan. Dominicum Spinulam card.lem S. Caeciliae nuncupatum, qui Genuae degebat (AC 16 f. 337'). Fit archiep. Acheruntin. et Materanen. 13 Nov. 1630, tr. ad eccl. Lunen.-Sarzanen. 26 Apr. 1632, ad eccl. Mazzarien. 1 Dec. 1636 (cf. Lib. II), fit camerarius Sacri Coll. 13 Ian. 1642 (AC 18 f. 86).

[2]) 28 Ian. 1629 card. Cavalerius Tibure [Tivoli], quo se propter causam recuperandarum virium a longe et difficili morbo receperat, diem extremum clausit, a. agens 64. Corpus frater ad Urbem revexit et elatum est ad templum B. Mariae de Ara Coeli (AC 16 f. 279).

[3]) Eadem die transivit ab ord. diac.orum ad ord. pbr.orum (AC 17 f. 135).

[4]) 19 Nov. 1638 ob. Romae em. et rev. mus card. Biscia, cum septem dies tantum ex erysipelate decubuisset annumque ageret 64, et postridie sepultus est in aede Divi Francisci trans Tiberim (AC 17 f. 170').

[5]) 21 Iun. 1626 Matriti ob. rev. mus card. Henricus de Guzman, filius Marchionis de Carpio, antea can. eccl. Toletan. a. agens vigesimum primum papulis seu pustulis male acceptus febri acutissima decubuit, atque in summa tam Hispanicae quam Romanae aulae expectatione, ad quam se comparabat, extinctus est (AC 16 f. 134').

[6]) Cum S. mus D. N. in memoriam revocasset, quod die 19 Ian. a. superioris 15 card.lium, quorum tunc 12 tantum nominaverat, promotionem absolverat, dixit sibi tempestivum videri, ut trium praesulum, quos sibi in pectore reservaverat, nomina publice enuntiaret. Ideo Nicolaum Franciscum, Tullen. epum, ducis Lotharingiae fratrem, *absentem* S. R. E. card.lem *diaconum* publicavit, et cum eo Hieronymum Vidonum Cremonen., thesaur. gen., qui diu in Cur. Rom. Camerae Apost. cler. fuit, ac Flaminiae provinciam uti praeses administravit, necnon Martium Ginettum Veliternen., domus S.tis S. praef., et Sacr. Consultae secr., qui etiam utr. sign. ref. et card.lium S. R. E. camerarii aud. fuerat, quos omnes in numero *card.lium diac.orum* S.mus D. N. declaravit et publicavit (AC 16 ff. 201'—202). Ex his in Urbe aderant Vidonus et Ginettus, qui in fine consistorii biretum rubrum a. S.te S. acceperunt (l. c. f. 204'), et in consist. publico 4 Sept. eisdem simul cum card.bus Verospio et Caesarino eadem S. S. pileum rubrum imposuit (l. c. f. 205); deinde 20 Sept. 1627 eisdem os clausum (l. c. f. 206') et 6 Oct. apertum est cum titulorum assign. et anulorum sapphyrinorum donatione (AC 16 ff. 208', 211).

[7]) In consist. secreto 22 Mart. 1634 S.mus D. N. S. R. E. card.bus praesentibus retulit de matrimonio card.lis Nicolai a Lotharingia. Die 4 praesentis m. Nicolaus litteras S.mo D. N. directas tradidit quibus de suo matrimonio *iam contracto* eumdem S.mum certiorem faciebat. Petitione Nicolai ad dignitatem cardinalitiam dimittendam bene recognita, die 8 pariter eiusdem praesentis m. [8 Mart.] S. S. declaravit eumdem Nicolaum Franciscum *in nullo e sacris ord. constitutum* ob matrimonium contractum cardinalatu et eccl. Tullen. administratione, ac dignitatibus, et beneficiis eo ipso privatum fuisse, et non amplius esse cardinalem (AC 17 ff. 65'—69).

18. **Hieronymus Vidonus** (Vidoni), Cremonen., thesaur. gen., praeses provinciae Flaminiae = tt. SS. IV Coronatorum 6 Oct. 1627,[1] † in Cur. Rom. 30 Oct. 1632 (AC 17 f. 21').

19. **Martius Ginettus** (Ginetti),[2] Veliternen., domus S.tis S. praef., Sacr. Consultae secr. = tt. S. Mariae Novae 6 Oct. 1627, tr. ad tt. S. Angeli in Foro Piscium 6 Febr. 1634, ad S. Eustachii 14 Mart. 1644, ad S. Mariae Angelorum 17 Oct. 1644,[3] ad S. Petri ad Vincula 19 Febr. 1646, ad S. Mariae trans Tib. 23 Sept. 1652, ad Albanen. 9 Iun. 1653, ad Sabinen. 2 Iul. 1663, ad Portuen. 11 Oct. 1666, † in Cur. Rom. 1 Mart. 1671.[4]

d) in quarta promotione 30 Aug. 1627 habita.[5]

20. **Fabritius Verospius** (Verospi), Roman., Perusiae et Umbriae gub. = tt. S. Laurentii in Panisperna 20 Oct. 1627, tr. ad tt. S. Mariae de Pace 5 Sept. 1633, † in Cur. Rom. 27 Ian. 1639.[6]

[1]) Huiusmodi tt. conc. card.li Vidono *diacono* ex disp. apost. (AC 16 f. 211).

[2]) Deput. vic. in spiritualibus almae Urbis 3 Oct. 1629 (S. Br. 794 f. 56), 17 Sept. 1635 fit legatus a latere ad caesarem (AC 17 f. 98), et 7 Apr. 1636 ei tradita fuit crux legationis (l. c. f. 116) ac deinde 11 Iun. 1636 ab Urbe discessit Bononiam versus inde Germaniam discessurus (l. c. f. 119). S.mus D. N. concedit ei legationem Ferrarien. 19 Nov. 1640, cum card. Roccius iam ultra triennium dictam legationem gesserit, et petierit ut alius deputaretur (AC 18 ff. 29'—30).

[3]) Transivit ab ord. diac.orum ad ord. pbr.orum 17 Oct. 1644 et optavit tt. S. Mariae Angelorum (AC 19 f. 6').

[4]) Die 1 Mart. 1671 circa horam 16 cum dimidio Romae ob. card. Ginettus, ep. Portuen., et S.mi D. N. vic. gen., aet. an. 86 minus mense, et 6 diebus (Vat. Lat. 12336 ff. 45—46).

[5]) In consist. secreto 30 Aug. 1627 S.mus D. N. vocavit ad solium card.les Borgiam et Bentivolum, illum nationis Hispanicae, hunc comprotectorem Galliarum, quibus dixit se duos velle inter card.les referre, scilicet Hispanum et Gallum, propterea in nominatione non esse consilii sui, ut quicumque alicui detractum vellet: cum autem recessissent, continuo S. S. de nova card.lium creatione sermonem instituit. Cum autem *novem superessent in amplissimum Collegium* cooptandi, omnes quidem decreverat card.les creare, sed non omnes in praesenti nominare ac publicare. Exquisitis igitur rev.morum card.lium votis, de eorum consilio et assensu *novem* inter fratres assumpsit, *quinque sibi in pectore reservans* quandocumque et ubicumque, prout S.ti S. visum fuerit, publicandos; quatuor vero praecipua laudatione exornavit. Erant vero: Fabritius Verospius Roman., multis abhinc annis inter duodecim viros Rotae Roman. primarius, qui bis in Germaniam profectus est pro dignitate Sacri Coll. et S. R. E. retinenda, quae in rev.mo card. Klesselio sub Rudolpho imperatore periclitabatur; quo in munere quanta prudentia se gesserit, res ipsa indicavit, nunc Perusiae, Umbriaeque gub., Aegidius Carillus Albornotius Hispan., archidiac. Burgen., non tam personae habita ratione quam familiae; Petrus Berullus praepositus gen. Congr. Oratorii in Gallia, et Alexander Caesarinus Roman., Cam. cler., diu utr. sign. ref., in quo generis nobilitas cum sapientia ac morum integritate certabant. Hos omnes praesules S. S. card.les creavit cum derogationibus, dispensationibus, et clausulis, et cum ret. compat., exceptis officiis Cur. Rom. vacabilibus; propterea aud. Rotae declaratus est abb. Verospius card.lis ex fratre filius, quaestor gen. Stephanus Duratius Ianuen. (AC 16 f. 204—204'). In fine dicti consist. S. S. card.li Caesarino in Urbe praesenti biretum rubrum dedit, et triduo post Perusia advenit Verospius, quem pariter sub vesperum S. S. purpura decoravit (l. c. f. 204'). In consist. publico 4 Sept. S.mus duobus praedictis card.bus simul cum Vidono et Ginetto pileum rubrum imposuit (l. c. f. 205), et 20 Sept. 1627 eisdem os clausum (l. c. f. 206') et 20 Oct. apertum est cum titulorum assign. et anulorum sapphyrinorum donatione (AC 16 ff. 208', 211).

[6]) Ob. Romae 27 Ian. 1639 aet. an. 68, exequiae actae fuerunt in bas. S. Laurentii in Lucina 29 Ian., et sepultus est in aede Trinitatis Montium (AC 17 f. 177).

21. **Aegidius Carillus Albornotius** (Albornoz),[1] Hispan., archidiac. Burgen. = tt. S. Mariae in Via 12 Aug. 1630,[2] tr. ad tt. S. Petri in Monte Aureo 2 Aug. 1643, † in Cur. Rom. 19 Dec. 1649.[3]

22. **Petrus Berullius** (de Berulle), praepos. gen. Congr. Orat. in Gallia = remansit sine tt., † extra Cur. Rom. 2 Oct. 1629.[4]

23. **Alexander Caesarinus** (Cesarini),[5] Roman., cler. Cam., utr. sign. ref. = tt. S. Mariae in Domnica 6 Oct. 1627, tr. ad tt. SS. Cosmae et Damiani 6 Sept. 1632, ad S. Mariae in Cosmedin 9 Febr. 1637, ad S. Eustachii 28 Iul. 1638, † in Cur. Rom. 25 Ian. 1644.

in pectore reservati 30 Aug. 1627 et publicati 7 Febr. 1628.[6]

24. **Antonius Barberinus** (Barberini),[7] S.tis S. nepos, prior O. Equit. Hierosolymitan. = tt. S. Mariae in Aquiro 28 Febr. 1628, tr. ad tt. S. Agathae 24 Nov. 1632, ad S. Mariae in Via Lata 10 Nov. 1642, ad S.mae Trinitatis 21 Iul. 1653,[8] ad Tusculan. 11 Oct. 1655,

[1]) El. archiep. Tarentin. 23 Sept. 1630 sed resignavit ante 30 Mart. 1637 (cf. Tarentin.), camerarius Sacri Coll. 14 Mart. 1644 (AC 18 f. 193), et 16 Ian. 1645 in eodem officio confirm. (AC 19 f. 24).

[2]) 27 Iun. 1630 ex Hispania Romam venit (AC 16 f. 336'), 6 Iul. pileum rubrum accepit (l. c. f. 337), 15 Iul. 1630 ei os clausum (l. c. f. 337') et 12 Aug. apertum est cum tituli assign. et anuli sapphyrini donatione (AC 16 f. 338).

[3]) Ob. Romae 19 Dec. 1649 circa horam 15 aet. suae an., ut aiunt, 69 (Vat. Lat. 12328 f. 60).

[4]) 2 Oct. 1629 rev.mus Petrus Berullius S. R. E. card., Congr. Orat. in Gallia fundator, repentina morte Lutetiae Parisiorum sublatus est, aet. suae a. LV, ib. sepultus est (AC 16 f. 308).

[5]) Ep. Viterbien. 14 Maii 1636 sed resignavit ante 13 Sept. 1638 (cf. Viterbien.).

[6]) In consist. secreto 8 Febr. 1628 S.mus D. N. ex iis, quos sibi die 30 Aug. superioris a. *reservarat in pectore*, duos diac. card.les publicavit et declaravit, nempe Antonium Barberinum, fratris filium, priorem Ord. Equitum Hierosolymitan., quem biduo ante utr. sign. ref. crearat, et Hieronymum abb. Columnam, cum ret. compat., et clausulis derogatoriis, et necessariis (AC 16 ff. 230'–231). In consist. publico 10 Febr. 1628 S.mus duos praedictos card.les ad osculum pedis, manus et oris admisit, quibus etiam de more rubrum pileum imposuit (l. c. f. 232); deinde 21 Febr. eisdem os clausum (l. c. f. 232') et 28 Febr. apertum est cum titulorum assign. et anulorum sapphyrinorum donatione (l. c. f. 235—235').

[7]) Praef. Signaturae Iustitiae 18 Mart. 1628 (S. Br. 940 f. 279) sed resignavit ante 2 Nov. 1633 (S. Br. 944 f. 249), Sedis Apost. legatus de latere pro civitate et districtu Urbinaten., necnon in universali ditione status ecclesiastici 11 Iun. 1631 (AC 16 f. 369), dimissa legatione Urbinaten. fit legatus Avenionen 21 Febr. 1633 (AC 17 f. 36), camerarius S. R. E. 28 Iul. 1638 (AC 17 f. 164'), S.tis S. legatus de latere in provinciis Bononiae, Ferrariae, ac Romandiolae 1 Dec. 1642 (AC 18 f. 130). Circa horam 20 diei 27 Sept. 1645 discessit ab Urbe celeri cursu Ianuam versus et inde Galliam petiturus, *nulla abeundi facultate a Sum. Pont.ce obtenta neque petita* (Vat. Lat. 12327 f. 115). In Gallia commoratus est sub patrocinio regis christianissimi maximis honoribus et muneribus cumulatus, et nonnisi 12 Iul. 1653 circa horam 15 rediit in Urbem (Vat. Lat. 12329 ff. 137—139); 14 Iul. 1653 hora 14 ab Innoc. X receptus est ad pedis, manus, et oris osculum et deinde confabulatus est cum S.te S. per spatium duarum horarum (l. c. f. 140). Paucis diebus ante 15 Aug. 1653 a S.te S. restitutus fuit ad omnia munera, dignitates, et protectorias quas obtinuerat ante discessum in Galliam (l. c. f. 143'). Nomin. r. x.mo ad eccl. Pictavien. a. 1652 et ab eodem ad eccl. Rhemen. a. 1657 sed ut archiep. Rhemen. a S. Sede solummodo 18 Iul. 1667 confirmatus est (AC 21 f. 161'). Antonius card. Barberinus *iunior* saepe nuncupatur.

[8]) 21 Iul. 1653 transivit ab ord. diac.orum ad ord. pbr.orum et optavit tt. S.mae Trinitatis (AC 19 f. 233).

ad Praenestin. 21 Nov. 1661, † extra Cur. Rom. 3 al. 4 Aug. 1671.[1])

25. **Hieronymus Columna** (Colonna),[2]) Roman., abb. = tt. S. Agnetis in Agone[3]) 28 Febr. 1628, tr. ad tt. S. Mariae in Cosmedin 27 Iun. 1639, ad S. Angeli in Foro Piscium 14 Mart. 1644, ad S. Eustachii 12 Dec. 1644, ad S. Silvestri 23 Sept. 1652, ad S. Mariae trans Tib. 9 Iun. 1653, ad S. Laurentii in Lucina 21 Apr. 1659, ad Tusculan. 21 Nov. 1661, † extra Cur. Rom. 4 Sept. 1666.[4])

in pectore reservati 30 Aug. 1627 et publicati 19 Nov. 1629.[5])

26. **Ioannes Bapt. Pamphilius** (Pamphili),[6]) Roman., patr. Antiochen., Roman. Rotae aud., nunt. apost. apud regem cath. = tt. S. Eusebii 12 Aug. 1630,[7]) el. Sum. Pont. 5 Sept. 1644 et assumpsit nomen **Innocentii X.**

27. **Ioannes Franciscus** ex comitibus **Guidiis de Balneo** (Guidi di Bagno), archiep. Patracen., ep. Cervien., apud regem Galliae nunt. = tt. S. Alexii 26 Maii 1631,[8]) † in Cur. Rom. 24 Iul. 1641.[9])

e) in quinta promotione 19 Nov. 1629 habita.[1])

28. **Petrus Pàzmàny**, Hungarus, C. R. Som., archiep. Strigonien. = tt. S. Hieronymi Illyr. 31 Maii 1632,[2]) † extra Cur. Rom. 19 Mart. 1637.[3])

29. **Antonius Sanctacrucius** (Santacroce), Roman., archiep. Seleucien.,[4]) nunt. apud regem Poloniae = tt. SS. Nerei et Achillei 12 Aug. 1630,[5]) † in Cur. Rom. 25 Nov. 1641.[6])

30. **Alphonsus Ludovicus Duplessis de Richelieu**, O. Carth., archiep. Lugdunen. = tt. S.mae Trinitatis in Monte Pincio 4 Iun. 1635,[7]) † extra Cur. Rom. 24 Mart. 1653.[8])

31. **Ioannes Bapt. Pallottus** al. **Pallotta**[9]) Picen.,[10]) archiep. Thessalonicen., nunt. apud maiestatem cae-

---

[1]) 4 Aug. 1671 feria III diem extremum clausit (*Servantius* in Vat. Lat. 12336 f. 102'). *Mag. caeremoniarum Bona* in Vat. Lat. 12339 f. 85': „Die 3 Aug. 1671 em. et rev. mus Antonius card. Barberinus, ep. Praenestin., archiep. Rhemen., S. R. E. cam., Signaturae brevium praef., aet. suae a. 63 agens circa horam 3 noctis in loco qui dicitur Nemus dioec. Albanen. ab apoplexi correptus vitam cum morte commutavit. Eius cadaver delatum fuit ad civitatem Praenestin. ibique sepultum fuit."

[2]) Archiep. Bononien. 24 Nov. 1632 cum ret. archipresbyteratus basilicae Lateranen. sed resignavit huiusmodi sedi ante 6 Febr. 1645 (cf. Bononien.).

[3]) Praevia dispensatione apost., conc. card.li Columnae tt. S. Agnetis in Agone *in diaconiam* (AC 16 f. 235').

[4]) Die 11 Sept. 1666 hic Romae exiit vox incerti auctoris de ob. Hieronymi card. Columnae, epi Tusculan., cuius mors verificata fuit die 15 huius m. cum litteris quae venerunt Mediolano et Ianua. Ob. in quodam loco maritimo nuncupato *il Finare [hodierna Finale Marina]* in mon. Patrum Praedicatorum aet. suae a. 63 (Vat. Lat. 12333 f. 128). Ob. 4 Sept. 1666 (AC 21 f. 38).

[5]) In consist. secreto 19 Nov. 1629 S. S., cum Sacri Coll. duodecim loca vacassent, decrevit ipsud Sacr. Coll. supplere. Proinde primo publicavit cardinales duos 20 Aug. 1627 *creatos* sed nondum publicatos, videlicet Ioannem Bapt. Pamphilium Roman., patr. Antiochen., Rotae aud., et nunt. apost. apud regem catholicum, cum decr., quod dicta eccl. patriarchalis ab eo tempore vacare intelligatur; itemque Ioannem Franciscum ex comitibus Guidiis a Balneo e Flaminia oriundum, archiepum Patracen., atque epum Cervien., et apud regem christianissimum nunt. (AC 16 f. 313).

[6]) 12 Ian. 1643 fit Sacri Coll. camerarius pro a. 1643 (AC 18 f. 136).

[7]) 25 Iun. 1630 Romam ex Hispania venit (AC 16 f. 336'), 6 Iul. 1630 in consist. publico accepit pileum rubrum (l. c. f. 337); 15 Iul. eidem card.li os clausum (AC 16 f. 337') et 12 Aug. apertum est cum tituli assign. et anuli donatione (AC 16 f. 338).

[8]) Ex Gallia redux Romam pervenit 24 Apr. 1631 (AC 16 f. 363'), et in consist. publico 29 Apr. simul cum card.le Pallotta a S.mo D. N. pileum rubrum accepit (l. c. f. 364); deinde 12 Maii ei os clausum (AM 39 f. 236') et 26 Maii apertum est cum tituli assign. (AC 16 f. 368—368').

[9]) Die 24 Iul. 1641: Hora noctis sequentis circ. 6 Romae em. et rev. mus D. Ioan. Franc. ex comitibus Guidiis pbr. card. a Balneo a. agens 63 vitae clausit extremum diem, affectus iampridem podagra, deinde chiragra, catarrho, et dysenteria (AC 18 f. 58').

[1]) In consist. secreto 19 Nov. 1629 S.mus D. N., duobus dictis card.bus publicatis, in S. R. E. card.les creavit Petrum Pàzmàny natione Hungarum, archiepum Strigonien. et Hungariae primatem, ab imperatore expetitum, Antonium Sanctacrucium Roman., archiepum Seleucien., apud regem Poloniae nunt., a quo pariter commendatus erat, Alphonsum Ludovisum du Plessis de Richelieu, rev. mi card. de Richelieu fratrem germanum, ac archiepum Lugdunen., Galliarum primatem, quem rex Galliae *officiose* commendaverat, Ioannem Bapt. Pallottam Roman., archiepum Thessalonicen., nunt. apud maiestatem caesaream, Gregorium Narium Roman., Cam. aud., Lucam Antonium Virilem Roman., Rotae Roman. pariter aud., Theodorum Trivultium Mediolanen., proth. apost. et Cam. cler. Quibus ob causas iustas dixit se adiicere *alium*, quem cath. rex, cui pariter gratificari cuperet, nominatim postulaturus esset, ac demum *duos alios* tacite iam tum ipse creavisset, ac deinceps cum usus posceret, sibique visum foret opportunius, publicaturus esset adiectis clausulis etc. (AC 16 f. 313—313). Paulo post novi card.les, qui in Urbe erant, nimirum Narius, Virilis, et Trivultius, ex aedibus suis ad S.mum D. N. adducti fuerunt, et ab ipso biretum rubrum acceperunt (AC 16 f. 315), quibus in consist. publico 22 Nov. 1629 idem S.mus pileum rubrum imposuit (l. c. f. 316). Deinde 3 Dec. eisdem card.bus os clausum et 17 Dec. os apertum est cum titulorum assign. et anulorum sapphyrinorum donatione (AC 16 ff. 316', 317').

[2]) Em. et rev. mus card. Pazmanus venit Romam e Germania 28 Mart. 1632, et in consist. publico 3 Apr. 1632 S.mus tradidit ei pileum rubrum (AC 17 f. 11'); deinde 26 Apr. eidem card.li os clausum (l. c. f. 14') et per breve apost. diei 31 Maii 1632 apertum est cum assign. tt. S. Hieronymi Illyr. (S. Br. 787 f. 36). Deinde 1 Iun. 1632 Roma discessit in Germaniam rediens (AC 16 f. 16).

[3]) Ob. Posonii in Austria 19 Mart. 1637 (AC 17 f. 148).

[4]) Tr. ad eccl. Theatin. 10 Mart. 1631 (cf. Theatin.), et ad Urbinaten. 9 Iun. 1636 (cf. Urbinaten.).

[5]) 11 Iun. 1630 em. et rev. mus D. card. Sanctacrucius ex Polonia reversus maritimoque itinere a Tergestin. litore Anconam usque provectus ad Urbem via Flaminia accessit, et in publico consist. 15 Iun. pileum rubrum accepit (AC 16 f. 336). Deinde 15 Iul. eidem os clausum (l. c. f. 337) et 12 Aug. apertum est cum tituli assign. et anuli donatione (l. c. f. 338).

[6]) Septimo Kalendas Novembris [1641] hora circ. XIII Romae in palatio suo em. et rev. mus D. Antonius card. Sanctacrucius phthisi lenta consumptus expiravit. Agebat aet. suae a. 43. Quiescit eius cadaver in eccl. Sanctae Mariae de Publiculis, quae de iure patronatus est familiae Sanctacruciorum (AC 18 f. 70—70').

[7]) Em. card. de Lugduno accessit ad Urbem 3 Mart. 1635 (AC 17 f. 91), et in consist. publico 17 Apr. 1635 pileum coccineum accepit (l. c. f. 92); deinde 7 Maii eidem os clausum (l. c. f. 93) et 4 Iun. apertum est cum tituli assign. et anuli donatione (l. c. f. 94'). In Galliam reversus est per viam Flaminiam ac Lauretum 4 Oct. 1636 (AC 17 f. 124').

[8]) In sua eccl. Lugdunen. 24 Mart. 1653 ob. Antonius du Plessis de Richelieu S.mae Trinitatis in Monte Pincio pbr. card., archiep. Lugdunen., a. agens 78 (Vat. Lat. 12329 f. 92).

[9]) Fit camerarius Sacri Coll. 7 Ian. 1647 (AC 19 f. 83).

[10]) Acta vocant eum Romanum sed ex diariis *Servantii*, magistri caeremoniarum pontif., constat card.lem Pallottum natum fuisse Caldarolae oppidi Camerin. dioec. in provincia Picena (Vat. Lat. 12334 f. 10).

saris = tt. S. Silvestri in Capite 26 Maii 1631,[1]) tr. ad tt. S. Petri ad Vinc. 23 Sept. 1652, ad S. Mariae trans Tib. 21 Apr. 1659, ad S. Laurentii in Lucina 21 Nov. 1651, ad Albanen. 2 Iul. 1663, ad Tusculan. 11 Oct. 1666, † in Cur. Rom. 22 Ian. 1668.[2])

32. **Gregorius Narus** (Naro),[3]) Rom., Cam. aud. = tt. SS. Quirici et Iulittae 17 Dec. 1629, † extra Cur. Rom. 7 Aug. 1634.[4])

33. **Lucas Antonius Virilis** (Virili), Roman., Rotae Roman. aud. = tt. S. Salvatoris in Lauro 17 Dec. 1629, † in Cur. Rom. 4 Iun. 1634.[5])

34. **Theodorus Trivultius** (Trivulzio), Mediolanen., proth. apost., Cam. cler. = tt. S. Caesarei in Palatio 17 Dec. 1629, tr. ad tt. S. Nicolai in Carcere 17 Oct. 1644, ad S. Angeli in Foro Piscium 12 Dec. 1644, ad S. Eustachii 23 Sept. 1652, ad S. Mariae in Via Lata 21 Iul. 1653, ad S. Mariae de Populo 14 Maii 1655, † Mediolani 3 Aug. 1656 (Vat. Lat. 12331 f. 94).

in pectore reservatus 19 Nov. 1629 et publicatus 15 Iul. 1630.[6])

35. **Didacus Guzman de Haros**, Hispan., archiep. Hispalen. = remansit sine tt., † extra Cur. Rom. 21 Ian. 1631.[7])

in pectore **tacite** *reservatus 19 Nov. 1629 et publicatus 20 Dec. 1632.*[8])

36. **Ioannes Albertus de Polonia**, filius Sigismundi III Poloniae regis, S. I., ep. Cracovien. = tt. S. Mariae in Aquiro 20 Dec. 1632, † extra Cur. Rom. 29 Dec. 1634.[9])

[1]) E Germania redux Romam pervenit 25 Apr. 1631 (AC 16 f. 363'), et in consist. publico 29 Apr. simul cum card.le de Balneo a S.mo D. N. pileum rubrum accepit (l. c. f. 364); deinde 12 Maii ei os clausum (AM 39 f. 236') et 26 Maii apertum est cum tituli assign. (AC 16 f. 368—368').

[2]) Die 22 Ian. 1668: Circa horam quintam noctis sequentis ex hac vita migravit, eadem hora, et die, quibus 74 abhinc annis in lucem venit (Vat. Lat. 12334 f. 8'). Die 24 Ian. corpus fuit depositum in eccl. S. Spiritus in Saxia animo transmittendi Caldarolam solum nativum, et ib. humandum (l. c. f. 11').

[3]) El. ep. Reatin. 6 Febr. 1634 (AC 17 f. 63'), et 24 Iun. eiusdem a. profectus ad suam eccl. Reatin. (l. c. f. 73).

[4]) Ob. Reate ex calculo 7 Aug. 1634 a. agens 53, cuius corpus postea translatum est Romam in sacellum gentilitium in bas. S. Mariae supra Minervam (AC 17 f. 74').

[5]) 4 Iun. 1634 ante lucem ob. Romae in suis aedibus em. D. card. Virilis, cui postridie habitae fuerunt exequiae in aede S.mae Trinitatis in Monte Pincio, ibidemque sepultus est. A. agebat 65 (AC 17 f. 72).

[6]) In consist. secreto 15 Iul. 1630 S.mus D. N. publicavit rev. mum card.lem Didacum de Guzman, archiepum Hispalen., quem sibi 19 Nov. 1629 suo tempore publicandum *reservaverat* (AC 16 f. 337').

[7]) Em. et rev. mus D. Didacus card. Guzman, archiep. Hispalen., ob. Anconae 21 Ian. 1631 cum paucis diebus aegrotasset (AC 16 f. 355').

[8]) In consist. secreto 20 Dec. 1632 S.mus D. N. S. R. E. *diac. card.lem* declaravit, utpote alias *tacite* a se creatum nec dum publicatum, videlicet in ultima promotione diei 19 Nov. 1629, Ioannem Albertum, epum Cracovien., Sigismundi Poloniae et Sueciae regis fel. rec. filium, ac Ladislai, qui nuper ei successerat in regno, fratrem. Decrevit etiam transmittendum *ibi* esse galerum rubrum et anulum pretiosum, quandoquidem non facile is Romam accedere posset eidemque concessit diaconiam S. Mariae in Aquiro cum ret. omnium (AC 17 f. 25').

[9]) 29 Dec. 1634 Patavii diem suum extremum clausit serenissimus et rev. mus Ioan. Albertus card. de Polonia a. agens XXIV, cuius corpus splendida pompa in Poloniam relatum est (AC 17 f. 81').

in pectore **tacite** *reservati 19 Nov. 1629 et publicati 28 Nov. 1633.*[1])

37. **Cyriacus Roccius** (Rocci),[2]) Roman., archiep. Patracen., nunt apud caesarem = tt. S. Salvatoris in Lauro 13 Aug. 1635,[3]) † in Cur. Rom. 25 Sept. 1651.[4])

38. **Caesar Montius** (Monti), Mediolanen., patr. Antiochen., archiep. Mediolanen., nunt. apud regem cath. = tt. S. Mariae trans Pontem 6 Aug. 1634,[5]) † extra Cur. Rom. 16 Aug. 1650.[6])

f) in sexta promotione 28 Nov. 1633 habita.[7])

[4]) Die 7 Iun. 1623 S.mus D. N. contulit in personam rev.mi card. Aldobrandini officium camerarii S. R. E. a card.le Ludovisio dimissum (AC 15 f. 215).

22 al. 28 Iul. 1638—3 al. 4 Aug. 1671 Antonius Barberinus (V, 24).[1])

[1]) In consist. secreto 28 Iul. 1638 S.mus D. N., cum nuper officium camerariatus S. R. E., per ob. bo:me: Hyppolyti Aldobrandini vacans per chirographum S.tis S. manu *die 22 praesentis m.* signatum, ne interim officium praedictum aliquod detrimentum pateretur, rev.mo card.li Antonio Barberino ad ipsius card. vitam concessisset, cuius concessionem huiusmodi et alia quaecumque sequuta de rev.morum card.lium consilio confirmavit et approbavit etc. (AC 17 f. 164'). Post fugam e Roma in Galliam [27 Sept. 1645] card. Barberinus omnibus muneribus et dignitatibus a S.te S. privatus fuit, et card.les Sfortia (VI, 9) et Raggius (VI, 17) pro-camerarii S. R. E. fuerunt deputati. Tamen post reditum in Urbem [12 Iul. 1653] card.lem Barberinus ad omnia munera et officia, quae ante discessum ab Urbe habuerat, restitutus fuit (cf. S. R. E. card. V, 24).

B. Camerarii Sacri Collegii annis 1592—1667 hi S. R. E. cardinales fuerunt.[1])

14 Febr. 1592 Hieronymus Rusticuccius.[2])
1593—1594 Nomina desiderantur in actis.
1595 Ioannes Evangelista Paleottus.[3])
8 Ian. 1596 Augustinus Valerius (AM 52 f. 152').
1597—1598 Nomina desiderantur in actis.
1599—1600 Dominicus Pinellus.[4])
1601—1604 Nomina desiderantur in actis.
7 Ian. 1605 Gregorius Petrochini de Montelbero (AC 13 f. 205').[5])
8 Ian. 1607 Paulus Camillus Sfondratus (AC 14 f. 57).
7 Ian. 1608 Octavianus Pallavicinus (AC 14 f. 84).[6])

[1]) De Sacri Coll. camerario cf. *Eubel* III², 81 seq.

[2]) In primo consist. secreto pontificatus Clementis VIII die 14 Febr. 1592 habito card. Rusticuccius confirm. Sacri Coll. camerarius pro a. 1592 (AM 21 f. 291). Idem officium pro annis 1590—1591 exercuit (*Eubel* III², 86).

[3]) De eo cf. *Eubel* III, S. R. E. card. XIII, 21. Nominatio eius in actis non invenitur sed in consist. 8 Ian. 1596 dicitur: „Card. Cusentinus, nuper camerarius Sacri Collegii, reddidit de more bursam S mo et rediit in locum suum (AM 52 f. 152').

[4]) In taxationibus mon. SS. Petri et Pauli provinciae Taurinen. 1 Sept. 1599 et eccl. Anghamalen. 7 Ian. 1600 expresse dicitur „card. Pinellus, Sacri Coll. camerarius" (AM 16 ff. 90, 113').

[5]) Exercuit officium camerarii usque ad 8 Ian. 1607.

[6]) 7 Ian. 1608 card. Pallavicinus, qui absente rev.mo card.le S. Caeciliae usque ad eam diem Sacri Coll. vice-camerarium egerat, eiusdem Sacri Coll. camerarius electus fuit (AC 14 f. 84).

12 Ian. 1609 Octavius de Aquaviva (AC 14 f. 116').
11 Ian. 1610 Flaminius Platus (AC 14 f. 142).
10 Ian. 1611 Petrus Aldobrandinus I, 3 (AC 14 f. 168').
9 Ian. 1612 Octavius Bandinus I, 8 (AC 14 f. 202).
7 Ian. 1613 Bartholomaeus Caesius I, 17 (AC 14 f. 233).
13 Ian. 1614 Franciscus Mantica I, 18 (AC 14 f. 262).
17 Febr. 1614 Bonifatius Bevilacqua I, 22.[1])
11 Ian. 1616 Dominicus Tuscus I, 25 (AC 15 f. 41).
9 Ian. 1617 Robertus Bellarminus I, 30 (AC 15 f. 70).
8 Ian. 1618 Dominicus Gymnasius I, 37 (AC 15 f. 90).
7 Ian. 1619 Ioannes Delphinus I, 45 (AC 15 f. 118').
13 Ian. 1620 Iacobus Sannesius I, 46 (AC 15 f. 137).
11 Ian. 1621 Scipio Caffarellus-Burghesius III, 1 (AC 15 f. 157).[2])
9 Ian. 1623 Maphaeus Barberinus III, 4 (AC 15 f. 206'), el. Sum. Pont. Urbanus VIII 6 Aug. 1623.
Post 6 Aug. 1623 Ioannes Garzias Millinus III, 5.[3])

[1]) Die 17 Febr. 1614 card. Bevilacqua fit Sacri Coll. camerarius, mortuo card le Mantica [† 30 Ian. 1614] iam camerario (AC 14 f. 262'). Die 12 Ian. 1615 ad idem officium pro a. 1615 deputatus fuit (AC 15 f. 6).

[2]) Ut camerarius pro a. 1622 confirmatus fuit 10 Ian. 1622 (AC 15 f. 186').

[3]) Die 15 Ian. 1624 card. Millinus, qui post electionem card. Barberini ad Sum. Pontificatum camerariatus officium susceperat, de more continuavit hoc etiam a. 1626 (AC 15 f. 227).

13 Ian. 1625 Marcellus Lantes III, 8 (AC 16 f. 50').
7 Ian. 1626 Ioannes Bapt. Lenius III, 17 (AC 16 f. 95).
27 Ian. 1627 Gaspar Borgia III, 29 (AC 16 f. 172').
10 Ian. 1628 Robertus Ubaldinus III, 33 (AC 16 f. 228).
8 Ian. 1629 Tiberius Mutus III, 34 (AC 16 f. 277).
7 Ian. 1630 Iulius Sabellus III, 39 (AC 16 f. 325').
8 Ian. 1631 Guido Bentivolus III, 52 (AC 16 f. 355).
19 Ian. 1632 Antonius Barberinus V, 2.[1])
16 Febr. 1632 Desiderius Scalea III, 58.[2])
10 Ian. 1633 Augustinus Spinula III, 60 (AC 17 f. 33).
9 Ian. 1634 Cosmus de Torres IV, 8 (AC 17 f. 61).
8 Ian. 1635 Alphonsus de la Cueva IV, 11 (AC 17 f. 88).
7 Ian. 1636 Antonius Barberinus V, 2 (AC 17 f. 111).
12 Ian. 1637 Aloysius Caietanus V, 5 (AC 17 f. 132).
15 Ian. 1638 Bernardinus Spada V, 8 (AC 17 f. 154).
10 Ian. 1639 Berlingerius Gypsius V, 10 (AC 17 f. 176).
9 Ian. 1640 Federicus Cornelius V, 11 (AC 17 f. 202).
7 Ian. 1641 Iulius Sachettus V, 12 (AC 18 f. 42).
13 Ian. 1642 Ioannes Dominicus Spinula V, 13 (AC 18 f. 86).
12 Ian. 1643 Ioannes Bapt. Pamphilius V, 26 (AC 18 f. 136), el. Sum. Pont. **Innocentius X** † 5 Sept. 1644.
14 Mart. 1644 Aegidius Albornotius V, 21 (AC 18 f. 193).[3])

[1]) Die 19 Ian. 1632 card. S. Honuphrii fit camerarius Sacri Coll., tamen sine praeiudicio rev.mi card. de Cremona qui post card.lem Bentivolum ordine succedebat tunc vero podagra et chiragra detentus a consist. aberat (AC 17 f. 7). Ut camerarius subscripsit acta consistorii praedicta die (AC 17 f. 8').

[2]) Cf. n. praecedentem. Ut camerarius prima vice subscripsit acta consistorii 16 Febr. 1632 habiti (AC 17 f. 10).

[3]) Die 16 Ian. 1645 card. Albornotius fuit confirmatus in officio camerarii pro a. 1645 (AC 19 f. 24).

8 Ian. 1646 Cyriacus Roccius V, 37 (AC 19 f. 55).
7 Ian. 1647 Ioannes Bapt. Pallottus V, 31 (AC 19 f. 83).
13 Ian. 1648 Uldericus Carpineus V, 41 (AC 19 f. 109).
1 Febr. 1649 Marcus Antonius Franciottus V, 45 (AC 19 f. 141).
10 Ian. 1650 Marcus Antonius Bragadinus V, 48 (AC 19 f. 166).
9 Ian. 1651 Petrus Donatus Caesius V, 50 (AC 19 f. 186).
8 Ian. 1652 Vincentius Maculanus V, 52 (AC 19 f. 204).
8 Ian. 1653 Franciscus Perettus V, 53 (AC 19 f. 225).
12 Ian. 1654 Carolus Rossettus V, 64 (AC 19 f. 241).
10 Ian. 1656 Franciscus Angelus Rapacciolus V, 67.[1])
15 Ian. 1657 Ioannes de Lugo V, 73 (AC 20 f. 4).
14 Ian. 1658 Nicolaus Albergatus-Ludovisius VI, 5 (AC 20 f. 30').
13 Ian. 1659 Federicus Sfortia VI, 9 (AC 20 f. 62').
12 Ian. 1660 Benedictus Odescalchus VI, 10 (AC 20 f. 102).
24 Ian. 1661 Camillus Astallius VI, 20 (AC 20 f. 142).
16 Ian. 1662 Aloysius Homodeus VI, 25 (AC 20 f. 173).
15 Ian. 1663 Iacobus Corradus VI, 27 (AC 21 f. 4).
14 Ian. 1664 Gibertus Borromaeus VI, 32 (AC 21 f. 38).
12 Ian. 1665 Marcellus Sanctacrucius VI, 28 (AC 21 f. 84).
11 Ian. 1666 Ioannes Bapt. Spada VI, 34 (AC 21 f. 108).
1667—1668 Franciscus Albitius VI, 36.[2])

[1]) Die 10 Ian. 1656 card. Rapacciolus, qui a. superiori uti procamerarius *nomine rev.mi card. Rossetti* Sacri Coll. camerariatum exercuerat, fuit deputatus ad Sacri Coll. camerariatum *proprio nomine* exercendum (AC 19 f. 274').

[2]) Die 16 Ian. 1668 card. Albitius, qui a. praeterito Sacri Coll. camerarius fuerat, ad idem officium pro a. 1668 deputatus fuit (Vat. Lat. 12338 f. 29').

C. Clerici Sacri Collegii annis 1592—1667 fuerunt sequentes.[1])

14 Febr. 1592 *Antonius Quarengus*, secr. et cler. Italus.[2]) *Gerardus Vossius*, ultr., German.
10 Ian. 1593 *Richardus Stravius*,[3]) revisor Signaturae Iustitiae, ultr., German. (AM 52 ff. 11—14).
8 Ian. 1596 prior *de Modigliano*, secr. et cler. Italus.[4]) *Oliverius Levesque*, cler. dioec. Cenomanen., ultr., Gallus (AM 52 ff. 153—162).
1597—1598 De clericis nihil habetur in actis.
8 Ian. 1599 *Martius Malacrida*, secr. et cler. Italus;[5]) *Perinus*, Tullen. dioec., ultr., Gallus.

[1]) De clericis Camerae cf. *Eubel* III², 86. Officiales Sacri Coll. sunt clerici, depositarius et computista, qui *singulis* annis in primo consistori post Epiphanium solent a Sacro Coll. confirmari et, quatenus opus sit, de novo eligi et semper unus eorum, id est, clericus ultramontanus Gallus, Germanus, Hispanus *annuatim* mutatur .... secretarius [scil. Sacri Coll.], qui *clericus Italus vel Latinus* vocatur, *solet esse perpetuus* (Vat. Lat. 12294, olim Misc. Arm. XII vol. 42, f 203').

[2]) Peracto consist. 14 Febr. 1592 omnes officiales Sacri Coll. confirmati fuerunt praeter secretarium, qui clericus Italus seu Latinus vocatur et *solet esse perpetuus*. Is erat Silvius Antonianus, qui cum a S.mo D. N. in cubiculi praefectum el. fuisset, in secretarium Sacri Coll. fuit electus cum 36 votis e 44 Antonius Quarengus (Vat. Lat. 12294 f. 203').

[3]) Vocatur etiam Straviensis. Est e dioec. Leodien. (AM 52 ff. 11—14).

[4]) Die 8 Ian. 1596 prior Modiglianus el. fuit secr. Sacri Coll., ita tamen ut dictum officium non exerceat nisi post discessum Quarengi, qui discessurus est ad residentiam sui can.tus Paduani (AM 52 f. 153').

[5]) Barb. Lat. 2871 (pars III) f. 163'. Confirmatus 7 Ian. 1600 (AM 16 f. 113').

7 Ian. 1600 *Petrus Aligra*, Aragonen., ultr., Hispan. (AM 16 f. 113').
1600—1604 De clericis nihil habetur in actis.
1604 *Mutius Riccerius* [al. *Riverius*], secr. et cler. Italus.[1])
7 Ian. 1605 *Nicolaus Lambau*[2]), ultr., Gallus (AM 16 f. 264).
9 Ian. 1607 *Doctor Vincentius Monges*, Aragonus, ultr. (AC 14 f. 57').
7 Ian. 1608 *Clemens Sollindium* ultr., German. (AC 14 f. 85').
12 Ian. 1609 *Nicolaus de Pirotis*, ultr., Gallus (AC 14 f. 117').
11 Ian. 1610 *Doctor Vincentius Mognesa* (al. *Monges*), ultr., Hispan. (AC 14 f. 143).
10 Ian. 1611 *Guilelmus Fayn*, Leodien., S.mi brevium secretorum scriptor, ultr., German. (AC 14 f. 169').
9 Ian. 1612 *Ioannes Priamus*, Claromonten. dioec., ultr., Gallus (AC 14 f. 203).
7 Ian 1613 *Ferdinandus Alvarez Pinto*, Ulissyponen., ultr., Hispan. (AC 14 f. 235').
13 Ian. 1614 *Henricus Verlaze* Leodien., ultr., German. (AC 14 f. 261').

[1]) Die 7 Ian. 1605 card.les confirmarunt viva voce veteres Sacri Coll. ministros, videlicet .... Mutium Riverium (al. Riccerium) pro natione Itala cler. et secr. (AM 16 f. 264). Ideo, licet de sua prima electione amplius desideretur, saltem a. 1604 exercebat iam dictum officium. Ob. ultimis diebus m. Nov. 1624 (AC 15 f. 243').

[2]) Attenta sedis vacatione [a. 1605], continuavit in officio clericatus usque ad 9 Ian. 1607 (AC 14 f. 57').

12 Ian. 1615 *Antonius Chalumeseau,* pbr. Andegaven., ultr., Gallus (AC 15 f. 7).
11 Ian. 1616 *Raphael Monar,* pbr. Maioricen., ultr., Hispan. (AC 15 f. 42).
9 Ian. 1617 *Cornelius Motmannus,* cler. Leodien., ultr., German. (AC 15 f. 70').
8 Ian. 1618 *Robertus de Arey,* cler. Augustodunen., ultr., Gallus (AC 15 f. 90').
1619 In actis nihil habetur de cler. nationali.
13 Ian. 1620 *Iacobus Veirt Canisius,* cler. Colonien. dioec., ultr., German. (AC 15 f. 138).
11 Ian. 1621 *Renatus Patriau,*[1]) cler. Andegaven., ultr., Gallus (AC 15 f. 158').
9 Ian. 1623 *Ioannes Lopez,*[2]) pbr. Pampilonen. dioec., ultr., Hispan. (AC 15 f. 208').
2 Dec. 1624 *Ioannes Bapt. Laurus,* secr. et cler. Italus.[3])
13 Ian. 1625 *Gaveo Gaukema,* Phrysius, can. Aquisgranen., ultr., German. (AC 16 f. 51).
7 Ian. 1626 *Petrus de Fossas,* oratoris Galli antea a sacris, ultr., Gallus (AC 16 f. 98).
27 Ian. 1627 *Didacus de Cardenas,* ultr., Hispan. (AC 16 f. 173').
10 Ian. 1628 *Ioannes Emmerix,* cler. Leodien., ultr., German. (AC 16 f. 228').
8 Ian. 1629 *Guilelmus Bocchore,* sacerdos, ultr., Gallus (AC 16 f. 277').
8 Oct. 1629 *Ioan. Bapt. Donius,*[4]) secr. et cler. Italus (AC 16 f. 310').
7 Ian. 1630 *Gaspar Salgadus,* Aurien. dioec., ultr., Hispan. (AC 16 f. 325').
8 Ian. 1631 *Servatius de Marke,*[5]) Colonien., ultr., German.
19 Ian. 1632 *Claudius Aury* [al. *Aumbres*] Parisien., ultr., Gallus (AC 17 f. 8').
10 Ian. 1633 *Ioannes de Corduba,* ultr., Hispan. (AC 17 f. 34).
9 Ian. 1634 *Servatius de Marke,* Colonien., ultr., German. (AC 17 f. 62').
8 Ian. 1635 *Claudius Aury* [al. *Aumbres*], Parisien., ultr., Gallus (AC 17 f. 88').
7 Ian. 1636 *Ioannes de Corduba,* ultr., Hispan. (AC 17 f. 111').
12 Ian. 1637 *Robertus Hillebrinck,* ultr., German. (AC 17 f. 135').
15 Ian. 1638 *Quintius Charlier,* ultr., Gallus (AC 17 f. 155).
10 Ian. 1639 *Ioannes de Corduba,* ultr., Hispan. (AC 17 f. 177).

[1]) Die 10 Ian. 1622, attenta sedis vacatione [scil. a. 1621], non solum Sacri Coll. officiales, sed etiam cler. nationalis, per alterum a. in officio viva voce confirmati sunt (AC 15 f. 187).

[2]) Die 15 Ian. 1624 omnes officiales Sacri Coll. confirmati sunt (AC 15 f. 227').

[3]) Die 2 Dec. 1624 S. S. monuit Sacrum Coll., ut eligeret successorem Mutii Rivera, et commendavit Ioan. Bapt. Laurum et cum eo dispensavit, ut non obstantibus constitutionibus possit eligi, quamvis sit fam. S.tis S., et rev.mi card. Barberini eius nepotis. Deinde idem Ioan. Bapt. fuit concordibus omnium suffragiis unanimiter ad officium secr. Sacri Coll. el. (AC 15 f. 244). Dictum officium exercuit usque ad mortem die 19 Sept. 1629 (AC 16 f. 305).

[4]) Huiusmodi officium functus est usque ad electionem novi secr. die 17 Iun. 1640.

[5]) A. 1631 acta silent de cler. nationali. Tamen 9 Ian. 1634 Servatius de Marke el. fuit cler. pro natione German., „qui ante triennium in eodem munere functus erat" (AC 17 f. 62'). Ideo in primo consist. secreto a. 1631 [scil. 8 Ian.] el. fuit cler. pro natione German.

9 Ian. 1640 *Lucas Holstenius,* ultr., German. (AC 17 f. 203).
17 Iun. 1640 *Iosephus Frenfanellus,*[1]) Cassianen. et proth. apost., secr. et cler. Italus (AC 17 f. 210).
7 Ian. 1641 *Ioan. Iacobus Buccardus,* Parisien., ultr., Gallus (AC 18 f. 43).
13 Ian. 1642 *Andreas de Varia [Varrea],* sacerdos e Castilia, ultr., Hispan. (AC 18 f. 93').
12 Ian. 1643 *Lucas Holstenius,* ultr., German. (AC 18 f. 137).
14 Mart. 1644 *Iacobus Lambrinus* al. *Lambin,*[2]) cler. Rhemen., ultr., Gallus (AC 18 f. 195').
8 Ian. 1646 *Iosephus Cortesius,* pbr., ultr., Hispan. (AC 19 f. 56).
7 Ian. 1647 *Ioannes Holler,* Treviren. dioec., ultr., German. (AC 19 f. 83').
13 Ian. 1648 *Innocentius Richard,* cler. Cenomanen., ultr., Gallus (AC 19 f. 111).
1 Febr. 1649 *Ioannes de Dicido Palatio,* pbr. Burgen., ultr., Hispan. (AC 19 f. 142').
10 Ian. 1650 *Ioannes Holler,* Treviren. dioec., ultr., German. (AC 19 f. 167).
9 Ian. 1651 *Innocentius Richard,* cler. Cenomanen., ultr., Gallus (AC 19 f. 186).
8 Ian. 1652 *Decius Azzolinus,* secr. et cler. Italus.[3]) *Gabriel Diaz de Calderon,* cler. e Mantua Carpetanorum oriundus, ultr., Hispan. (AC 19 f. 205').
8 Ian. 1653 *Ioannes Mossoux d'Outrelouxhe,* cler. dioec. Leodien., theol. doct., proth. apost., can. Cameracen., ultr., German. (AC 19 f. 226).
12 Ian. 1654 *Iacobus Lambin,* cler. dioec. Rhemen., ultr., Gallus (AC 19 f. 243).
9 Mart. 1654 *Federicus Ubaldinus,* dioec. Civitatis Castelli, el. secr. et cler. Italus (AC 19 f. 246).
a. 1655 Nihil de clericis propter sedis vacationem.
10 Ian. 1656 *Petrus Zamora,* pbr., ultr., Hispan. (AC 19 f. 275).
15 Ian. 1657 *Ioannes Mossoux d'Outrelouxhee,* cler. coniugatus Leodien., ultr., German. (AC 20 f. 6').
14 Ian. 1658 *Augustinus Favoritus,* secr. et cler. Italus;[4]) *Gabriel Ferreauy,* cler. Pictaven., ultr., Gallus (AC 20 f. 32').
13 Ian. 1659 *Ioannes Galmdus,* cler. Castellan., ultr., Hispan. (AC 20 f. 67).
12 Ian. 1660 *Ioannes Utreluchinus*[5]) al. *Vietlux,* cler. dioec. Leodien., ultr., German. (AC 20 f. 103').
24 Ian. 1661 *Guilelmus Busquet,* cler. coniugatus dioec. Biterren., ultr., Gallus (AC 20 f. 144').

[1]) In dicto officio continuavit usque ad mortem m. Dec. 1651. Cf. infra n. 3.

[2]) 16 Ian. 1645 confirmatur in cler. ultramontanum pro a. 1645 (AM 40 f. 52).

[3]) Die 8 Ian. 1652 card les ad officium Sacri Coll. secretarii et clerici Itali, per ob. Iosephi Frenfanelli superiori m. defuncti vacans, elegerunt Decium Azzolinum nobilem Firman., arcanarum notarum S.mi D. N. secr. (AC 19 f. 205'). Creatus card. 2 Mart. 1654 (cf. S. R. E. card. VI, 40).

[4]) Die 14 Ian. 1658 Augustinus Favoritus confirm. secr. Sacri Coll. et quidem ut *vetus* officialis (AC 20 f. 32'). Ideo iam ante praedictum diem prima vice el. fuit et cum 8 Ian. 1669 officium secretarii dimisisset, et Franciscus Polinus eius loco el. fuisset, expresse dicitur Augustinum per 12 annos in dicto munere inserviisse (AC 22 f. 2).

[5]) Confirm. fuit in procuratorem Sacri Coll. 13 Ian. 1659 et 13 Ian. 1660 (AC 20ff. 67, 103'). Alibi (AC 27 f. 5') vocatur „Vietlux".

16 Ian. 1662 *Ludovicus Maestro Caza*, pbr., ultr., Hispan. (AC 20 f. 174).
15 Ian. 1663 *Ioannes Utreluchinus* al. *Vietlux* Leodien., Sacri Coll. proc., ultr., German. (AC 21 f. 5').
14 Ian. 1664 *Lazarus Brenot*, pbr. Aeduen. dioec., ultr., Gallus (AC 21 f. 40').
12 Ian. 1665 *Antonias Garzia de Aragonia*, ultr., Hispan. (AC 21 f. 87).
11 Ian. 1666 *Georgius Misellus*, S.tis S. fam., ultr., German. (AC 21 f. 110').
7 Febr. 1667 *Petrus Paulus Bardet*, ultr., Gallus (AC 21 f. 143').

D. Depositarii, et computistae Sacri Collegii.

14 Febr. 1592:[1]) *Petrus Paulus Ennius*, computista; *Ubertini*, mercatores Romanam Curiam sequentes, depositarii.
1599: *Ioannes Enriquez de Herrera* et *Octavius Costa*, depositarii.[2])
10 Ian. 1611:[3]) *Petrus Enriquez de Herrera* et *Ioan. Antonius Costa*, depositarii.
7 Ian. 1613:[4]) *Vincentius Landinellus*, Lunen.-Sarzanen., computista et sollicitator.
29 Apr. 1619:[5]) *Mons pietatis* fit depositarius.
13 Ian. 1620:[6]) *Hippolytus Landinellus*, computista et sollicitator; *Hieronymus* et *Bartholomaeus Ticci* al. *Decii*, depositarii.
22 Maii 1623:[1]) *Stephanus Bonannus*, depositarius.
15 Apr. 1624:[2]) *Philippus Casonus*, Sarzanen., computista.
13 Ian. 1625:[3]) *Bonannus*, *Palearius* et *Martellus*, depositarii.
1 Iul. 1641:[4]) *Philippus de Valentibus a Trivio*, depositarius.
1 Febr. 1649:[5]) *Petrus Nerlius* Florentin., depositarius.
22 Mart. 1649:[6]) *Federicus Nerlius*, filius dicti Petri, depositarius.
20 Mart. 1651: *Dionysius Massarius*, Sacrae Congr. Prop. secr., computista seu ratiocinator (AC 19 f. 189').
24 Ian. 1661:[7]) *Hugo Serrughus*, pbr. Forolivien., ratiocinator.

---

[1]) Die 14 Febr. 1592 omnes veteres officiales Sacri Coll. praeter secretarium confirmati fuerunt (Vat. Lat. 12294 f. 203). Proinde pro hoc a. sunt sicut apud *Eubel* III², 88. Dictus Petrus Paulus Ennius in officio computistae confirmatus est singulis annis usque ad 9 Ian. 1612 (cf. AC 24 f. 203 pro ultima confirmatione).

[2]) Die 7 Ian. 1600 veteres ministri Sacri Coll. fuerunt confirmati scil. Petrus Paulus Ennius, computista, et Ioan. Enriquez et Octavius Costa, depositarii. Amplius de istorum depositariorum prima electione desideratur. Omnes tres iterum confirmati fuerunt 7 Ian. 1605 (AM 16 f. 264), 9 Ian. 1607 (AC 14 f. 57'), 7 Ian. 1608 (AC 14 f. 85'), 12 Ian. 1609 (l. c. f. 117'), et 11 Ian. 1610 (l. c. f. 143).

[3]) Die 10 Ian. 1611 cum rev.mus decan. retulisset, post ob. Ioannis Enriquez de Herrera mutatas esse depositariorum personas, et rationem nunc nomine Petri Enriquez de Herrera et Ioan. Antonii Costae, filiorum supra dictorum depositariorum, administrari, per suffragia decretum est, ut praefati Petrus et Ioan. Antonius Sacri Coll. depositarii sint (AC 14 f. 169').

[4]) Die 7 Ian. 1613 confirmati sunt veteres Sacri Coll. ministri . . . . Vincentius Landinellus Lunen.-Sarzanen., computator et sollicitator (AC 14 f. 235). De eius electione amplius desideratur sed 9 Ian. 1612 Petrus Paulus Ennius in officio computatoris confirmatus fuit (AC 14 f. 203).

[5]) Die 29 Apr. 1619 card.les in sua congr.ne generali per secreta suffragia eligerunt depositarium Sacri Coll. Montem Pietatis, cum videlicet Petrum Enriquez de Herrera et Ioan. Costa rationes confudissent (AC 15 f. 124). Tamen 1 Iul. 1619 card.les simul congregati declararunt provisores Montis Pietatis inhabiles ob suas constitutiones nimis limitatas ad exercendum munus depositarii, et retulerunt ad capita ordinum curam et auctoritatem eligendi alios (AC 15 f. 125').

[6]) Die 13 Ian. 1620 Sacr. Coll. de more *confirmavit veteres* officiales nimirum . . . . Hippolytum Landinellum computatorem, et sollicitatorem, Hieronymum et Bartholomaeum Ticcios [al. Decios] depositarios (AC 15 f. 138). De primaeva eorum electione amplius desideratur.

[1]) Die 22 Maii 1623 per secreta fabarum suffragia loco Hieronymi Decii el. est in depositarium Sacri Coll. Stephanus Bonannus, cum hac conditione, ut ad satisfactionem rev.morum DD. card.lium in ordine priorum cautionem praestet (AC 15 f. 215).

[2]) Die 15 Apr. 1624 el. Sacri Coll. computator, vacante officio per liberam res. *Philippi* [?] Landinelli avunculi (AC 15 f. 233'). El. ep. Burgi S. Domnini 27 Febr. 1651 (AC 19 f. 187').

[3]) Die 13 Ian. 1625 card.les viva voce confirmarunt *veteres* Sacri Coll. officiales, videlicet . . . . Bonannum, Palearium, et Martellum, pecuniarum depositarios (AC 16 f. 51). De primaeva electione Palearii et Martelli ad huiusmodi officium adhuc desideratur. Tamen singulis annis confirmati sunt usque ad 7 Ian. 1640 (AC 17 f. 203). Deinde 1 Iul. 1641 el. est novus depositarius.

[4]) Die 1 Iul. 1641 card.les per secreta fabarum suffragia elegerunt in depositarium Sacri Coll. Philippum de Valentibus a Trivio Spoletan. dioec. (AC 18 f. 57). Ob. circa m. Sept. 1647 (cf. n. sequentem).

[5]) Die 1 Febr. 1649 actum fuit de depositario Sacri Coll., cuius officii duo erant candidati, videlicet Andreas de Valentibus, frater germanus Philippi prioris depositarii iam a *sesquianno* defuncti, et alter Petrus Nerlius Florentin., Camerae Apost. depositarius gen., et collector, qui Andream albis suffragiis excessit, et ita in Sacri Coll. depositarium fuit el. (AC 19 f. 142').

[6]) Die 22 Mart. Petrus Nerlius supplicavit ut officium depositarii etiam tranferretur in suum filium Federicum, pro quo ipse pater fideiuberet. Deinde card.les secretis fabarum suffragiis in Sacri Coll. depositarium elegerunt dictum Federicum (AC 19 f. 145'). Tamen ex actis tum Petrus tum Federicus exercuerunt insimul officium depositariorum usque ad eorum dimissionem et aliorum electionem die 19 Ian. 1671 (AC 22 f. 71').

[7]) Die 24 Ian. 1661 Ugo Serrughus per secreta suffragia el. fuit ad officium computatoris Sacri Coll. vac. per liberam dimissionem Dionysii Massarii (AC 20 f. 144). Die 15 Ian. 1672 Domitius Venturinus, cler. coniugatus dioec. Camerin., disp.ne S.mi obtenta, el. fuit ad Sacri Coll. computatoris officium vac. *duobus* abhinc mensibus per ob. Hugonis Serrughi (AC 22 f. 104).

LIBER SECUNDUS.

DE
PATRIARCHIS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS.



Abrincen(sis) (**Avranches**) in Gallia (Normandia).[1]

Franciscus de Péricard sen.	**Henricus** Boyvin de Péricard, archiep. Tarsen., coadi. c. f. s. (non succedit)[2]	3 Aug. 1616	AV 15 f. 143
ob. Franc. de Péricard († Oct.-Nov. 1639)	**Carolus** Vialart a Sancto Paulo, Congr. Fulien.[3]	26 Maii 1642	AC 18 f. 106
ob. Caroli	**Rogerius** d'Aumont[4]	20 Mart. 1645	AM 40 f. 55'
cess. Rogerii	**Gabriel** Boislève[5]	28 Oct. 1651	AC 19 f. 198'

Absaren(sis) v. **Auxeren(sis)**

Abulen(sis) (**Avila**) in Hispania.[1]

ob. Hieron. Manrique († 1595)	**Ioannes** Velasquez de las Cuevas, O. P.[2]	29 Apr. 1596	AM 52 f. 215
ob. Ioannis	**Laurentius** Otaduy, ep. Lucen.[3]	1 Febr. 1599	AC 13 f. 110
ob. Laurentii	**Ioannes** Alvarez de Caldas, ep. Oveten.[4]	14 Maii 1612	AC 14 f. 211'
ob. Ioannis	**Franciscus** Gamarra, ep. Carthaginen.[5]	30 Maii 1616	AC 15 f. 51'
ob. Francisci	**Alphonsus** Lopez Gallo, ep. Vallisoletan.[6]	5 Iul. 1627	AC 16 f. 194
ob. Francisci	**Franciscus** Marquez de Gazeta[7]	29 Nov. 1627	AC 16 f. 214'
ob. Franc. de Gazeta	**Petrus** Cifontes (Cifuentes) de Loarte[8]	7 Iun. 1632	AC 17 f. 16'
ob. Petri	**Didacus** de Arce Reynoso, ep. Tuden.[9]	22 Mart. 1638	AC 17 f. 158
tr. Didaci ad Placentin.	**Ioannes** Velez de Valdivieso, ep. Lucen.[10]	25 Febr. 1641	AC 18 f. 46
tr. Ioan. ad Carthaginen.	**Iosephus** de Argaiz (Argaez), ep. Almerien.[11]	4 Dec. 1645	AC 19 f. 50'
tr. Ios. ad Granaten.	**Bernardus** de Attajde (Attayde), ep. Astoricen.[12]	5 Oct. 1654	AC 19 f. 254
ob. Bernardi	**Martinus** de Bonilla[13]	16 Oct. 1656	AC 19 f. 284
ob. Martini	**Franciscus** de Rojas (Roxas) Borja, ep. Tarraconen.[14]	23 Apr. 1663	AC 21 f. 14'

Abrincen.

[1]) A. 1616: Eccl. cathedr. sub invocatione S. Andreae, suffr. archiepi Rothomagen., in qua sunt 20 can., 12 capell., 6 vicarii, 7 pbr., taxa flor. 2500 (AM 97 f. 160). A. 1651: Testante quodam can. ipsius eccl. valor ann. fr. mens. epalis est 16000 libr. Turonen., onera 3000 libr. (P. Cons. 51 f. 11).

[2]) Fit archiep. Tarsen. et deput. coadi. c. f. s. Abrincen. sed non succedit, ob. 12 Febr. 1636. Cf. Tarsen. n. 4.

[3]) Promovetur cum ret. compat. et c. decr. . . . . erig. mont. piet., necnon 1000 libr. repar. cathedr. (AC 18 f. 106); oriundus ex Carnoten. dioec., abb. Fuliensis, et totius Congregationis Fuliensis superior gen. (P. Cons. 40 f. 8), nomin. r. x^{mo} 18 Maii 1640 (l. c. f. 8) ob. 15 Sept. 1644. Manu propria subscripsit „Carolus a Sancto Paulo" (l. c. f. 2), et passim vocatur „Vialart".

[4]) Nomin. r. x^{mo} promovetur cum ret. 4 mon.^{orum}, et aliorum compat., c. decr. . . . . repar. cathedr et dom. epalis, ac erig. sem. et mont. piet. (AM 40 f. 56'); renuntiavit deinde ob. Lutetiae Parisiorum Mart. 1653.

[5]) Reserv. pens. 3000 libr. pro Rogerio cedente, cum ret. compat. et c. decr. . . . . erig. ut supra ac repar. cathedr. et dom. epalis (AC 19 f. 198'); nat. in civitate Andegaven., aet. circ. 45 an., doct. iur. utr., olim rector par. eccl. Dalloire Veneten. dioec., et can. eccl. Parisien. (P. Cons. 51 f. 7), nomin. r. x^{mo} 5 Ian. 1651 (l. c. f. 1), ob. Dec. 1667. Nomen eius invenitur „Boislève", „Boyleve", imo et „Boylesve". Ipsa nomin. r. x^{mi} habet „Boislève.

Abulen.

[1]) A. 1616: Eccl. cathedr. sub invocatione Transfigurationis D. N. Iesu Christi in qua sunt 8 dign., 17 can., 8 portiones, et multi beneficiati, taxa flor. 1433$^{1}/_{3}$, valor ann. fr. mens. epalis 14000 duc. (AM 97 f. 162). A. 1654: Cathedr. eccl. est suffr. archiepi Compostellan. (P. Cons. 51 f. 27').

[2]) Nomin. r. cath., aet. ultra 60 an., pbr. O. P., mag. theol., iam prior et proc. gen. sui ordinis (AM 52 f. 215), ob. 1598.

[3]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Lucen., salvis pens. antiquis, reserv. pens. nova ann. 300 scut. Hispaniae, non exced. . . . . 3^{am} fr., et c. decr. . . . . prof. fidei (AC 13 f. 110); doct. theol., olim primus cathedraticus in univ. Compluten. (AM 52 f. 444), 4 Nov. 1591 prom. ad eccl. Lucen. Modo ampliori nomen eius esset „Laurentius Assensius Otaduy (Otadui) y Avendaño".

[4]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Oveten., reserv. pens. ann. 3100 duc. Hisp. pro pers. nominand., computatis antiquis, non exced. . . . . 3^{am} fr. (AC 14 f. 211'); 12 Ian. 1605 fuit prom. ad eccl. Oveten., ob. Oct. 1615.

[5]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Carthaginen., cum ret. compat., reserv. pens. 750 duc. pro pers. nominandis, salvis antiquis, non exced. . . . . medietatem fr. (AC 15 f. 51'); 17 Aug. 1615 prom. fuit ad Carthaginen.

[6]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Vallisoletan. reserv. pens. ann. 3000 duc., computatis antiquis, pro pers. nominandis (AC 16 f. 194); 29 Maii 1624 fuit prom. ad Vallisoletan. Ob. antequam poss. eccl. Abulen. capere potuisset.

[7]) Nomin. r. cath., reserv. pens. 3000 duc., salvis pens. antiquis, pro pers. nominand., ex dioec. Burgen., aud. cancellariae regiae Vallisoletan. (AC 16 f. 214'); ob. 1631.

[8]) Nomin. r. cath., cum ret. compat., duobus simplicibus beneficiis exceptis, reserv. pens. 3300 duc., computatis pens. antiquis, pro pers. nominandis (AC 17 f. 16'); consiliarius supremi consilii S. Inquisitionis, thesaur. et can. eccl. Toletan. (P. Cons. 31 f. 244); ob. 1636. Manu propria subscripsit iuram. fidei, „Petrus Cifontes de Loarte" (P. Cons. 31 f. 244), sed ubique in lingua Hispanica habetur „Cifuentes".

[9]) Absolv. a vinc. Tuden., cum ret. compat., et c. decr. . . . . erig. theol. ac poenit. (AC 17 f. 158); 1 Oct. 1635 fuit prom. ad Tuden., nomin. r. cath. ad Abulen. 12 Oct. 1637 (P. Cons. 36 f. 683), 8 Oct. 1640 tr. ad Placentin.

[10]) Absolv. a vinc. Lucen., cum ret. compat., et c. decr. . . . . erig. ut supra, reserv. pens. ann. 100 duc. monetae Hisp. pro pers. nominanda, non exced. . . . . 3^{am} fr. (AC 18 f. 46); 9 Ian. 1636 prom. ad Lucen., et 21 Aug. 1645 ad Carthaginen. in Hispania.

[11]) Absolv. a vinc. Almerien., reserv. pens. 2770 duc., comprehensis antiquis, c. decr. . . . . erig. theol., poenit. et mont. piet. (AC 19 f. 51); 1 Iul. 1641 prom. fuit ad Almerien., 21 Iul. 1645 nomin. r. cath. ad Abulen. (P. Cons. 48 f. 55), 27 Iul. 1654 tr. ad Granaten., ob. 1667.

[12]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Astoricen., reserv. pens. 3745 duc. etc. ut supra, c. decr. . . . . repar. dom. epalis et erig. ut supra (AC 19 f. 254); 14 Nov. 1644 fuit prom. ad Astoricen., ob. 1656. Manu propria subscripsit „Bernardus de Attajde", sed saepe a coaevis vocatur etiam „Atayde" et „Ataide" (P. Cons. 51 f. 32).

[13]) Praesent. r. cath., reserv. pens. etc. ut in praecedenti promotione (AC 19 f. 284); ob. 1662.

[14]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Tarraconen. cum ret. tituli et denom. archiepi Tarraconen., et compat., reserv. pens. 3422 duc. etc. ut supra (AC 21 f. 14'); 8 Ian. 1653 prom fuit ad Tarraconen., 29 Maii 1673 tr. ad Carthaginen. in Hispania (AC 22 f. 142'), ob. 1684.

Accien(sis) v. **Marianen(sis)**

Acernen(sis) (Acerno) in partibus Neapolitanis.[1])

ob. Ioan. Francisci Orefici	**Antonius** Agellius (Ajelli)[2])	24 Nov.	1593	AV 13 f. 48'
cess. Antonii	**Paulus** Manara, O. P.[3])	20 Oct.	1604	AC 13 f. 200'
ob. Pauli	**Franciscus** Solimele[4])	14 Mart.	1611	AC 14 f. 174'
ob. Francisci	**Ioannes** Serrano, O. M. Obs.[5])	20 Nov.	1613	AC 14 f. 256'
ob. Ioannis	**Ludovicus** Galbiati[6])	17 Aug.	1637	AC 17 f. 140
ob. Ludovici	**Petrus Paulus** Bonsi[7])	13 Sept.	1638	AC 17 f. 168
tr. Petr. Pauli ad Conversan.	**Clemens** Confetti, ep. Muran.[8])	13 Apr.	1643	AC 18 f. 182'
ob. Clementis	**Camillus** Ragona de Tricarico[9])	17 Oct.	1644	AC 19 f. 5'
tr. Camilli ad Caputaquen.	**Antonius** Glielmi[10])	15 Iun.	1665	AC 21 f. 97

Acerrarum (Acerra) in partibus Neapolitanis.[1])

libera cess. Ioan. Bapt. de Tufo	**Ioannes** Gorrea (Gurrea)[2])	23 Iun.	1603	AC 13 f. 183
ob. Ioannis	**Vincentius** Paganus (Pagano), Theatin.[3])	20 Nov.	1606	AC 14 f. 50
ob. Vincentii	**Mansuetus** Merotti (al. Merati), Congr. Barn.[4])	13 Iul.	1644	AC 18 f. 210'
ob. Mansueti	**Placidus** Carafa, Theatin[5])	9 Apr.	1663	AC 21 f. 13

Achaden(sis) (Achonry) in Hibernia.[1])

pastoris solatio destituta[2])	**Iacobus** Fallon, vic. apost.[3])	13 Ian.	1631	S. Br.
a pluribus annis vacans	**Ludovicus** Dillon, O. M. Obs.[4])	16 Sept.	1641	Barb. Lat. 2887

Acernen.

[1]) A. 1611: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Donati, suffr. archiepi Salernitan., valor ann. fr. mens. epalis 700 duc. Neapolitan., taxa 70 flor. (AM 97 f. 9).

[2]) Promovetur cum cond. iur. (AV 13 f. 48'); aet. 60 an., pbr., in sacris litt. insigniter versatus (AM 51 f. 278), resign., deinde ob. Romae 19 Nov. 1608 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 73'). In actis semper vocatur „Agellius", a modernis in lingua vulgari „Ajelli".

[3]) Cum cond. iur. (AV 13 f. 200'); nat. in Burgo Vallis Tari Placentin. dioec., aet. 60 an., pbr. Ord. Praed., lic. theol. (AM 97 f. 22), cons. Romae 14 Nov. 1604 ab eminentissimo card. Bernerio, epo Albanen. (Misc. Arm. XIII 33 f. 119).

[4]) Pbr. Salernitanus, J. U. D. (AC 14 f. 174'); ob. m. Iunio 1613 (P. Cons. 14 ff. 137', 140).

[5]) Nat. in oppido Alcazar provinciae Toletan., aet. circ. 38 an. (P. Cons. 14 ff. 133'–34), ob. m. Mart. 1637 P. Dat. a 1637 f. 217'). Manu propria subscripsit „Ioan. Serranus" (P. Cons. 14 f. 143).

[6]) C. decr. . . . . erig. theol. et poenit. (AC 17 f. 140); nat. Romae, aet. circ. 60 an., pbr., iur. can. doct. (P. Dat. a. 1637 ff. 217'–19), ob. in festo Pentecostes [23 Maii] 1638 (P. Cons. 36 ff. 614', 616).

[7]) Nob. Florentin., aet. circ. 50 an., can. eccl. Florentin., olim aud. nuntii Florentiae (P. Cons. 36 ff. 608'—09), tr. ad eccl. Conversan. 26 Maii 1642.

[8]) Die 9 Ian. 1623 prom. fuit ad eccl. Tiberiaden., et deput. coadi. c. f. s. epo Acernen.

[9]) Promovetur c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet. (AC 19 f. 5); nat. in civitate Tricaricen., aet. circ. 40 an., proth. apost., iur. utr. doct. (P. Dat. a. 1644 f. 292), 23 Oct. 1644 cons. Romae in bas. S. Mariae Maioris ab eminentissimo et rev. mo Francisco Maria card. Brancaccio (Misc. Arm. XIII 33 f. 213'), 13 Apr. 1665 tr. ad eccl. Caputaquen.

[10]) Promovetur c. decr. . . . . repar. cathedr., et erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 21 f. 97); nat. in terra „Magliano" dioec. Caputaquen., aet. circ. 45 an., iur. utr. doct., proth. apost. (P. Cons. 63 ff. 29–30), ob. a. 1690.

Acerrarum

[1]) A. 1606: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. M. V., suffr. archiepi Neapolitan., 3 dign. et 8 can., valor ann. fr. mens. epalis 1000 duc., taxa in libris Cam. 58 flor. (AM 97 f. 112); a. 1644 dicitur ecclesiam cathedr. esse sub invocatione S. Michaelis (P. Cons. 44 ff. 8, 10).

[2]) Nomin. r. cath. (AC 13 f. 183); e civitate Caesaraugustan. oriundus, aet. ultra 60 an., theol. doct. (Misc. Arm. XII 216 f. 205).

[3]) Nomin. r. cath. ex indulto (AC 14 f. 50); Neapolitan., aet. 34 an., pbr. Theatin., iur. utr. doct. (AM 97 f. 112). In lingua vulgari vocatur a coaevis „Pagano" (AM 97 f. 112 et P. Cons 44 ff. 1—12).

[4]) Nomin. r. cath., promovetur c. decr. . . . . erig. theol., poenit. et sem., reserv. pens. duc. 750 monetae illarum partium pro pers. a S. S. nominandis, et reserv. etiam una pens. 100 duc. pro fratre Guilelmo de Spiritu Sancto, O. P., non exced. . . . . 3am fr. (AC 18 f. 210'); nat. Mediolani, aet. 54—55 an., lic. theol., cler. regularis S. Pauli (P. Cons. 44 f. 5). Nomen eius invenitur „Merati" et „Merotti".

[5]) Promovetur c. decr. . . . . erig. theol. et poenit. (AC 21 f. 13); nat. Neapoli, aet. circ. 47 an., Theatin., praesent. r. cath. 26 Mart. 1662 (P. Cons. 60 ff. 106'—07 et 112), ob. 1674. Manu propria subscripsit „Placidus Carafa" (P. Cons. 60 f. 110) sed nomen eius saepe invenitur „Carraffa" et „Caraffa".

Achaden.

[1]) Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Mariae et archiepi Tuamen. suffr.; tamen eccl. et fructus mensae epalis ab haereticis occupantur (Bibl. Vat., Barb. Lat. 2887 f. 279).

[2]) Owen O'Harte, O. P., qui 28 Ian. 1562 ad eccl. Achaden. prom. fuerat, ob. in civitate Achaden. a. 1603 aet. 100 an.

[3]) Pbr. Tuamen., fit vicarius apostolicus eccl. Achaden. (S. Br. 770 f. 82).

[4]) Ortus est in dioec. Achaden., a. agit circ. 40, pbr. professus Ord. Min. strictioris observantiae S. Francisci, theol. mag. (Barb. Lat. 2887 in Bibliotheca Vaticana f. 279). Haec promotio nullibi invenitur in actis consistorialibus in Tabulario Vaticano asservatis, neque eam invenire potui inter brevia apostolica. A tergo folii 282 inveni pro eccl. Achaden. in Hibernia a. 1641: 12 Aug. praeconisatur et 16 Sept. expeditur. Post Dillon eccl. Achaden. regitur a vicariis sed nihil de eis usque ad a. 1667 invenitur in brevibus apostolicis.

Acheruntin(a) (Acerenza) et **Materanen(sis)** (Matera) in Italia infer., metrop.[1])

ob. Francisci de Abellaneda	**Scipio** de Tolfa, archiep. Tranen.[2])	20 Dec. 1593	AC 13 f. 30'
. . . .	**Ioannes** Mirlotus (al. de Myra), ep. Castri Maris[3])	11 Mart. 1596	AC 13 f. 61
ob. Ioannis	**Iosephus** de Rubeis (Rossi), ep. Aquilan.[4])	12 Sept. 1605	AC 14 f. 18
ob. Iosephi	**Ioannes** Espilla (al. Spilla), O. P.[5])	19 Ian. 1611	AV 15 f. 75
ob. Ioannis	**Fabritius** Antinori[6])	10 Ian. 1622	AC 15 f. 186'
tr. Fabr. ad Syracusan.	**Dominicus** Spinola (Spinula), S. R. C. card.[7])	13 Nov. 1630	AC 16 f. 346
tr. card. Spinulae ad Lunen.-Sarzanen.	**Simeon Carafa**, Theatin.[8])	30 Aug. 1638	AC 19 f. 117
tr. Simeonis ad Messanen.	**Ioannes Bapt.** Spinula (Spinola)[9])	18 Maii 1648	AC 19 f. 117
libera cess. Ioan. Bapt.	**Vincentius** Lanfranchi, ep. Triventin.[10])	7 Dec. 1665	AC 21 f. 106

Aconen(sis) seu **Acconen(sis)** (Accon, Acone, Acre seu Ptolomais) in Syria al. Palaestina, tit.[1])

certo modo	**Nicolaus** Arresdorfius (Arresdorf), O. M. Conv., suffr. Monasterien.[2])	27 Nov. 1592	AC 13 f. 18
ob. Nicolai	**Ioannes** Nicolaus[3])	8 Aug. 1622	AC 15 f. 196'

Acridan(a) seu **Ocridan(a)** (Ochri, Ochrida) in finibus Illyriae et Macedoniae, metrop.[1])

a pluribus annis vacans	**Raphael** Levacovich, O. M. Obs.[2])	27 Maii 1647	AC 19 f. 94'
ob. Raphaelis	**Andreas** Bogdanus[3])	27 Febr. 1651	AC 19 f. 188
tr. Andreae ad Scopien.	**Franciscus** Svimirovich, O. M. Obs., ep. Prisrenen.[4])	20 Mart. 1656	AC 19 f. 278'

Acheruntin. et Materanen.

[1]) A. 1611: Eccl. cathedr. in civitate Materanen. est sub invocatione S. Eustachii et S. Mariae de la Bruna, metrop. cum 2 dign. et 24 can., taxa 300 flor., val. ann. fructuum 2500 duc. (AM 98 f. 195). A. 1622: valor. ann. fr. mens. epalis 5000 duc. Neapolitan., taxa 400 flor. (AM 98 f. 68).

[2]) Reserv. pens. ann. 200 duc. pro pers. nominandis, cui 7 Ian. 1594 concessum fuit pallium (AC 13 ff. 30', 31), prom. fuit ad Tranen. 10 Dec. 1576 (*Eubel* III, 317), ob. a. 1595.

[3]) Absolv. a. vinc. Castri Maris, cum ret. compat., cui 27 Mart. 1596 pallium concessum fuit (AC 13 ff. 61, 62), prom. fuit ad Castri Maris 13 Sept. 1591, ob. a. 1600. In actis vocatur „Mirlotus", a modernis „Mira" seu „de Myra".

[4]) Nomin. r. cath., reserv. pens. ann. 600 scut. Neapolitan. pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr., cum ret. compat. (AC 14 f. 18); 11 Mart. 1596 prom. ad eccl. Ugentin., 29 Mart. 1599 tr. ad Aquilan., ob. m. Febr. 1610.

[5]) Nomin. r. cath., reserv. pens. ann. 350 duc. Neapolitan. pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr., cui 24 Ian. 1611 pallium conc. (AV 15 ff. 75—76); oriundus ex dioec. Pampilonen., pbr. O. P., aet. supra 40 an., mag. theol., cathedraticus in univ. Salamantin. (AM 97 f. 116), cons. Romae 6 Febr. 1611 a rev.mo card. Marcello Lantes (Misc. Arm. XIII 33 f. 130).

[6]) Promovetur cum ret. compat., reserv. pens. 1000 duc. pro pers. nominandis, computatis antiquis, cui 19 Ian. 1622 conc. pallium (AC 15 f. 186' et AV 16 f. 28); pbr. Neapolitan., aet. ultra 40 an., utr. sign. ref. (AM 98 f. 68), cons. Romae 16 Ian. 1622 a rev. mo card. Roberto Ubaldino (Misc. Arm. XIII 33 f. 162), 13 Nov. 1630 tr. ad. Syracusan.

[7]) Nomin. r. cath., reserv. pens. 500 duc. pro Nicolao Gentili, salvis pens. antiquis, cui 24 Mart. 1631 conc. pallium (AC 16 ff. 345, 362); 19 Ian. 1626 prom. fuit ad cardinalatum (cf. S. R. E. card. V, 13), 26 Apr. 1632 tr. ad Lunen.-Sarzanen., et 1 Dec. 1636 tr. ad Mazzarien.

[8]) Nomin. r. cath., reserv. pens. 850 duc. pro pers. nominandis, salvis antiquis, non exced. . . . . 3am fr., c. decr. . . . . erig. theol. et poenit., cui 13 Sept. 1638 conc. pallium (AC 17 ff. 166', 168); praestitit iuram. fidei Romae 7 Sept. 1638 et ib. 13 Sept. 1638 cons. a rev. mo card. Francisco Maria Brancaccio (Misc. Arm. XIII 33 f. 201—01'), tr. ad Messanen. 16 Sept. 1647. Manu propria subscripsit „Simeon Carafa" (P. Cons. 46 f. 720) sed nomen eius saepe invenitur „Caraffa" et „Carraffa".

[9]) Nomin. r. cath., promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., reserv. pens. 1300 scut., computatis pens. antiquis, pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr., cum ret. mon. commend. SS. Petri et Pauli in Insula parva dioec. Tarentin., et mon. S. Salvatoris per hanc promotionem eo ipso cessat, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet. in utraque eccl., necnon repar. dom. epalis eccl. Acheruntin., 15 Iun. 1648 conc. pallium (AC 19 ff. 117, 120); nat. Ianuae, aet. 33 an., in ord. diac. const., iur. utr. doct. (P. Dat. a. 1648 ff. 199'—200), tr. ad Ianuen. 10 Nov. 1664, fit card. 1 Sept. 1681.

[10]) Absolv. a vinc. Triventin., cum ret. compat., reserv. pens. 1300 scut. etc. ut supra, c. decr. . . . . erig. et repar. ut supra, cui 11 Ian. 1666 conc. pallium (AC 21 ff. 106, 110); 5 Maii 1660 fuit prom. ad Triventin., ob. a. 1676.

Aconen.

[1]) A. 1622: Eccl. Aconen. est in Syria sub archiepo Tyren. (AM 98 f. 8).

[2]) Deput. suffr. epo Monasterien. ad exercenda pontificalia in civitate et dioec. Monasterien. cum assignatione pens. ann. duc. 200 super fructibus mensae epalis Monasterien. pro congrua sustentatione eiusdem suffraganei. S. S. putavit assignationem 200 duc. esse hodie valde tenuem pro sustentatione suffraganei, ideo mandavit Congregationi Consistoriali, ut viderent quid in posterum faciendum (AC 13 f. 18); pbr. O. M. Conv., aet. circ. 40 an., theol. bacc. (AM 51 f. 131).

[3]) Deput. suffr. epo Monasterien. cum assign. ann. et perpetuae pens. 200 duc. auri (AC 15 f. 196'), theol. doct., aet. 40 an., pbr. Ruremunden. dioec., can. coll. eccl. S. Severini Colonien. (AM 98 f. 8).

Acridan. seu Ocridan.

[1]) Dioec. ista est metrop. habens ut suffraganeam eccl. Prisrenensem, ut ex variis actis consist. constat. Vocatur etiam Primae Iustinianae. Nominatur Achridana, Acridana, Ochridana, Ocridana, Ocridensis et Ochridensis.

[2]) O. Min. S. Francisci strictioris observantiae, promovetur cum assign. 200 scut. pro congrua eius sustentatione iuxta decr. Sacr. Congr. Prop. (AC 19 f. 94'); nat. in oppido Iascae [Iatroberstcha] dioec. Zagabrien., aet. ultra 46 an., O. M. Obs., iam definitor gen. suae religionis, ac commissarius gen. in Germania et Polonia, iussu S. Sedis breviarium Romanum et missale in linguam Illyricam vertit (P. Dat. a. 1647 ff. 169—170), ob. 1650. Iuxta decr. Sacr. Congr. Prop. diei 3 Iun. 1647 per breve sub dato diei 15 Iunii 1647 conc. „Raphaeli archiepiscopo Achridae seu Primae Iustinianae admin. Prisrenen. epatus in Macedonia secunda, hodie Servia, necnon provinciarum Daciae Ripensis, Maesiae superioris, Dardaniae et Triballiae, seu Privalliae ecclesiae Achridae subiectarum" (S. Br. 1023 ff. 1—3).

[3]) C. decr. . . . . prof. fidei ante cons. (AC 19 f. 188); nat. in oppido Paga Iania dioec. Prisrensis circa a. 1607 (ex *Illyrico Sacro* vol. VIII f. 20), 6 Mart. 1656 tr. ad eccl. Scopien. quam a. 1677 sponte dimisit. Tamen 18 Dec. 1675 mortuo Francisco Svimirovich deput. in administratorem eccl. Acridan. (S. Br. 1579 f. 17). Inter „Lettere di Vescovi" tom. 34 f. 255 inveniuntur litterae Andreae ad eminentissimum et rev. mum card. Colonna, protectorem Andreae, sub dato diei 3 Dec. 1651, in quibus petit Andreas ut pallium mandetur per procuratorem. In iisdem litteris dicitur, impossibile esse residere Achridae, ac proinde necesse esset eligere et determinare alium locum ad residendum.

[4]) Nat. Chiprovatii nobili Bulgariae oppido, prom. fuit ad eccl. Prisrenen. 27 Febr. 1651, 26 Dec. 1663 deput. admin. eccl. Nicopolitan. et adiacentium, quae epo Sophien. commissa fuerat, qui vero ep. Sophien. ob gravem aetatem minime suscipere voluit (S. Br. 1292 f. 1).

Adiacen(sis) (Ajaccio) in insula Corsica.[1]

ob. Iulii Iustiniani	**Fabianus** Iustinianus (Giustiniani), Congr. Orat.[2])	13 Iun. 1616	AC 15 f. 52'
ob. Fabiani	**Octavianus** Rivarola[3])	5 Iul. 1627	AC 16 f. 195'
ob. Octaviani	**Ioannes Stephanus** Donghi, S. R. E. card.[4])	27 Nov. 1651	AC 19 f. 199'
tr. card. Donghi ad Imolen.	**Syrus** Straserra, Theatin.[5])	11 Oct. 1655	AC 19 f. 271
ob. Syri	**Ioannes Gregorius** Ardizzoni[6])	28 Aug. 1656	AC 19 f. 282'

Adramyttensis (Adramyttium, Edremit) in min. Asia, tit.[1])

ob. Sebastiani Breuning	**Petrus** Wall, suffr. Augustan.[2])	28 Mai 1618	AC 15 f. 99
ob. Petri	**Sebastianus** Müller, suffr. Augustan.[3])	28 April 1631	AC 16 f. 364
certo modo	**Gaspar** Zeiller, suffr. Augustan.[4])	30 Ian. 1645	AC 19 f. 27'

(H) Adrianopolitan(a) (Hadrianopolis) in Thracia, metrop., tit.[1])

certo modo	**Vitalianus** Visconti Borromeo[2])	4 Iul. 1616	AC 15 f. 54
ob. Vitaliani	**Cosmus** de Torres[3])	17 Mart. 1621	AC 15 f. 164'
cess. card. de Torres	**Ioannes** Benini[4])	18 Oct. 1622	S. Br.
certo modo	**Ioannes** de Torres[5])	30 Ian. 1645	AC 19 f. 27
tr. Ioan. ad Salernitan.	**Stephanus** Brancacci(o) (Brancatius)[6])	5 Maii 1660	AC 20 f. 116

Adiacen.

[1]) A. 1616: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. M. V., suffr. archiepi Pisan., in ea sunt 2 dign. et 8 can., dioec. habet circ. 60 par. eccl., val. ann. fr. mens. epalis circ. 3000 scut. Roman., taxa in libris Cam. 500 flor. (AM 97 f. 62).

[2]) Reserv. pens. 1500 scut. pro pers. nominandis (AC 15 f. 52'); pbr. Ianuen., aet. circ. 38 an., in eccl. congregrationis Oratorii nuncupata a 18 annis et ultra commoratus, theol. doct. (AM 97 f. 62), ob. m. Ian. 1627 (P. Cons. 24 ff. 12, 14).

[3]) Cum ret. compat., et cum ind. retinendi mon. S. Nicolai de Cattolio (AC 16 f. 195); bapt. in par. eccl. oppidi Clavari dioec. Ianuen. 17 Ian. 1595 (litt. testim. P. Cons. 24 f. 14'), fit utr. sign. ref. 18 Iun. 1618 (S. Br. 561 f. 355), iur. utr. doct., gub. Firman. in loco card. Barberini, pbr. (P. Cons. 24 ff. 5—6), ob. m. Oct. 1651.

[4]) Cum ret. omnium quae obtinet, reserv. pens. 500 scut., salvis antiquis, pro pers. nominandis, c. decr. . . . . erig. theol. et poenit. (AC 19 f. 199'); fit card. 13 Iul. 1643 (S. R. E. card. V, 70), tr. ad Imolen. 2 Aug. 1655.

[5]) Reserv. pens. 1400 scut. Roman. pro card. Dongo, salvis antiquis (AC 19 f. 271); nat. Iannae, aet. supra 50 an., Theatin., theol. professor (P. Dat. a. 1655 ff. 273—74), ob. 28 Apr. 1656 (P. Cons. 54 f. 34).

[6]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet. (AC 19 f. 282'), nat. 29 Nov. 1625 Tabiae dioec. Albinganen., iur. utr. doct. Bononiae, in pbr. ord. const. 5 Febr. 1651 (ex litt. testim. P. Cons. 54 ff. 35'—39'), ob. a. 1685. Manu propria subscripsit „Ioan. Gregorius Ardizzonus" (l. c. f. 29).

Adramytten.

[1]) Eccl. Adramytten. est in Asia sub metrop. Ephesin. (AM 97 f. 141). Haec sedes tit. in actis consist. nominatur Adramytana, Adramyttensis, et Adramitensis.

[2]) Pbr. Augustan. dioec., theol. doct., deput. suffr. epo Augustan. [Vindelic.] ad exercenda pontificalia de eiusdem epi consensu in civitate et dioec. Augustan. [Vindelic.] cum assign. ann. et perpetuae pens. flor. Rhenensium, qui summam 150 ducatuum auri constituunt, super fructibus mensae epalis Augustan., et cum ret. canonicatus et praebendae coll. eccl. S. Mauritii, Augustae, et aliorum compat. (AC 15 f. 99); nat. in dioec. Augustan., aet. 35 an., theol. doct. (AM 97 f. 141).

[3]) Pbr. Constantien., deput. suffr. Augustan. ad pontif., c. decr. . . . . non resid. Adramytan., et cum assign. ann. 200 duc. super fr. eccl. Augustan. (AC 16 f. 364, AV 18 f. 73); cons. Romae 1 Maii 1631 a reverendissimo card. Aloysio Capponio (Misc. Arm. XIII 33 f. 183), ob. ante m. Ian. 1645. A nonnullis falso vocatur *suffr. Constantien.*

[4]) C. ind. . . . . non resid. Adramytten., deput. suffr. Augustan. ad pontif. cum assign. 300 duc. auri de Camera, et cum ret. decanatus in coll. eccl. S. Mauritii in civit. Augustan., et aliorum compat. (AC 19 f. 27'); nat. in oppido Sigmaringen dioec. Constantien., aet. 40 an. et ultra, theol. doct., pbr., vic. gen. in spiritualibus epi Augustan. (P. Cons. 44 ff. 244'—45'). Manu propria subscripsit „Zeillerus" (l. c. ff. 242—43).

Adrianopolitan.

[1]) Sedes ista metrop. et tit. vocatur etiam Hadrianopolitan. Est quidem in Thracia in provincia Emimonte.

[2]) Mediolanen., cler. Cam., destinatur ad caesaream maiestatem nunt., promovetur cum decr., quod officia, quae obtinet, nullo modo vacent (AC 15 f. 54); utr. sign. ref., 1 Iul. 1616 dispensatur super defectu aet. ut possit promoveri ad eccl. Adrianopolitan. (S. Br. 603 f. 159), ob. Pragae m. Maii 1617.

[3]) Promovetur c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 15 f. 164'); utr. sign. ref., nomin. nunt. in regno Poloniae 21 Maii 1621 (S. Br. 648 f. 49), card. 5 Sept. 1622 (S. R. E. card. IV, 8), ob. 1 Maii 1642.

[4]) Florentin., utr. sign. ref., praef. domus pontificiae, quinto decimo Kalendas Novembris 1622 fit archiep. Adrianopolitan. (bulla: S. Br. 678 f. 139); nat. Romae ex familia Florentin., iur. utr. doct., aud. Cam., advoc. consist. (P. Dat. a. 1622 ff. 516'—17), cons. 30 Dec. 1622 Romae in bas. S. Petri a rev.mo Ulpiano Vulpo olim archiep. Theatin. ac deinde ep. Novarien. (Misc. Arm. XIII 33 f. 166), ob. Romae 2 Nov. 1636 aet. suae a. LXVII m. IV d. V (ex epitaphio *lapidis sepulchralis* in eccl. S. Ioan. Florentin. de Urbe). Manu propria subscripsit „Ioan. Beninus" et ab aliis in lingua vulgari vocabatur „Benini" (P. Dat. l. c.). Haec provisio non invenitur in ipsis actis consist. sed fit tantum per praedictam bullam.

[5]) C. ind. . . . . non resid., et cum ret. compat. (AC 19 f. 27); 16 Febr. 1645 nomin. nunt. apost. in regno Poloniae (S. Br. 998 f. 970), et ib. manebat usque ad a. 1652, tr. ad eccl. Salernitan. 1 Apr. 1658.

[6]) Cum ret. compat. (AC 20 f. 116); nat. Neapoli, aet. ultra 40 an., iur. utr. doct. ab a. 1640, utr. sign. ref. (P. Dat. a. 1660 ff. 135'—54), 20 Maii 1660 nomin. nunt. apost. in civitate Florentin. (S. Br. 1214 ff. 679—84), et 8 Iul. 1666 nunt. ad rempublicam Venetiarum (S. Br. 1344 f. 516), 2 Iun. 1670 tr. ad eccl. Viterbien. et Tuscanien. (AC 22 f. 37), fit card. 1 Sept. 1681 (AC 23 ff. 79—80), ob. a. 1682. Manu propria subscripsit „Brancatius" (P. Dat. a. 1660 f. 156), et in eodem processu in lingua Italica „Brancacci", tamen in actis nomen eius invenitur „Brancaccius" et in lingua vulgari fere semper „Brancaccio" nuncupatur.

(H) Adrianopolitan(a) (Hadrianopolis) in Honoriade, tit.[1])

certo modo	**Adrianus** a Walenburch[2])	8 Aug. 1661 AC 20 f. 157

Adrien(sis) seu **Atrien(sis)** v. **Pennen(sis)**

Adrien(sis) (Adria) in partibus Venetis.[1])

ob. Laurentii Laureti	**Hieronymus** de Porzia[2])	7 Aug. 1598 AC 13 f. 103'
ob. Hieronymi	**Ludovicus** Sarego[3])	17 Sept. 1612 AC 14 f. 222'
cess. Ludovici	**Ubertinus** Papafava[4])	10 al. 22 Maii 1623 AC 15 f. 212'
ob. Ubertini	**Germanicus** Mantica, ep. Famagostan.[5])	21 Febr. 1633 AC 17 f. 36'
ob. Germanici	**Ioannes Paulus** Savio, ep. Feltren.[6])	19 Dec. 1639 AC 18 f. 195
ob. Ioan. Pauli	**Bonifatius** Agliardi, Theatin.[7])	2 Aug. 1655 AC 19 f. 267
certo modo	**Petrus** de Bedacier, O. S. B., fit suffr. Meten.[9])	1 Mart. 1649	AC 19 f. 144

Augustan. Vindelicorum.

[1]) A. 1598: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. Mariae Virg. et suffr. archiepi Moguntin., in ea sunt 2 dign., 40 can., et 40 beneficiati, valor ann. fr. mens. epalis circ. 40000 flor. (P. Cons. 11 ff. 300—301).

[2]) Confirm. postul. a capitulo eccl. Augustan., c. disp. . . . . aet., cum 30um a. tantum attigerit sed nondum compleverit, c. decr. . . . . prof. fidei (AC 13 f. 116); nat. m. Febr. 1570 ex nob. familia de Knöringen (P. Cons. 11 f. 318), can. eccl. Augustan., subdiac. 21 Nov. 1593 et diac. 14 Sept. 1595 (litt. testim. l. c. ff. 313—314), el. a capitulo Augustan. 29 Nov. 1598 (instr. electionis l. c. f. 315), ob. 25 Ian. 1646.

[3]) S.mus admisit postul. capituli eccl. Augustan de persona Sigismundi Francisci archiducis Austriae, can. ips. eccl., ad illam ex persona hodierni epi quovis modo vacaturam eidemque indulsit, ut eodem moderno epo cedente, decedente aut alias praedictae eccl. quomodolibet praeesse desinente, ad illam eccl. accessum habere possit, cum disp. super defectu aetatis etc. In reliquis vero decr. Sacrae Congr. Consist. servari voluit, et mandavit (AC 18 f. 71). Ipsud decr. Congr. Consist. invenitur in AC 18 ff. 71—72 ex quo constat, quod in congregatione generali card.lium die 5 Sept. 1640 postul. capituli Augustan. pro Sigismundo ut simplici coadi. c. f. s. non accepta est. Nam animadvertitur in dicta congregatione card.lium quod nonnulla, quae de coadiutoria pro Sigismundo in dicta postul. exprimebantur, non potuissent adaptari Sigismundo, qui non per viam coadiutoriae sed accessus, et ingressus ad dictam eccl. Augustan., occurrente illius vacatione, in successorem erat postulandus. Capitulum eccl. Augustan. respondit, illius capituli veram intentionem fuisse, et esse postulandi Sigismundum in *successorem* non autem in *coadiutorem*. Ulterius dicta Congr. Consist. decrevit, secuta quandocumque et quomodocumque vacatione epatus, non esse concedendam spiritualem administrationem ante aet. suae XXX a., nec temporalem seu fructuum perceptionem nisi post perfectum XXV, quem si compleverit, non effluxo integro decennio a die obitus hodierni epi in dicta eccl. ex quovis capite temporalem quoque administrationem, ac perceptionem fructuum prorogari ultra XXV usquedum decennium non compleverit, sed non differtur ultra annum XXX (AC 18 ff. 71—72). A. 1659 fit admin. etiam ecclesiae Tridentin., ob. 15 Apr. 1665.

[4]) Confirm. electio a capit. et canonicis eccl. Augustan. facta, cum ret. praepositurae Elvacensis dioec. Augustan. ad octo annos, ita tamen ut teneatur convertere 3am partem redditum illius in extinctione aeris alieni, quo gravatur eccl. Augustan. c. disp. . . . . gradus, c. decr. . . . . prof. fidei ac repar. domus epalis, nec non erig. theol. et poenit. (AC 21 f. 155); nat. in dioec. Constantien., pbr., decan. eccl. Augustan. et praepos. Elvacen. (P. Cons. 64 g. 91'—92), ob. 1 Apr. 1690.

Augustopolitan.

[1]) Augustopolis est hodierna civitas Surmeneh.

[2]) Deput. suffr. epi Herbipolen. ad pontif., assign. ei pens. 300 duc. auri super fructibus mensae epalis Herbipolen. (AC 13 f. 85').

[3]) Deput. coadi. c. f. s. card. archiepi Rothomagen. cum assign. pens. 1000 scut. super fructibus mensae archiepalis Rothomagen., et cum ret. compat. (AC 14 f. 252'); aet. circ. 27 an., theol. doct. Sorbonicus, abb. commendatarius perpetuus abbatiae S. Victoris, O. C. S. Aug., Parisien., pbr. a duobus annis (P. Cons. 13 ff. 95—97), succedit m. Aug. 1615, ecclesiae Rothomagen. resignavit a. 1651, ob. m. Mart. 1653.

[4]) De nomin. r. xmi deput. coadi. c. f. s. epi Castren. cum ret. compat., reserv. una pens. libr. Turonen. 1500 pro Guidone cler. Tolosan., et alterius pens. 1500 scut. pro Ioanne Faget cler. Tolosan., et alterius 1000 libr. Turon. pro Ioanne Maioreto pbr. Tolosan., et unius 1000 libr. pro Antonio du Puy pbr. Albien. dioec., tamen solummodo postquam factus fuerit locus successionis in eccl. Castren. (AC 15 f. 61'); ex dioec. Uticen. oriundus, aet. 22 an. (P. Cons. 14 ff. 653—676), non succedit sed tr. ad eccl. Agathen. 30 Aug. 1627, ob. 24 Iun. 1629 (P. Cons. 26 f. 239).

[5]) Deput. coadi. c. f. s. archiepi Aquen. cum reserv. pens. ann. libr. pro Guidone (AC 15 f. 95), succedit m. Sept. 1624, ob. m. Dec. 1625. Cf. Aquen.

[6]) Deput. suffr. epi Herbipolen., c. decr. . . . . non resid., et pontificalia exercendi in civitate et dioec. Herbipolen., assign. ei pens. 500 flor. monetae illarum partium cum ret. can.tus et praebendae coll. eccl. S. Ioannis Herbipolen. (AV 16 f. 34); Flagidensis, in quo oppido [Fladungen] pater suus senator fuit, theol. doct., vic. gen. in spiritualibus epi Herbipolen., can. coll. eccl. S. Ioannis Evang. Herbipoli (P. Cons. 17 ff. 95—98).

[7]) De nomin. r. xmi deput. coadi. c. f. s. epi Montisalben., cum decreto assignandi 3000 libr. Turonen. pro reparatione cathedralis et domus epalis, c. decr. . . . . loc. success., cum ret. mon. loci Restaurati O. Praem., ac can.tus, praebendae. et archidiaconatus Villae Longae, reserv. pens. ann. 4500 libr. Turonen. super fructibus mensae epalis, facta successione, pro Ludovico Marviel (AC 17 f. 115'); nat. Tolosae, aet. 28—29 an. [i. e. a. 1634], pbr., theol. doct. Parisien. (P. Cons. 34 f. 418), succedit m. Sept. 1652, ob. m. Iun. 1672. In iuramento fidei (P. Cons. 34 f. 407) manu propria subscripsit „de Berthier" et acta (AC 17 f. 115') eum Latine „Berterius" nuncupant.

[8]) De nomin. r. xmi deput. coadi. c. f. s. epi Maclovien. c. decr. . . . . non resid., ac erig. sem. et mont. piet., cum ret. mon.orum S. Wandresigili et B. Mariae de Bella Villa Rothomagen., et Lugdunen. dioecesium (AC 18 f. 208), succedit m. Nov. 1646, tr. ad Carnoten. 24 Sept. 1657.

[9]) Deput. suffr. epi Meten. ad pontif. in civitate et dioec. Meten., cum ret. compat., et assign. 2000 scut. Franciae super fructibus mensae epalis Meten. pro congrua eius sustentatione (AC 19 f. 144); nat. in civitate Turonen., aet. circ. 52 an., pbr. O. S. B., theol. doct. Parisien, nomin. r. x.mo 21 Oct. 1648 (P. Cons. 48 ff. 145, 152—53').

Aulonen(sis) **(Aulon, Valona, Vlora)** in novo Epiro, tit.

certo modo	**Ioannes** de Mallevaud, O. Min. Recoll., fit suffr. Claramonten.[1])	7 Dec. 1648	AC 19 f. 136'

Aurasicen(sis) **(Orange)** in Gallia.[1])

Ioannes de Tulles sen.	**Ioannes** de Tullia (de Tulles), fit ep. Troan. et coadi. c. f. s.[2])	17 Aug. 1605	AV 15 f. 9
. . . .	**Ioannes Vincentius** de Tullia (de Tulles), fit ep. Dioclean. et coadi. c. f. s.[3])	16 Mart. 1637	AC 17 f. 136'
tr. Ioan. Vinc. ad. Vauren.	**Hyacinthus** Serroni, O. P[4])	27 Maii 1647	AC 19 f. 96
tr. Hyacinthi ad Mimaten.	**Alexander** Fabri[5])	5 Sept. 1667	AC 21 f. 171

Aurelianen(sis) **(Orléans)** in Gallia.[1])

ob. Ioannis de l'Aubespine († 1596)	**Gabriel** de l'Aubespine[2])	15 Mart. 1604	AC 13 f. 189'
ob. Gabrielis	**Nicolaus** de Nets[3])	27 Ian. 1631	AC 16 f. 356'
ob. Nicolai	**Alphonsus** Delbene (Del Bene)[4])	21 Ian. 1647	AC 19 f. 84
ob. Alphonsi	**Petrus** du Cambout Coislin[5])	29 Mart. 1666	AC 21 f. 118'

Aureliopolitan(a) **(Aureliopolis)** in Asia minori seu in Lydia, tit.[1])

certo modo	**Carolus** Madrutius (Madruzzi), fit coadi. c. f. s. Tridentin.[2])	24 Aug. 1622	AV 16 f. 39'
certo modo	**Gaspar** Munsterus, O. Carm., fit suffr. Osnabrugen.[3])	13 Febr. 1631	S. Br.

Aulonen.

[1]) Deput. suffr. epi Claramonten. ad pontif. in civitate et dioec. Claromonten. cum assign. 1600 libr. Turonen. pro congrua eius sustentatione (AC 19 f. 136'); nat. in urbe Bellicen., pbr. O. Minorum Recollectorum S. Francisci, in religione „Pater Cherubinus" nuncupatus, nomin. r. x^mi 7 Iul. 1648 (P. Cons. 48 ff. 706', 711, 717).

Aurasicen.

[1]) Suffr. archiepi Arelaten., taxa 400 flor. (a. 1605, AM 97 f. 80), valor ann. fr. mens. epalis 1300 scut. illarum partium (a. 1648, P. Cons. 46 f. 31'). Huiusmodi eccl. vocatur Aurasicen., Auriacen., Arausicen.

[2]) Fit ep. Troian. et deput. coadi. c. f. s. epi Auraicen. (cf. Troian.), succedit a. 1608, ob. m. Oct. 1640.

[3]) Fit ep. Dioclean. et deput. coadi. c. f. s. Ioannis epi Arausionen. (cf. Dioclean.), succedit m. Oct. 1640, tr. ad Vauren. 27 Maii 1647.

[4]) C. disp. . . . . aet., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 96); nat. Romae in paroecia S. Celsi, aet. 30 an., mag. theol. (P. Cons. 46 ff. 26—27), tr. ad Mimaten. 8 Aug. 1661.

[5]) C. decr. . . . . erig. ut supra in n. 4 (AC 21 f. 171); nominatur a rege paulo post translationem Hyacinthi sed a S. Sede confirmatur a. et die ut supra, ob. m. Aug. 1674.

Aurelianen.

[1]) Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Crucis et suffr. archiepi Senonen., in ea sunt 12 dign. et 46 can.^tus, comprehensis dignitatibus, taxa 2000 flor. (AM 97 f. 107).

[2]) Promovetur cum cond. iur. (AC 13 f. 189'), subdiac., bacc. theol. Sorbonicus (AM 97 f. 107), ob. m. Aug. 1630.

[3]) Nomin. r. x^mo, promovetur cum ret. compat., c. decr. . . . . vac. prioratus de Palaisean, et prioratus S. Mariae Magdalenae, O. S. B., dioecesium Parisien. et Melden., c. decr. . . . . 300 libr. Turonen. pro reparatione cathedralis et domus epalis (AC 16 f. 356'), ob. 20 Ian. 1646 (P. Cons. 46 f. 100').

[4]) Nomin. r. x^mo, cum ret. compat., et mon. B. Mariae de Maceriis, quod in commendam obtinet, c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis, nec non erig. mont. piet. (AC 19 f. 84); ex dioec. Senonen. oriundus, aet. 45—46 an., abb. commend. mon. de Maceriis, O. Cist., dioec. Cabilonen. (P. Cons. 46 f. 92), ob. 20 Maii 1665. Nomen eius scribitur tum „del Bene" tum „Delbene".

[5]) Cum ret. compat., et mon. S. Victoris, O. C. S. Aug., dioec. Parisien., et alterius S. Ioannis, O. Praem., dioec. Ambianen., et nonnullorum prioratuum, c. decr. . . . . repar. ut supra (AC. 21 f. 119), 15 Mart. 1666 fuerunt ipsi Petro condonata omnia iura ratione expeditionis ecclesiae Aurelianen. et pro expeditione retentionis duorum praedictorum mon.^orum debita (AC 21 ff. 116'—117); nob. Parisien., m. Iul. 1665 agit 29 a., theol. doct., aulae regiae primus eleemos. (P. Cons. 64 f. 63), nomin. r. x^mo 24 Maii 1665, in ord. pbr. const. ab archiepo Parisien. 16 Aug. 1665 (l. c. ff. 55, 58), fit S. R. E. card. 3 Febr. 1700.

Aureliopolitan.

[1]) Ista sedes aliquando vocatur etiam Aureopolitan. Est civitas hodierna Phrêneli.

[2]) Diac. dioec. Tridentin., can. Brixinen. et nepos Caroli card. Madrutii, aet. 24 an., deput. in admin.^nem eccl. Aureliopolitan. donec et quoadusque expleverit XXX a., et tunc, prout ex nunc, et e contra illum eidem ecclesiae Aureliopolitan. in epum praefecit cum decreto non residendi, et fit coadi. c. f. s. card. Madrutii epi Tridentin. de consensu Caroli et capituli Tridentin. cum disp. . . . . gradus, et c. decr. . . . . loc. success., ac cum ret. can.^tus et praebendae Brixinen. et compat. (AV 16 f. 39'), succedit m. Aug. 1629, ob. m. Dec. 1658.

[3]) Fit ep. eccl. Aureliopolitan. in partibus infidelium certo modo vacantis, et deput. suffr. epi Osnaburgen. (bulla provisionis Idibus Febr. S. Br. 963 f. 679). Non invenitur haec promotio in actibus consistorialibus.

ob. Gasparis	**Aegidius** Galenius, fit suffr. Osnabrugen.[4])	29 Apr. 1655	AC 19 f. 274
ob. Aegidii	**Ioannes** Bischopinck (al. Bischoping), fit suffr. Osnabrugen.[5])	9 Iul. 1657	AC 20 f. 20

Auren(sis) seu **Aurien(sis)** (Auria) in Mauretania, tit.[1])

certo modo	**Ioannes** Daffis, fit coadi. c. f. s. Lumbarien.[2])	19 Ian. 1594	AC 13 f. 32
success. Ioannis ad Lumbarien.	**Ioannes** Berthier, fit coadi. c. f. s. Riven.[3])	25 Febr. 1602	AC 13 f. 163'
certo modo	**Antonius** de Cous, fit coadi. c. f. s. Condomien.[4])	15 Mart. 1604	AC 13 f. 190
. . . .	**Alphonsus** Delbene (d'Elbeine), fit coadi. c. f. s. Albien.[5])	4 Febr. 1608	AC 14 f. 87'
. . . .	**Henricus** Clausse, fit coadi. c. f. s. Cathalaunen.[6])	28 Apr. 1608	AC 14 f. 92
certo modo	**Philibertus** du Sault, fit coadi. c. f. s. Aquen.[7])	23 Iul. 1618	AC 15 f. 101'
certo modo	**Petrus** Manso de Zuniga, fit suffr. Burgen.[8])	6 Iul. 1648	AC 19 f. 127

Auriacen(sis) v. **Aurasicen(sis)**

Aurien(sis) (Orense) in Hispania.[1])

tr. Petri Gonzalez ad Placentin.	**Michael** Arez[2])	19 Dec. 1594	AC 13 f. 47
ob. Michaelis	**Sebastianus** de Bricianos, O. M. Obs.[3])	17 Aug. 1611	AC 14 f. 187'
ob. Sebastiani	**Petrus** Ruiz de Valdivieso, archiep. Messanen.[4])	2 Oct. 1617	AV 15 f. 156
ob. Petri	**Ioannes** de la Torre Ayala.[5])	25 Oct. 1621	AV 16 f. 23
tr. Ioan. ad Civitaten.	**Ioannes** Venido, O. M. Obs.[6])	19 Ian. 1626	AC 16 f. 99
ob. Ioannis	**Didacus** de Zuniga et Sotomayor[7])	12 Maii 1631	AC 16 f. 367
tr. Didaci ad Zamoren.	**Ludovicus** Garcia Rodriguez[8])	23 Ian. 1634	AC 17 f. 62'
tr. Ludov. ad Astoricen.	**Ioannes** de Velasco et Azevedo[9])	2 Mart. 1637	AC 17 f. 135'

---

[4]) Deput. suffr. Osnabrugen. ad pontif., cum ret. compat., et praepositurae S. Martini Craneburgen. Colonien. dioec., et scholastriae S. Andreae Colonien., et can.tus, quos in utraque eccl. praedicta obtinet, et cum assign. 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Osnaburgen. pro congrua eius sustentatione (AC 19 f. 274).

[5]) Deput. suffr. Osnabrugen. ad pontif., cum ret. compat., ac decanatus, et canonicatuum, quos in S. Ludgeri locique Vreden. dioec. Monasterien., et S. Ioannis Osnabrugen. collegiatis ecclesiis obtinet, ac assign. 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Osnaburgen. pro congrua eius sustentatione (AC 19 f. 20); nat. Monasterii, pbr. 30 Mart. 1646, proth. apost. 14 Sept. 1645, phil. et theol. doct., a. 1644 officialis curiae epalis Osnabrugen. (P. Cons. 54 ff. 233, 236—237, 240—41). In actis consist. „Biscopink" nuncupatur sed in iuramento fidei manu propria subscripsit ut supra (l. c. f. 242), et in eodem processu vocatur etiam „Bischoping".

Auren.

[1]) A. 1608: Civitas Auren. est in provincia Carthaginen. sive Tunisen. (AM 97 f. 102); est hodierna civitas Aumale. Habetur et alia eccl., Auren. quae est in Phoenicia, sed ipsa acta consistorialia, excepto casu supradictae relationis a. 1608 (AM 97 f. 102), referunt simpliciter Auren. in partibus infidelium.

[2]) Deput. coadi. c. f. s. epi Lumbarien. cum assign. pens. ann. 200 scut. super fructibus mensae epalis Lumbarien., c. decr. . . . . loc. success., cum ret. praepositurae Tolosan. durante coadiutoria, et compat. (AC 13 f. 32); aet. 40 an. (AM 51 f. 313), succedit m. Oct. 1598, ob. m. Febr. 1614.

[3]) Deput. coadi. c. f. s. epi Riven., cum assign. pens. 400 scut., c. decr. . . . . non pontif. nisi Riven., cum ret. prioratus S. Benedicti dioec. Briocen., et c. decr. . . . . prof. fidei (AC 13 f. 163'), succedit Aug. 1602, ob. 1620.

[4]) Can. et archidiac. Condomien., deput. coadi. c. f. s. epi Condomien., cum ret. dicti can.tus ac archidiac.tus, cum assign. pens. 600 scut. auri durante coadiutoria, c. decr. . . . . loc. success. (AC 13 f. 190).

[5]) De nomin. r. xmi deput. coadi. c. f. s. epi Albien. (AC 14 f. 92); subdiac., 29 an., iur. utr. doct. (AM 97 f. 102), paulo postea succedit et ante m. Oct. 1634 ab ecclesia Albien. deponitur, ob. Parisiis a. 1651.

[6]) De nomin. r. xmi deput. coadi. c. f. s. epi Cathalaunen., cum ret. compat., ac prioratus de S. Lau dioec. Rothomagen., quem in commendam obtinet (AC 14 f. 92), succedit m. Apr. 1624, ob. m. Dec. 1640.

[7]) Deput. coadi. c. f. s. epi Aquen. cum assign. pens. scut. 300, cum ret. can.tus et praebendae Aquen. durante coadiutoria, ac unius prioratus simplicis cura et conventu carentis S. Spiritus Aquen. O. S. B. (AC 15 f. 101'); succedit m. Maio 1623, ob. m. Nov. 1638.

[8]) Deput. suffr. epi Burgen. ad exercenda pontif. cum ret. compat. (AC 19 f. 127), ob. circa a. 1669.

Aurien.

[1]) A. 1594: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Martini et suffr. archiepi Compostellan. A. 1621: Eccl. habet 9 dign., 18 can.tus, et plures portiones, valor ann. fr. mens. epalis 12000 ducatorum, taxa 1400 flor. (AM. 97 f. 150).

[2]) Nomin. r. cath. (AC 13 f. 47); theol. doct., can. magistralis Abulen. (AM 51 f. 494, ob. m. Ian. 1611.

[3]) Nomin. r. cath. (AC 14 f. 187'); aet. 60 an., pbr. O. M. Obs., maiestatis cath. concionator (AM 97 f. 117), ob. m. Ian. 1617.

[4]) Nomin. r. cath., cum cond. iur., ac ret. compat., absolv. a vinc. eccl. Messanen. cum ret. denom.nis seu tituli archiepi Messanen. (AV 15 f. 156), ob. m. Iun. 1621.

[5]) Nomin. r. cath., cum ret. compat. (AV 16 f. 23); in civitate Burgen. nat., iur. utr. doct., can. et scholasticus eccl. Burgen., inquisitor apost. civitatis Conchen. (AM 97 f. 150).

[6]) Nomin. r. cath., cum ret. compat. (AC 16 f. 99); nat. in oppido de Medina dioec. Palentin., a. 1625 aet. 68 an., O. M. Obs. commiss. gen. Indiarum (P. Cons. 22 ff. 52—53), ob. m. Mart. 1631.

[7]) Nomin. r. cath., cum ret. compat. (AC 16 f. 367).

[8]) Nomin. r. cath., cum ret. compat. praeter quam beneficii simplicis siti in eccl. Carmonen. dioec. Hispalen., cum ret. pens. 200 duc. super fructibus eccl. Granaten. (AC 17 f. 62'); ex civitate Legionen., capell. maiestatis cath. (P. Cons. 33 f. 307).

[9]) Nomin. r. cath., cum ret. compat., cum decreto, ut per hanc provisionem vacaret mon. B. Mariae de Roncisvalle, quod obtinebat, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 17 f. 135'); nat. in oppido de la Torre de Mormoion dioec. Palentin., aet. 56 an., iur. utr. lic., prior regii conventus B. Mariae de Ronces Valles (P. Cons. 33 ff. 38—40), ob. m. Febr. 1642.

ob. Ioannis	**Antonius** Payno[10])	13 Iul. 1643	AC 18 f. 161'
tr. Antonii ad Zamoren.	**Alphonsus** de San Vitores, ep. Almerien.[11])	1 Sept. 1653	AC 19 f. 235
tr. Alphonsi ad Zamoren.	**Iosephus** de la Peña[12])	21 Apr. 1659	AC 10 f. 75'
tr. Iosephi ad Calaguritan.	**Franciscus** Rodriguez Castañon[13])	12 Nov. 1663	AC 21 f. 29'

Ausaren(sis) v. **Auxeren(sis)**

Autissiodoren(sis) v. **Antissiodoren(sis)**

Auxeren(sis) (Ossero, Osor) in insula cognom. in Histria.[1])

ob. Coriolani Garzadori[2])	**Octavianus** Garzadori[3])	17 Mart. 1614	AV 15 f. 113
certo modo	**Caesar** Nardi, O. M. Conv.[4])	21 Iun. 1621	AC 15 f. 172'
ob. Octaviani	**Antonius** de Veritate (Verità)[5])	18 Iul. 1633	AC 17 f. 45'
ob. Marci Ant. Verità	**Ioannes** de Rubeis (de Rossi), ep. Chironissen.[6])	10 Nov. 1653	AM 40 f. 233
ob. Ioannis	**Matthaeus** Scrivanelli[7])	3 Aug. 1667	AC 21 f. 164'

Auximan(a) (Osimo) in Italia.[1])

ob. card. Galli	**Augustinus** Galamini, ep. Recineten. et Lauretan., S. R. E. card.[2])	29 Apr. 1620	AV 15 f. 182
ob. card. Galaminii	**Hieronymus** Verospi, S. R. E. card.[3])	10 Febr. 1642	AC 18 f. 94'
ob. card. Verospii	**Ludovicus** Betti[4])	1 Iul. 1652	AC 19 f. 214'
ob. Ludovici	**Antonius** Bichius (Bichi), ep. Ilcinen.[5])	6 Mart 1656	AC 19 f. 277

---

[10]) C. decr. . . . . erig. ut supra (AC 18 f. 161'); nomin. r. cath. 21 Maii 1642, nat. in oppido de Rioseco [provinciae Soriae], aet. circ. 42 an., theol. doct., can. eccl. Conchen. (P. Cons. 42 ff. 140—141, 154).

[11]) Absolv. a vinc. eccl. Almerien., praesent. r. cath., c. decr. . . . . instr. supellect., ac repar. dom. epalis (AC 19 f. 735), tr. ad Zamoren. 27 Ian. 1659.

[12]) Praesent. r. cath., cum ret. unius pens. 112 duc., et alterius 200 duc., quas percipit, atque unius de Andosilla, et alterius de Falcen., et aliorum beneficiorum in de Valterra, locis Pampilonen. dioec., decanatus et can.tus eccl. Abulen. ceteraque beneficia, quae obtinet, eo ipso per hanc promotionem vacent, c. decr. . . . . erig. ut supra in n. 9 (AC 20 f. 75'); nat. in oppido Baltiae regni Navarrae, aet. 60 an., decan. eccl. Abulen., iur. can. bacc. (P. Cons. 57 ff. 363—63').

[13]) Cum ret. compat., capellania maior chori, ac can.tus et praebenda eccl. Toletan. per hanc promotionem eo ipso vacent (AC 21 f. 29'); nomin. r. cath. 14 Maii 1663, bapt. in par. eccl. loci de Loer dioec. Legionen. 3 Febr. 1615, pbr. a 1647, iur. can. doct., nunc can. Toletan. (P. Cons. 60 ff. 161'—163), tr. ad Calaguritan. et Calciaten. 12 Dec. 1667.

Auxeren.

[1]) A. 1621: Civitas Ansaren. in regno Dalmatiae ad regem Hungariae spectans, nunc sub tyrannide Turcarum, habet eccl. cathedralem quae suffraganea erat archiepi Iadren. sed ob invasiones infidelium, et pastore, et aliis ad cathedralem necessariis a multo tempore citra orbata est. In dioec. tamen sunt adhuc aliqui christiani Catholici qui tempore Paschatis Sebenicum se conferunt, et sacramenta Poenitentiae et S.mae Eucharistiae a fratribus Minoribus Conventualibus accipiunt (AM 97 f. 151). A. 1653: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Gaudentii cum 3 dign. et 5 can., valor ann. fr. mens. epalis 1500 scut. Venetorum, gravatur pensione 500 scut. pro card.le Bichio (P. Cons. 51 ff. 461—461'). Ista sedes antiquitus Absaren. vocabatur sed in subsequentibus promotionibus Ansaren., Ausar(i)en., Auxaren., et melius Auxeren. nuncupatur.

[2]) Iuxta *Sbaralea*, Notae et additiones ad Italiam Sacram Ughelli (Codd. C. 70—73 Archivi Curiae Generalitiae O. M. Conv.) p. 176 quidam Berengarius Bardoni, O. M. Conv., fuit evectus ad epatum Ansaren. in Dalmatia a. 1608, sed de eo amplius desideratur.

[3]) Nat. in civitate Vicentin., iur. utr. doct., pbr. (AM 97 f. 122).

[4]) Praesent. ab imperatore uti rege Hungariae, ortus Monopoli, pbr. O. M. Conv., theologiae et iuris can. peritus, 49 aet. suae a. agit (AM 97 f. 151); ex litt. testimonialibus de sacris ordinibus administratis ab ipso Caesare Nardo epo Ausarien. *manu propria* subscriptis Viennae die 12 Apr. 1623 constat, ipse fuisse concionatorem linguae Italicae in aula imperatoris (P. Cons. 24 f. 12). A nonnullis dicitur postea fuisse suffraganeum epi Olomucen., et a. 1631 suffr. patriarchae Aquilegien., ob. a. 1633. In brevi apost. diei 1 Iul. 1622 vocatur etiam ep. Ancyran. (S. Br. 661 f. 196).

[5]) Promovetur cum ret. compat, reserv. pens. 600 duc. pro pers. nominandis, et c. decr. . . . . erig. theol., poenit, ac sem. (AC 17 f. 43'); pbr. Veronen., utr. sign. ref. (AM 39 f. 266). In quodam brevi apost. die 2 Iul. 1633 dicitur ecclesiam Auxeren. certo modo vacare sed supradicta acta consistorialia dicunt per ob. Octaviani Garzadori, et nihil de Caesare Nardo ut epo Auxeren. referunt.

[6]) Absolv. a vinc. Chironissen., cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. ut supra (AM 40 f. 233).

[7]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. sem. et mont. piet. (AC 21 f. 164'); nat. in loco de Felsa dioec. Pharen., iur. utr. doct. (P. Cons. 65 ff. 134'—135').

Auximan.

[1]) A. 1642: Civitas Auximan. in provincia Marchiae Anconitan. habet eccl. cathedralem sub invocatione S. Theclae Virg. Mart. et S. Sedi immed. subi., in ea sunt 2 dign. et 12 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 4500 scut. (P. Dat. a. 1642 ff. 90—91), taxa 200 flor. (Index Processum Datariae I, Auximan.).

[2]) Cum ret. compat., absolv. a vinc. Lauretan. et Recineten. (AV 15 f. 182); card. 17 Aug. 1611 (cf. S. R. E. card. III, 28), ob. Auximi 6 Sept. 1639 (AC 17 f. 191').

[3]) Cum. ret. omnium, quae obtinet, c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 18 f. 94'); card. 16 Dec. 1641, ob. 5 Ian. 1652 (cf. S. R. E. card. V, 51).

[4]) Salvis pens. antiquis, et nuper reservatis, c. decr. . . . . erig. theol. (AC 19 f. 214'), utr. sign. ref. iam ante 1644—1645 (Arch. Vat., Registra Supplicationum 4876 f. 8).

[5]) Absolv. a vinc. Ilcinen., cum ret. compat., c. decr. . . . . prof. fidei infra 3 menses a die huius promotionis, necnon erig. theol. (AC 19 f. 277); ep. Ilcinen. 11 Dec. 1652, creatus card. in pectore 9 Apr. 1657 sed non publicatus nisi 10 Nov. 1659 (cf. S. R. E. VII, 9), tr. ad Praenestin. 3 Mart. 1687, ob. m. Febr. 1691.

Auxitan(a) **(Auch)** in Gallia, metrop.[1])

ob. card. d'Este	**Leonardus** de Trapes, O. M. Cap [2])	3 Nov. 1599	AC 13 f. 131'
. . . .	**Dominicus** de Vic, fit archiep. Corinthien. et coadi. c. f. s.[3])	27 Ian. 1625	AC 16 f. 52
ob. Dominici	**Henricus** de la Motte Houdancourt, olim ep. Redonen.[4])	24 Mart. 1664	AC 21 f. 51

Avellinen(sis) **(Avellino)** et **Frequentin(a)** **(Frigento)** in Italia inferiori, insimul unitae.[1])

tr. Fulvii Passerini ad Pistorien.	**Thomas** Vannini[2])	21 Maii 1599	AC 13 f. 117
ob. Thomae	**Mutius** Cinquini[3])	10 Iun. 1609	AC 14 f. 125'
libera cess. Mutii	**Bartholomaeus** Iustinianus (Giustiniani)[4])	9 Febr. 1626	AC 16 f. 105
ob. Bartholomaei	**Laurentius** Pollicini[5])	10 Nov. 1653	AC 19 f. 238
ob. Laurentii	**Thomas** Brancatius (Brancacci[o])[6])	16 Oct. 1656	AC 19 f. 284

Avenionen(sis) seu **Avinionen(sis)** **(Avignon)** in Gallia, metrop.[1])

ob. Dominici Grimaldi	**Franciscus Maria** Taurusius (Tarugi), Congr. Orat.[2])	9 Dec. 1592	AC 13 f. 19
. . . .	**Ioannes Franciscus** Bordini, ep. Cavallicen.[3])	11 Mart. 1598	AC 13 f. 86'
ob. Ioan. Franc.	**Stephanus** Dulcius (Dolci), O. P.[4])	6 Apr. 1609	AC 14 f. 122'
ob. Stephani	**Marius** Philonardus (Filonardi)[5])	16 Sept. 1624	AV 17 f. 35'
. . . .	**Bernardus** Pinelli, Theatin.[6])	19 Dec. 1644	S. Br.

Auxitan.

[1]) A. 1625: Civitas Auxitan. in Gallia in provincia Vasconiae habet eccl. cathedr. metrop. sub invocatione B. Mariae nondum tamen completae fabricae, in qua sunt 2 dign. et 24 can., taxa 10000 flor. pens. antiquae 10000 scut. (AM 97 f. 28).

[2]) Nomin r. xmo, ei conc. pallium 23 Nov. 1599 (AC 13 ff. 131'), 132'), ob. 29 Nov. 1629. A scriptoribus dicitur fuisse O. M. Cap. sed acta supradicta de hoc silent.

[3]) Fit archiep. Corinthien. et deput. coadi. c. f. s. archiepi Auxitan. (cf. Corinthien.), succedit post ob. Leonardi, ei conc. pallium per procuratorem 18 Febr. 1630 (AC 16 f. 328), ob. m. Iun. 1662.

[4]) Nomin. r. xmo, cum ret. compat., et diversorum mon.orum in actis consistorialibus designatorum, reserv. pens. ann. 6000 libr. Turonen. pro Thimoleone de Choysy cler. Parisien., c. decr. . . . . repar. cathedr. et domus epalis, ac erig. mont. piet. (AC 21 f. 51), ei conc. pallium 31 Mart. 1664 (AC 21 f. 54); ep. Redonen. 20 Aug. 1647, deinde resignavit eidem ecclesiae ante 16 Febr. 1660, ob. a. 1684.

Avellinen. et Frequentin.

[1]) A. 1626: Civitates Avellin. et Frequentin. in provincia Principatus regni Neapolis habent eccl. cathedrales suffraganeas archiepi Beneventan., quarum prior est sub invocatione B. Mariae Virg. cum 3 dign. et 8 can., posterior pariter sub invocatione B. M. V. cum 3 dign. et 8 can., valor ann. fr. mensarum epalium insimul 2700 duc. illarum partium, pens. antiquae 905 scut. Roman. (AM 97 f. 134), a. 1609 taxa 50 flor. (AC 14 f. 125').

[2]) Promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 117), ob. 1609.

[3]) Reserv. pens. ann. 1000 scut. pro pers. nominandis, salvis pens. antiquis (AC 14 f. 125'), resignavit, ob. Romae 10 Apr. 1627 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 82).

[4]) Cum ret. compat., et reserv. unius pens. novae scut. 450 super fructibus Avellin., et nonnullarum aliarum pens. ad summam scut. 550 pro cedente (AC 16 f. 105); Ianuen. ex nob. genere, pbr., iur. utr. doct., aet. 40 an. (AM 97 f. 1'4), nat. in insula Chien., familia eius erat dominus Latinus insulae Chien. (P. Dat. a. 1626 ff. 84—85).

[5]) Cum ret. compat., reserv. pensionum 2000 scut., salvis antiquis, pro nominandis, c. decr. . . . . instr. supellect., et repar. dom. epalis Frequentin., necnon utrobique erig. poenit., et in civit. Frequentin. mont. piet. (AC 19 f. 238); nat. Bononiae 9 Aug. 1603, 12 Ian. 1623 fit doct. iur. utr. in facultate Bononien. (ex litt. testim. in P. Cons. 51 ff. 454'—56).

[6]) Cum. ret. compat., reserv. pens. scut. 300 pro pers. nominandis, salvis antiquis, c. decr. . . . . erig. theol. et poenit. in eccl. Frequentin., ac poenit. in Avellin. (AC 19 f. 284); nat. in dioec. Ugentin., aet. 35—36 an., iur. utr. doct. (P. Cons. 54 ff. 200 201'), tr. ad Neritonen. 19 Aug. 1669. In praedicto processu a coaevis in lingua Italica „Brancacci" nuncupatur.

Avenionen.

[1]) A. 1644: Eccl. cathedr. est metrop. sub invocatione B. Mariae Virg., in ea sunt 5 dign., circ. 16 can., 4 hebdomadarii, et 15 beneficiati, valor ann. fr. mens. epalis 6500 scut. Avenionen., pens. antiquae 1600 scut. (P. Cons. 44 ff. 212'—213), taxa 1850 flor. (Index Processuum Datariae I).

[2]) Reserv. pens. ann. 1000 scut. pro pers. in cedula nominandis ad beneplacitum S.mi D. N., c. disp. . . . . gradus, et cum cond. iur. Sacri Collegii et officialium, ei conc. pallium 29 Ian. 1593 (AC 13 ff. 19, 20'); card. 5 Iun. 1596 (cf. S. R. E. card. I, 7), tr. ad Senen. 15 Sept. 1597. Certe est Congr. Orat. sed de hoc nihil in actis.

[3]) Reserv. pens. 1000 scut. pro card.le Taurusio, et 300 scut. pro pers. nominandis, conc. ei pallium 1 Iun. 1598 (AC 13 ff. 86', 94'), ep. Cavallicen. 27 Febr. 1592.

[4]) Reserv. pens. 1000 scut. monetae Romanae pro pers. nominandis, salvis pens. antiquis, cum cond. iur., conc. ei pallium 11 Maii 1609 (AC 14 ff. 122' 124), ob. a. 1624.

[5]) Utr. sign. ref., assessor Congr. Inquisitionis, can. basilicae S. Petri de Urbe, reserv. pens. 1000 scut. Roman. pro pers. nominandis, salvis antiquis, cum ret. compat., et indulti facultatis transferendi pensiones usque ad summam 500 scut., alias, ut dicitur, ipsi Mario concessi, cum decreto quod can.tus et altaristatus eo ipso vacent, ac cum cond. iur. (AV 17 f. 35'); deput. nunt. in Polonia 15 Mart. 1635 (S. Br. 821 f. 460) et ibi remansit usque ad 2 Oct. 1643 (Barberini Lat. 6595), ob. Romae 19 Aug. 1644 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 98).

[6]) In actis consist. non invenitur haec promotio sed die 19 Dec. 1644 S. S. per bullam concessit Federico card.li Caesio pens. 500 scut. super fructibus eccl. Avenionen. (S. Br. 1124 ff. 327—330), et expresse dicitur: „Nos hodie eccl. Avenionensem . . . . de persona dilecti filii Bernardi electi Avenionen. . . . . providerimus." Idem asseritur in alia concessione pensionis similis summae pro Caesare card.le Fachinetto (bulla sub eodem die, l. c. ff. 331—334), et 16 Ian. 1645 conc. pallium moderno archiepo Avenionen. (AC 19 f. 26'). Ex processu consist. m. Novembri 1644 formato habetur: „natus Ianuae, aet. circ. 50 an., pbr. Congr. Cleric. Regularium,

ob. Bernardi	**Caesar** Argeli[7])	6 Maii 1647	AC 19 f. 92'
ob. Caesaris	**Dominicus** de Marinis (Marini), O. P.[8])	1 Mart. 1649	AC 19 f. 143'

Aversan(a) (Aversa) in Italia inferiori.[1])

ob. Petri Ursini	**Bernardinus** Morra (al. Murra)[2])	9 Oct. 1598	AC 13 f. 106
ob. Bernardini	**Philippus** Spinelli, ep. Policastren., S. R. E. card.[3])	6 Iun. 1605	AC 14 f. 6
ob. Philippi	**Carolus** Carafa[4])	19 Iul. 1616	AC 15 f. 54'
ob. Caroli	**Carolus** Carafa, nepos[5])	13 Iul. 1644	AC 18 f. 211
cess. Caroli	**Paulus** Carafa, Theatin.[6])	6 Iul. 1665	AC 21 f. 99'

Azoten(sis) (Azotus, Esdud) in Palaestina, tit.[1])

ob. Petri Binkfeld	**Georgius** Helfenstein, fit suffr. Treviren.[2])	29 Oct. 1599	AC 13 f. 130
ob. Georgii	**Otho** Senheim (al. Sentherein), O. P., fit suffr. Treviren.[3])	8 Aug. 1633	AC 17 f. 47
ob. Othonis	**Ioannes** Holler, fit suffr. Treviren.[4])	27 Aug. 1663	AC 21 f. 27

Babylonen(sis) seu **Bagdaten(sis) (Babylonia, Bagdad)** in regno Persarum seu in Mesopotamia.[1])

certo modo	**Timotheus** Perez, O. Carm. Disc.[2])	6 Sept. 1632	AC 17 f. 19'
. . . .	(**Dimas** a S. Cruce Tonelli, O. Carm. Disc., recusavit.[3])	4 Mart. 1634	S. Br.

theol. doct. (P. Cons. 44 ff. 209'—10). In eodem processu expresse dicitur eccl. vacare per ob. Marii Philonardii (l. c. f. 207).

[7]) C. disp. . . . . sacr. ord., c. decr. . . . . erig. sem., pallium 27 Maii 1647 (AC 19 ff. 92', 96'); nat. Bononiae, aet. ultra 65 annos, iur. utr. doct. Bononien., aud. gen. legationis Avenionen deinde aud. Camerae, utr. sign. ref. (P. Cons. 46 ff. 12, 15), cons. Romae 12 Maii 1647 ab em. et rev.mo Federico card.li Sfortia (Misc. Arm. XIII 33 f. 217), ob. 30 Iul. 1648. In iuramento fidei manu propria subscripsit „Caesar Argelus de Paltronibus", et in lingua vernacula Argeli nuncupatur.

[8]) O. P. vic. gen., promovetur c. decr. . . . . erig. sem. (AC 19 f. 143'), pallium ei conc. 22 Mart. 1649 (AC 19 f. 145'), ob. a. 1669.

Aversan.

[1]) A. 1644: Civitas Aversan. in provincia Terrae Laboris regni Neapolis habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Pauli S. Sedi immed. subi., in qua sunt 4 dign., 30 can., comprehensis dignitatibus, et 12 beneficiati, valor ann. fr. mens. epalis 6500 duc. Neapolitan., pens.nes 1825 duc. ad favorem card. Honuphrii, et card. Sacchetti (P. Cons. 44 ff. 232—232), taxa 450 flor. (Index Processuum Datariae I).

[2]) Salvis pens. antiquis, et cum ret. compat. (AC 13 f. 106). In actis „Bernardinus Morra" nuncupatur, a nonnullis modernis vero „Murra".

[3]) Absolv. a vinc. Policastren., salvis pens. antiquis et praesertim pens. scut. 1000 auri a Leone XI ad favorem Petri Iacobi Cima reservata (AC 14 f. 6), fit card. 9 Iun. 1604 (cf. S. R. E. card. I, 39).

[4]) Neapolitan., utr. sign. ref., promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., cum ret. compat., reserv. pens. ann. 1000 scut. Roman. pro pers. nominandis (AC 15 f. 54'); nunt. apud imperatorem 17 Apr. 1621 (Arm. 45, 23 f. 171) usque 9 Sept. 1628, ob. m. Apr. 1644 (P. Cons. 44 f. 231).

[5]) C. disp. . . . . sacr. ord., c. decr. . . . . erig. mont. piet., cum ret. compat., et salvis pens. antiquis et aliis pens. nuper servatis (AC 18 f. 211); nat. Romae e familia Neapolitan., aet. 33 an., nepos Caroli epi Aversan. nuper defuncti, iur. utr. doct., utr. sign. ref., nunc vice-legatus Bononiae, m. Iun. 1644 adhuc tantum in prima tonsura clericali const. (P. Cons. 44 ff. 226'—227, 231), deput. nunt. ord. ad Helvetios catholicos 18 Ian. 1653 (S. Br. 1092 f. 627), nunt. apud Venetos 31 Oct. 1654 (S. Br. 1114 f. 767), nunt. apud imperatorem 13 Aug. 1658 (S. Br. 1189 f. 801), card. 14 Ian. 1664 (cf. S. R. E. card. VII, 22). In iuramento fidei manu propria subscripsit „Carafa" (P. Cons. 44 f. 229), sed nomen istius familiae in actis saepe vocatur „Caraffa" imo et „Carrafa".

[6]) Cum reserv. ipsi card.li cedenti iuris conferendi iuxta indultum, et iuxta breve propediem expediendum, et omnium fructuum, demptis scutis 1200 pro Paulo proviso, c. decr. . . . . erig. mont. piet. (AC 21 f. 99'), ob. a. 1686.

Azoten.

[1]) Azotus al. Aziotus in Ia Palaestina intra civitates Iaffa et Ascalon est hodierna civitas Esdud.

[2]) Deput. suffr. archiepi Treviren. ad pontif., cum ret. decanatus et can.tus coll. eccl. S. Simonis Treviren., necnon praebendae et scholastriae in eccl. SS. Martini et Severi oppidi Monasterii dioec. Treviren., et cum assign. pens. ann. duc. 300 super fructibus mensae epalis Treviren. (AC 13 f. 130); nat. in pago Emmell dioec. Treviren., aet. circ. 40 an., pbr., doct. theol. Bononiae 4 Maii 1590 (P. Cons. 11 ff. 225, 226, 228), ob. m. Oct. 1632.

[3]) Deput. suffr. etc. ut supra in n. 2, cum assign. pens. ann. 300 duc. auri de Camera (AC 17 f. 47). In ipsa promotione simpliciter „Otho" vocatur, in bulla provisionis „Otho Senheim" nuncupatur (S. Br. 968 f. 469), in subsequente promotione dicitur vacare per ob. „Othonis Senheim", a nonnullis modernis „Sentherein" nominatur.

[4]) Deput. suffr. etc. ut supra in n. 2, cum ret. compat., et decanatus in coll. eccl. S. Simonis Treviren., cum assign. 400 duc. auri de Camera, c. decr. . . . . prof. fidei (AC 21 f. 27).

Babylonen. seu Bagdaten.

[1]) Ipsa eccl. Babylonen. seu Bagdaten. 6 Sept. 1632 data fuit ut tit. pro Timotheo Perez, coadiutore eccl. Ispahanen. Tamen ex decr. Sacrae Congr. Prop. die 8 Nov. 1632 dato dioec. Babylonen. quattuor provincias (Vilajet) Mesopotamiae complectebatur: Bagdad, Bassora, Mosul, Emid (Diarbekir) (Arch. Propag., Acta a. 1632). Deinde per breve Urbani VIII *Super universae* die 4 Iunii 1638 [expresse dicitur: Datum die 4 Iunii 1638 a. 15°] ecclesia haec oblatione 6000 duplarum Hispaniae a pia benefactrice Maria Ricouard Meldensi facta dotatur, et, eadem benefactrice volente, eccl. haec semper pro persona in Gallia nata reservatur (S. Br. 861 ff. 33—45). Tamen a. 1661 habentur sequentia: „Et quia civitas Babilonen. occupata fuit a Turcis [scil. Dec. 1638] translata fuit sedes et habitatio ad Aspahanen. metropolim seu civitatem; eccl. Babylonen. est S. Sedi immed. subi. (P. Cons. 59 ff. 678—79).

[2]) Fit. ep. Babylonen. et deput. coadi. c. f. s. epi Aspahanen. c. disp. . . . . gradus (AC 17 f. 19'); Panormitan. (bulla provisionis in S. Br. 966 f. 705), succedit epo Aspahanen. a. 1633, et 23 Dec. 1639 tr. ab Aspahanen. ad Lystren. (breve in S. Br. 880 f. 33), videtur non adiisse ad eccl. suam. Acta consist. eum ex O. Carm. Calceatorum referunt, sed alii eum ex O. Carm. Disc. fuisse dicunt. Cf. Aspahanen. n. 3.

[3]) Die 4 Mart. 1634 duplex fit expeditio, altera in qua conc. facultas archiepo Naxivanen. consecrandi Dimam de S. Cruce, O. Carm. Disc., in Aspahan degentem in epum Babylonen. seu Bagdaten. nuper electum, altera vero, si prima practicari non poterit,

tr. seu succ. Tim. ad Aspahanen.	**Bernardus** a S. Theresia Duval, O. Carm. Disc.[4])	18 Aug. 1638	S. Br.
Bern. senescit	**Placidus** du Chemin, O. S. B., fit ep. Neocaesarien. et coadi. c. f. s.[5])	30 Maii 1661	AC 20 f. 154

Baccovien(sis) seu **Bachovien(sis)** (Bacau, Bachou) in partibus Moldaviae et Walachiae.[1])

certo modo	**Hieronymus** Arsenghus (Arsengo), O. M. Conv.[2])	17 Febr. 1607	AC 14 f. 74
ob. Hieronymi	**Valerianus** Lubienieski (Lubieniecki al. Lubinski), O. M. Obs.[3])	18 Apr. 1611	AV 15 f. 77'
ob. Valeriani	**Adam** Goski (al. Gorski), O. M. Conv.[4])	26 Nov. 1618	AC 15 f. 112'
ob. Adami	**Gabriel** Fredro, O. M. Obs.[5])	19 Iul. 1627	AC 16 f. 197'
ob. Gabrielis	**Ioannes Baptista** Zamoyski, O. P.[6])	18 Iul. 1633	AC 17 f. 44
tr. Ioan. Bapt. ad Praemislien.	**Marianus** Kurski, O. M. Obs.[7])	7 Maii 1651	AC 19 f. 191
tr. Mariani ad Aenen.	**Athanasius** Rudzicki, O. M. Obs.[8])	31 Iul. 1662	AC 20 f. 188'

Baiocen(sis) (**Bayeux**) in Gallia.[1])

ob. Maturini de Savonnières	**Renatus** de Daillon du Lude[2])	11 Febr. 1598	AC 13 f. 85
ob.	**Arnaldus** d'Ossat, S. R. E. card.[3])	26 Iun. 1600	AC 13 f. 142

in qua Timotheo epo Aspahanen. conc. facultas consecrandi dictum Dimam in ep. Babylonen. (duplex breve in S. Br. 808 ff. 11—12). Dictum breve eum *nuper* electum epum Babylonen. vocant, et ideo videtur eum paulo antea electum fuisse. Decretum Sacrae Congr. Prop. die 30 Ian. 1634 datum habetur in S. Br. 808 f. 13. Tamen Dimas (qui Tonelli cognominabatur) munus epale omnino recusavit; cf. *Eusebius ab Omnibus Sanctis*, Enchiridion Chronologicum O. Carm. Disc. Italiae (Romae 1737), 186—191.

[4]) Prov. haec fit per breve apost. 18 Aug. 1638 ad nomin. dotatricis, cui S. S. facultatem nominandi pro hac vice concessit (S. Br. 862 f. 52); per breve 25 Sept. 1638 deput. vic. apost. eccl. Aspahanen., durante absentia vel succedente obitu epi Aspahanen. (S. Br. 864 f. 51), et per breve 13 Febr. 1640 fit admin. eccl. Clesiphontis cum ret. eccl. Bagdaten. (S. Br. 881 f. 16), rediit in Galliam a. 1642 (*Eusebius*, l. c., 195), ob. Parisiis 10 Apr. 1669. Die 18 Iun. 1652 P. Iosephus a Rosario, missionarius apost. in Persia et prior conventus Augustinorum in civitate Aspahanen., fit vic. apost. eccl. Babylonen. ad quinquennium ob carentiam pastoris (breve in S. Br. 1085 f. 1).

[5]) Fit ep. Neocaesarien. et deput. coadi. c. f. s. Bernardo epo Babylonen. senio, et mala valetudine affecto etc. (cf. Neocaesarien.); nat. in dioec. Rothomagen., O. S. B. Congr. S. Mauri, theol. mag. in univ. Tolosan. (P. Cons. 59 ff. 675'—76), fit vic. apost. eccl. Aspahanen. 16 Dec. 1670 (breve in S. Br. 1473 f. 42), nunquam adiit in eccl. suam, ac proinde die 31 Iul. 1675 Franciscus Picquet fit ep. Caesaropolitan. et vic. apost. eccl. Babylonen. (breve in S. Br. 1561 f. 44), ob. paulo ante 26 Ian. 1683 (Arch. Prop., Acta a. 1683 f. 1).

Baccovien.

[1]) A. 1607: Eccl. cathedr. erat in civitate Argis [Argisch] sed, quia pluries occupata a Turcis, fuit dicta eccl. a fundamentis destructa, et translata ad civitatem Bachien. in qua nunc nullus can. vel dign. praeterquam ep. habetur, qui pro fidelibus ritus Latini omnia facit, valor ann. mensae epalis 700—800 scut. Italiae (P. Cons. 11 A. f. 664'). A. 1611: Civitas Bacchovien. est in Moldavia ad flumen Bisztriza, eccl. cathedr. est sub invocatione Visitationis B. M. V., suffr. Colocen. [a. 1649 suffr. Leopolien. P. Cons. 48 f. 382]. Dioec. est vastissima [Walachia et Moldavia] habens 3 paroecias et 2 monasteria, scil. O. S. Francisci et O. Praed., in Walachia, et 35 paroecias in Moldavia, sed novem tantum sunt presbyteri, et epus cum paucis fratribus ex O. M. Obs. (AM 97 f. 252). Die 5 Iul. 1627 decretum fuit ut eccl. Bacchovien. in Moldavia seu Walachia in libris taxarum describeretur, eiusque taxa constituitur 33 flor. (AC 16 f. 193'). Ex praedictis apparet, ecclesiam Argen. fuisse translatam ad civitatem Bacchovien., quae esset hodierna civitas Bacau [Bachov]. Quae translatio facta est paulo ante promotionem Hieronymi Arsengo. Post mortem eiusdem Hieronymi, eccl. Baccovien. remanet potius tit. et epi Bacchovien. postea, a rege Poloniae praesentati, in regione Poloniae residebant.

[2]) Supplic. a principe Moldaviae, promovetur ad eccl. Bachien., c. disp. . . . . gradus, et cum cond. iur. (AC 14 f. 74); nat. in civitate Chien. sed post occupationem illius insulae a Turcis venit in Moldaviam, aet. circ. 55 an., pbr. O. M. Conv. S. Francisci, per multos annos vic. gen. eporum Bachien. (P. Cons. 11 A. ff. 663'—664). Eccl. vacat per mortem Bernardini Quirini († Sept.—Oct. 1604), qui fuit ep. eccl. Argen., quae nunc Baccovien. nuncupatur. In hac provisione eccl. vocatur Bachien.

[3]) C. decr. . . . . prof. fidei, cum cond. iur. (AV 15 f. 77); aet. 50 an., O. M. Obs. a 20 annis professus (AM 97 f. 252), ob. circa finem a. 1617 (Instr. Burgh. II 427 f. 213). In praedictis actis consist. (AV 15 f. 77) et in bulla prov. (S. Br. 615 f. 116) „Lubieniecski" vocatur, et postea P. Cons. 15 f. 481 dicit eccl. vacare per ob. Lubieniecki; nonnulli moderni eum „Lubinski" vocant.

[4]) Supplic. r. Polon., promovetur cum cond. iur. ob paupertatem promoti (AC 15 f. 112'); nat. in oppido Schiernech dioec. Gnesnen., theol. doct., pbr. O. M. Conv., guardianus conventus O. M. Conv. Leopolien. (P. Cons. 15 f. 485). In actis vocatur „Goski", in praedicto processu tum „Goski" tum „Gorski".

[5]) Supplic. r. Polon., promovetur cum cond. iur. (AC 16 f. 197'); nat. in dioec. Praemislien., aet. 33—34 an., pbr. O. M. Obs. in Polonia (P. Dat. a. 1627 f. 497), ob. ante 29 Apr. 1632 (Bibl. Vat., Barb. Lat. 2135 f. 2').

[6]) Supplic. r. Polon. (AC 17 f. 44), tr. ad Praemislien. 6 Dec. 1649. Die 28 Sept. 1640 Petrus ep. Calliopolitan. deput. in vic. apostolicum Walachiae et Moldaviae durante absentia epi Baccovien. a sua residentia (breve in S. Br. 889 f. 5).

[7]) Supplic. r. Polon., promovetur c. decr. . . . . instr. supellect., ac erig. cathedr. necnon et erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 191); nat. in dioec. Posnanien., aet. circ. 38 an. (P. Cons. 48 f. 385'), tr. ad Aenen. cum suffraganeatu archiepo Posnanien. 21 Febr. 1661.

[8]) O. Fratrum Minorum S. Francisci, cum onere, quod idem Athanasius ad eccl. Baccovien. accedere, et apud illam residere omnino teneatur iuxta decr. S.tis S. die 26 Iulii praesentis a. factum, et c. decr. . . . . erig. ut supra in n. 7 (AC 20 f. 188').

Baiocen.

[1]) A. 1606: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. Mariae et suffr. archiepi Rothomagen., in ea sunt 12 dign., 50 can. praebendati, 12 capell., taxa 4400 flor. (AM 97 f. 249).

[2]) Nomin. r. xmo, cum ret. compat. et c. decr. . . . . prof. fidei (AC 13 f. 85); iam a. 1590 a rege xmo nominatus, ob. a. 1600.

[3]) Nomin. r. xmo (AC 13 f. 142); fit card. 3 Mart. 1599 (cf. S. R. E. card. I, 26), ob. Romae 13 Mart. 1604.

ob. card. d'Ossat	**Iacobus** d'Angennes[4])	5 Maii 1606	AC 14 f. 37
ob. Iacobi	**Eduardus** Molé[5])	23 Nov. 1648	AC 19 f. 133'
ob. Eduardi	**Franciscus** Servien[6])	9 Nov. 1654	AC 19 f. 257
ob. Francisci	**Franciscus** de Nesmond[7])	8 Aug. 1661	AC 20 f. 160'

Baionen(sis) (**Bayonne**) in Gallia.[1])

ob. Iacobi Maury	**Bertrandus** d'Échaux (al. des Chaux)[2])	17 Mart. 1599	AC 13 f. 114'
libera cess. Bertrandi	**Claudius** du Rueil[3])	15 Nov. 1621	AV 16 f. 24'
tr. Claudii ad Andegaven.	**Raymundus** de Montaigne[4])	4 Mart. 1630	AC 16 f. 329
ob. Raymundi	**Franciscus** Fouquet[5])	28 Febr. 1639	AC 17 f. 178'
libera cess. Francisci	**Ioannes** Dolce, ep. Bolonien.[6])	31 Aug. 1643	AC 18 f. 170'

Balneoregien(sis) (**Bagnoregio**, olim **Bagnorea**) in Italia.[1])

ob. Franc. Gerini	**Carolus** Trotta (al. Trotti)[2])	9 Oct. 1598	AC 13 f. 106
ob. Caroli	**Lelius** Ruini[3])	22 Oct. 1612	AC 14 f. 224
ob. Lelii	**Carolus** Bovius (Bovi)[4])	10 Ian. 1622	AC 15 f. 188
tr. Caroli ad Sarsinaten	**Petrus Paulus** Phoebeus (Febei)[5])	9 Iul. 1635	AC 17 f. 96'
ob. Petri Pauli	**Carolus** Azzolini[6])	9 Dec. 1649	AC 19 f. 162
libera dim. Caroli	**Vincentius** Candiotti[7])	18 Aug. 1653	AC 19 f. 234'

---

[4]) Nomin. r. xmo, cum disp. super defectu aetatis concordati, duobus deficientibus annis, c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 14 f. 37); acolythus Carnoten. dioec. (AM 97 f. 249), ob. 15 Maii 1647 (P. Cons. 48 ff. 222, 223, 224).

[5]) Nomin. r. xmo, cum ret. compat., necnon prioratus conv. B. Mariae de Sermais, O. S. B., dioec. Cathalaunen., c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis, ac erig. sem. et mont. piet. (AC 19 f. 133'); nat. Parisiis, aet. 36 an. [a. 1647], iur. utr. doct. Parisien. (P. Cons. 48 f. 215), ob. m. Apr. 1652.

[6]) Promovetur cum ret. compat., et mon. S. Iovini de Marnis, O. S. B., Pictaven. dioec. quod in commendam obtinet, reserv. pens. 8000 libr. Turonen., salvis antiquis, pro Matthaeo Molé cler. Parisien., c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 19 f. 257); nat. in dioec. Gratianapolitan., aet. 53 an., pbr., doct. iur. utr. (P. Cons. 51 f. 519), 23 Maii 1654 nomin. r. xmo (l. c. f. 512), ob. m. Febr. 1659.

[7]) Cum ret. compat., et mon. S. Petri de Cagiaco, O. S. B., dioec. Suessionen., necnon alterius prioratus, reserv. pens. 15000 libr. Turonen. pro pers. nominandis, c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 20 f. 160'); nat. Parisiis in paroecia S. Iacobi, aet. 32 an., theol. doct. Sorbonicus, nomin. r. xmo 22 Febr. 1661 (P. Cons. 59 ff. 331–333, 339), ob. a. 1715.

Baionen.

[1]) A. 1621: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. Mariae et suffr. archiepi Auxitan., in ea sunt 12 can., valor ann. fr. mens. epalis 3000 scut. auri, taxa 100 flor. (AM 97 f. 267).

[2]) Nomin. r. xmo, promovetur cum cond. iur. (AC 13 f. 114'), 26 Iun. 1617 tr. ad eccl. Turonen.

[3]) Nomin. r. xmo, promovetur cum ret. mon. B. Mariae Diverubaux, O. S. Aug., dioec. Parisien. (AV 16 f. 24'); aet. 40 an., consiliarius, eleemos., ac praedicator regis xmi (AM 97 f. 267), tr. ad Andegaven. 20 Mart. 1628. M. Oct. 1626 „Henricus de Béthune" nomin. r. xmo ep. Baionen. sed non confirm. a S. Sede; 19 Nov. 1629 vero confirm. ut ep. Malleacen.

[4]) C. decr. . . . . 1000 libr. Turonen. repar. dom. epalis, cum ret. prioratus saecularis S. Martini Xantonen. dioec. ad vitam, ac prioratus eccl. collegiatae S. Vincentii du Chas dioec. Condomen. ad triennium (AC 16 f. 329); Burdegalae oriundus, aet. 50 an., iur. utr. doct., nomin. r. xmo 30 Nov. 1629 (P. Cons. 27 ff. 785'–786, 808).

[5]) Nomin. r. xmo, cum ret. compat., c. decr. . . . . 1000 libr. Turonen. repar. cathedr. ac dom. epalis, necnon erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 17 f. 178'); nat. in dioec. Parisien., aet. 29–30 an., pbr. (P. Cons. 36 f. 157); fit ep. Agathen. 16 Nov. 1643.

[6]) Absolv. a vinc. Bolonien., c. decr. . . . . prof. fidei, et erig. ut supra, cum ret. mon. de Buxeria, O. Cist., Andegaven. dioec., quod in commendam obtinet (AC 18 f. 171); nomin. r. xmo 24 Iun. 1643 (P. Cons. 42 f. 157), ob. a. 1681.

Balneoregien.

[1]) A. 1621: Civitas Balneoregien. in ea parte Etruriae, quae sub dominio Sedis Apost. manet, habet eccl. cathed. sub invocatione S. Donati, et S. Sedi immed. subi., in ea sunt 1 dign. et 7 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 900 scut., taxa 100 flor. (AM 97 f. 186).

[2]) Nob. Ferrarien., promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 106). Acta consistorialia falso eum „Motta" vocant (AC 13 f. 106), nam in cedula consistoriali, et in bulla provisionis „Trotta" nuncupatur (S. Br. 383 f. 34 et vol. 374 f. 328), sed in promotione successoris dicitur eccl. vacare per ob. „Caroli Trotti".

[3]) Deput. nunt. apost. ad regem Poloniae 13 Sept. 1612 (S. Br. 483 f. 350), utr. sign. ref., pbr. Bononien. (AC 14 f. 224), 18 Ian. 1613 accipit ind. suscipiendi munus consecrationis in regno Poloniae (S. Br. 487 f. 220), ob. 31 Dec. 1621.

[4]) Ex insigni familia Bononien., aet. 45 an., iur. utr. doct., can. eccl. metrop. Bononien. (AM 97 f. 186); diac. tantum m. Ian. 1622 (P. Dat. a. 1622 f. 64), tr. ad Sarsinaten. 8 Ian. 1635. In AC 15 f. 188 falso nuncupatur „Bericius".

[5]) Ob. Romae 4 Aug. 1649 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 98).

[6]) Cum ret. compat., et duorum mon.orum quae in commendam obtinet, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 162), resignavit, deinde ob. 18 Apr. 1671.

[7]) C. disp. . . . . sacr. ord., c. decr. . . . . instr. supellect., et erig. ut supra (AC 19 f. 234'); nat. in S. Angelo in Vado, aet. 48 an. (P. Cons. 51 f. 481), 15 Maii 1626 fit doct. utr. iur. (litt. testim. l. c. ff. 482–86), ob. a. 1680.

Bambergen(sis) (Bamberg) in Germania.[1])

ob. Ernesti de Mengersdorf	**Neytardus** de Thüngen[2])	21 Iun. 1593	AC 13 f. 25'
ob. Neytardi	**Ioannes Philippus** de Gebsattel[3])	19 Iul. 1599	AC 13 f. 119
ob. Ioan. Phil.	**Ioannes Godefridus** de Aschhausen[4])	4 Nov. 1609	AC 14 f. 134'
ob. Ioan. Godefridi	**Ioannes Georgius** Fuchs a Dornheim[5])	17 Febr. 1624	AC 15 f. 229
ob. Ioan. Georgii	**Franciscus** de Hatzfeld, ep. Herbipolen.[6])	31 Oct. 1633	S. Br.
ob. Francisci	**Melchior Otto** Voit de Salzburg[7])	7 Maii 1643	AC 18 f. 154'
ob. Melchioris	**Philippus Valentinus** Voit de Rieneck[8])	14 Ian. 1658	AC 20 f. 31

Barbastren(sis) (Barbastro) in Hispania.[1])

ob. Michaelis Cercito	**Carolus** Muñoz (Mugnos) Serrano[2])	18 Mart. 1596	AC 13 f. 61'
ob. Caroli	**Ioannes Mauritius** de Salazar[3])	20 Oct. 1604	AC 13 f. 200
tr. Ioan. ad Oscen.	**Hieronymus** de Lanuza, O. P.[4])	19 Sept. 1616	AC 15 f. 60
tr. Hier. ad Albarrazinen.	**Petrus** de Apaolaza, O. S. B.[5])	24 Aug. 1622	AC 15 f. 197
tr. Petri ad Albarrazinen.	**Alphonsus** de Requesens, O. M. Obs., ep. Rosanen.[6])	6 Oct. 1625	AC 16 f. 82
ob. Alphonsi	**Bernardus** de la Cabra[7])	3 Oct. 1639	AC 17 f. 192

Bambergen.

[1]) A. 1609: Civitas Bambergen. in Franconia subest tam in spiritualibus quam in temporalibus epo Bambergen., qui etiam princeps est Sancti Romani Imperii, et sacri pallii usum habet. Eccl. cathedr. SS. Petro, Georgio, Henrico, et Kunigundae dicata, et S. Sedi immed. subiecta, habet 2 dign., 40 can., et multos beneficiatos; valor ann. fr. mens. epalis certe sciri non potest sed redditus ad aliquot centena millia aureorum aeris alieni praemuntur, taxa 3000 flor. (AM 97 f. 202). In congregationibus generalibus cardinalium diebus 6 Martii et 16 Oct. a. 1656 habitis, taxa reducitur ad medietatem (AC 19 ff. 278', 284).

[2]) Confirm. electio a capitulo et canonicis eccl Bambergen. facta, cum ret. praepos. et can.tus Herbipolen., cum decreto, quod possit nunc expedire litteras provisionis ecclesiae ad partem, ita tamen quod infra 6 menses teneatur etiam expedire litteras retentionis praepos. et can.tus, alioquin gratia retentionis nulla sit, et cum aliqua cond. iur., conc. ei pallium 2 Aug. 1593 (AC 13 ff. 25', 26'); decan. eccl. Bambergen. (AM 51 f. 211), ob. 26 Dec. 1598.

[3]) Confirm. electio etc. ut supra, conc. ei pallium 18 Aug. 1599 (AC 13 ff. 119, 122'); disp. super defectu haeresium parentum 1 Iul. 1599 (S. Br. 285 f. 111), ob. 26 Iun. 1609.

[4]) Confirm. electio etc. ut supra cum ret. compat., can.tus et praebendae eccl. Herbipolen., et decanatus eccl. Comburgen. eiusdem dioec. ad triennium, cum gratia pro medietate fructuum (AC 14 f. 134'); a septennio sacerdos, aet. 33 an., theol. doct. (AM 97 f. 202), fit ep. Herbipolen. 12 Febr. 1618, et iam 10 Febr. 1618 concessum fuerat ei ind. retinendi eccl. Bambergen. simul cum eccl. Herbipolen. (S. Br. 557 f. 367), ob. 29 Dec. 1622, et sepultus in eccl. Bambergen. 20 Ian. 1623 (P. Cons. 19 f. 1).

[5]) Confirm. electio etc. ut supra, cum ret. can.tus et praebendae in eccl. Herbipolen. (AC 15 f. 229); el. a capitulo 13 Febr. 1623 (instr. electionis in P. Cons. 19 f. 1), decan. eccl. Bambergen., nat. in castro Wiesentheid dioec. Herbipolen., aet. 36 an., e matre nepos Iulii olim epi Herbipolen. (l. c. f. 9), 28 Febr. 1624 ei datur licentia se promoveri faciendi ad ordines extra tempora (S. Br. 687 f. 460), ob. 29 Mart. 1633.

[6]) Die 31 Oct. 1633 confirmatur electio seu postulatio capituli Bambergen. in ecclesiam Bambergen. per ob. Ioannis Georgii vacantem pro Francisco epo Herbipolen. cum disp. retinendi utramque ecclesiam (breve in S. Br. 805 f. 64); iam 3 Ian. 1632 in ecclesiam Herbipolen. confirmatus, fit admin. eccl. Bambergen. 7 Maii 1633 (S. Br. 798 f. 95), el. a capitulo Bambergen. 4 Aug. 1633, conc. ei pallium 25 Sept. 1634 (AC 17 f. 76'), cons. 30 Apr. 1637 (ex archivo Herbipolen.), ob. 30 Iul. 1642 (P. Cons. 42 f. 193).

[7]) Confirm. electio etc. ut supra c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet., necnon prof. fidei (AC 18 f. 154'); el. a capitulo Bambergen. 24 Aug. 1642, nat. in dioec. Herbipolen. in castello nuncupato Salzburg ex antiquissima et nobilissima familia Franconiae Equestri Ordinis Voitorum de Salzburg, aet. suae 41 a. agens [a. 1642], in ord. subdiac. const., can. et praepos. eccl. Augustan. (P. Cons. 42 ff. 182'—183, 193—196), ob. 4 Ian. 1653.

[8]) Electio a capitulo et canonicis Bambergen. de persona Philippi facta nulla et invalida declarata fuit, et cassata, promovetur cum ret. can.tus et praebendae in eccl. Herbipolen., cum disp., quod sit natus ex parentibus haereticis, necnon, quod non sit ante 6 menses in ord. sacris constitutus (AC 20 f. 31), ei conc. pallium ex ind. apost. 25 Febr. 1658 (AC 20 f. 37), ob. 3 Febr. 1672.

Barbastren.

[1]) A. 1622: Civitas Barbastren. in regno Aragonum habet eccl. cathedr. sub invocatione B. Mariae et archiepi Caesaraugustan. suffr., valor ann. fr. mens. epalis circ. 4000 scut., taxa 650 flor. (AM 97 f. 260).

[2]) Nomin. r. cath., promovetur c. decr. . . . . prof. fidei (AC 13 f. 61'); nat. e toro illegitimo, sed tamen dispensatus fuit auctoritate apost. super hoc defectu natalium, aet. 60 an., iur. utr. doct., can. eccl. Tirasonen. (P. Cons. 1 f. 256), ob. m. Mart. 1603.

[3]) Nomin. r. cath., reserv. unius pens. 150 duc. pro Martino de Leon et alterius 150 duc. pro Augusto Villanova, clericis Barbastren., salvis pens. antiquis, non exced. . . . . 3am fr. (AC 13 f. 200); nat. Vallisoleti, aet. 50 an., iur. utr. doct. Bononien., inquisitor apost. primarius in regno Aragoniae (P. Cons. 1 f. 519).

[4]) Nomin. r. cath. (AC 15 f. 60); nat. in oppido de Hixar dioec. Caesaraugustan., O. P. pbr., mag. theol., bis provincialis provinciae Aragoniae O. P. (P. Cons. 1 f. 632).

[5]) Nomin. r. cath., aet. 50 an., pbr. O. S. B., mag. theol., abb. mon. S. Victoriani, O. S. B., dioec. Barbastren. (AM 97 f. 260).

[6]) Praesent. a maiestate cath., absolv. a vinc. eccl. Rosanen. in Dalmatia (AC 16 f. 82); a 15 annis ep. Rosanen. in Dalmatia et Hungaria [scil. a 30 Aug. 1610], fuit cons. ep. a rev.mo card.le Francisco Dietrichstein in civitate Vindobonen., non potuit residere in dioec. quia sub Turcarum potestate erat, sed exercuit pontificalia in Germania in diversis partibus et 4 annis incirca venit in Hispaniam, quo tempore serenissimus infans card. archiep. Toletan. nominavit eum in epum suffr. dioec. Toletan. (P. Cons. 21 f. 263), nomin. r. cath. 11 Aug. 1625 (l. c. f. 252), ob. m. Apr. 1639.

[7]) Praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 1400 duc. pro pers. nominandis, salvis pens. antiquis, non exced. . . . . 3am fr., c. decr. . . . . vac. archidiaconatus eccl. Tarraconen., necnon c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet. (AC 17 f. 193); nat. Caesaraugustae, aet. 60 an., theol. doct., inquisitor apost. Hispalen. (P. Cons. 37 ff. 172—173).

tr. Bernardi ad Calaritan.	**Didacus** Chueca[8])	13 Iul. 1643	AC 18 f. 164
tr. Didaci ad Terulen.	**Michael** Escartin, O. Cist.[9])	27 Maii 1647	AC 19 f. 95
tr. Mich. ad Illerden.	**Didacus Antonius** Françés de Urritigoiti[10])	14 Febr. 1656	AC 19 f. 276'

Barchinonen(sis) (Barcelona) in Hispania.[1])

ob. Ioannis Dimas	**Alphonsus** Coloma[2])	27 Sept. 1599	AC 13 f. 129
tr. Alph. ad Carthaginen.	**Raphael** de Rovirola[3])	18 Febr. 1604	AC 13 f. 189'
ob. Raphaelis	**Ioannes** de Moncada[4])	22 Mart. 1610	AC 14 f. 148'
tr. Ioan. ad Tarraconen.	**Ludovicus** Sans y Codal, ep. Celsonen.[5])	20 Aug. 1612	AC 14 f. 220'
ob. Ludovici	**Ioannes** Sentis[6])	20 Iul. 1620	AM 97 f. 283
ob. Ioannis	**Garcia Aegidius** Manrique, ep. Gerunden.[7])	28 Nov. 1633	AC 17 f. 52
ob. Garciae Aegidii	**Raymundus** de Santmanat et Lanuza ep. Vicen.[8])	25 Oct. 1655	AC 19 f. 272'
ob. Raymundi	**Alphonsus** Sotomayor, O. Merc., archiep. Arboren.[9])	9 Iun. 1664	AC 21 f. 58'

Baren(sis) (Bari) in Italia inferiori, metrop.[1])

ob. Antonius de Puteo († Romae 15-VII-1592)	**Iulius Caesar** Riccardi[2])	30 Oct. 1592	AC 13 f. 16'
ob. Iulii Caesaris	**Bonvisus** Bonvisius (Bonvisi), S. R. E. card.[3])	18 Mart. 1602	AC 13 f. 164'
ob. card. Bonvisii	**Galeatius** Sanvitalis (Sanvitale)[4])	15 Mart. 1604	AC 13 f. 190'
cess. Galeatii	**Decius** Caracciolo[5])	3 Iul. 1606	AC 14 f. 41
ob. Decii	**Ascanius** Gesualdi[6])	1 Iul. 1613	AC 14 f. 247
ob. Ascanii	**Didacus** Sersale[7])	20 Dec. 1638	AC 17 f. 171
ob. Didaci	**Ioannes** Granafei, ep. Alexanen.[8])	11 Oct. 1666	AC 21 f. 128

[8]) Reserv. pens. 500 duc. etc. ut supra, praesent. r. cath., c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 18 f. 164); nat. in oppido de Calcena dioec. Tirasonen., aet. circ. 50 an., can. magistralis eccl. Caesaraugustan., nomin. r. cath. 23 Apr. 1642 (P. Cons. 42 ff. 201—204, 213).

[9]) Promovetur cum ret. compat., reserv. pens. 1000 duc. etc. ut supra, c. decr. . . . . vac. mon. S. Victoriani (AC 19 f. 95); nat. Caesaraugustae, aet. circ. 50 an., abb. mon. S. Victoriani O. S. Bernardi, theol. doct., nomin. r. cath. 3 Dec. 1646 (P. Cons. 46 ff. 127, 140—141).

[10]) Praesent. r. cath., reserv. pens. 9350 regalium etc. ut supra, c. decr. . . . . vac. archipresbyteratus de Daroca et omnia benef. quae obtinet (AC 19 f. 276'); nat. Caesaraugustae aet. circ. 50 an. (P. Cons. 51 f. 497), tr. ad Terulen. 30 Ian. 1673 (AC 22 f. 137').

Barchinonen.

[1]) A. 1610: Civitas Barchinonen. in principatu Cathalauniae habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Crucis et archiepi Tarraconen suffr., valor ann. fr. mens. epalis 8000 scut., taxa 1000 flor. (AM 97 f. 228).

[2]) Nomin. r. cath., promovetur cum ret. compat., reserv. pens. ann. 300 duc. monetae Hispaniae pro Ioanne de Erile cler. Barchinonen., salvis pens. antiquis, non exced. . . . . 3am fr. (AC 13 f. 129); nat. in oppido de Elda dioec. Oriolen., aet. circ. 44 an., theol. doct., can. et praebendarius eccl. Hispalen. (P. Cons. 1 ff. 743—744).

[3]) Nat. in civitate Vicen., aet. 50 an., a. 1575 iur. utr. doct. Bononien., can. eccl. Barchinonen., in ord. pbr. Romae 3 Nov. 1577, iam vic. gen. archiepi Tarraconen., eporum Barchinonen., Gerunden., Vicen., Urgellen., et Elnen., consiliarius regius, et caput totius regiae cancellariae in principatu Cathalauniae (P. Cons. 1 ff. 698—701), ob. m. Oct. 1609.

[4]) Praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. usque ad summam 1000 libr. Barchinonen. pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr. (AC 14 f. 148'); ex civitate Barchinonen. oriundus, aet. circ. 44 an., decretorum doct. (AM 97 f. 228).

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. . . . . vac. abb. de Gerry dioec. Urgellen. (AC 14 f. 220'), ob. m. Febr. 1620.

[6]) Praesent. r. cath., Dertusen., aet. circ. 50 an., iur. can. doct., prior coll. eccl. S. Annae Barchinonen., regens supremi consilii regni Aragoniae (AM 97 f. 283), ob. m. Oct. 1632.

[7]) Absolv. a vinc. Gerunden., promovetur cum ret. compat., reserv. pens. 1480 scut. Hispan. pro pers. nominandis, et unius pens. 440 scut. pro fr. Ioanne de S. Augustino, O. S. Aug. (AC 17 f. 52).

[8]) Absolv. a vinc. Vicen., praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 2660 duc., computatis antiquis, pro pers. nominandis, c. decr. . . . . erig. theol. poenit., et mont. piet. (AC 19 f. 272'). Manu propria subscripsit ut supra in P. Cons. 51 f. 537.

[9]) Absolv. a vinc. Arboren., praesent. r. cath., cum reserv. denominationis archiepi Arboren., reserv. pens. 1843 duc. auri pro pers. nominandis (AC 21 f. 58'), ob. a. 1682.

Baren.

[1]) A. 1604: Civitas Baren. in Apulia habet eccl. metrop. sub invocatione Assumpt. B. M. V., in ea sunt 4 dign. et 27 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 2000 flor. (AM 97 f. 244). 26 Iun. 1606: Fructus taxantur in libris Camerae ad 1616 2/3 florenos, sed taxa nunc reducitur ad tertiam partem, scil. ad 538 florenos et 44 2/3 solidos (AV 15 f. 23' et AM 97 f. 247).

[2]) Reserv. pens. scut. 1200 pro pers. nominandis, promovetur cum ret. compat., cui 20 Nov. 1592 conc. pallium (AC 13 ff. 16', 17').

[3]) Reserv. pens. duc. Neapolitan. 100 pro . . . . nepote medici S.tis S., ei conc. pallium 22 Apr. 1602 (AC 13 ff. 164'); cf. S. R. E. card. I, 31.

[4]) Reserv. pens. duc. Neapolitan. 400 pro Ioanne Matthaeo Bonaventura cler., salvis antiquis, cum ret. mon. de Gherardo necnon officiorum et locorum montium vacabilium, cum cond. iur. Camerarii et card.lium capitum ordinum pro duobus tertiis, cui 28 Apr. 1604 conc. pallium (AC 13 ff. 190', 192'); utr. sign. ref., ex nob. familia Parmen., aet. 38 an. (AM 97 f. 244), ob. Romae 8 Sept. 1622 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 79').

[5]) Cum ret. compat., reserv. pens. ann. duc. Neapolitan. 500, salva antiqua 200 duc., non exced. . . . . 3am fr., cui 13 Oct. 1606 conc. pallium (AC 14 ff. 41, 48'); nat. Neapoli, iur. utr. doct., in ord. pbr. 21 Sept. 1577 (P. Cons. 11 A ff. 405, 421—422), ob. Romae 27 Maii 1613 (*Galletti*, l. c. f. 76').

[6]) Utr. sign. ref., promovetur cum ret. mon. S. Laurentii, O. S. B., Conchen. dioec., et aliorum compat., reserv. pens. ann. scut. Roman. pro pers. nominandis (AC 14 f. 247'); fit patr. Constantinopolitan. cum ret. eccl. Baren. 25 Iun. 1618 (cf. Constantinopolitan.).

[7]) Cum ret. compat., c. disp. . . . . sacr. ord., reserv. pens. 1500 scut. pro rev.mo card.le Caesarino, 10 Ian. 1639 conc. ei pallium (AC 17 ff. 177); cons. Romae a card.le Caesarino 21 Dec. 1638 (Misc. Arm. XIII 33 f. 202'), ob. m. Iul. 1665.

[8]) Absolv. a vinc. Alexanen., reserv. pens. 3000 scut. super fructibus mensae epalis Baren. pro pers. nominandis, cum ret. compat., c. decr. . . . . prof. fidei, 15 Dec. 1666 conc. ei pallium (AC 21 ff. 128, 138'), ob. m. Mart. 1683.

Basileen(sis) (Basel) in Helvetia[1])

ob. Iacobi Christophori († 18 Apr. 1608)	**Guilelmus** Rink a Baldenstein[2])	4 Febr. 1609	AC 14 f. 118'
ob. Guilelmi	**Ioannes Henricus** de Ostein[3])	20 Aug. 1629	AC 16 f. 302'
ob. Ioan Henrici	**Beatus Albertus** de Ramstein[4])	22 Aug. 1650	AC 19 f. 176'
ob. Beati Alberti	**Ioannes Franciscus** de Schoenau[5])	3 Mart. 1653	AC 19 f. 227
ob. Ioan. Franc.	**Ioannes Conradus** de Roggenbach[6])	13 Ian. 1659	AC 20 f. 63

Bel(o)graden(sis) seu **Nandoralben(sis)** (Belgrad, Beograd) in regno Serviae.[1])

a pluribus annis vac.[2])	**Marinus** Ibrisimoich al. Ibrisinus de Possega, O. M. Obs.[3])	7 Oct. 1647	AC 19 f. 100
ob. Marini	**Matthaeus** Benlich, O. M. Obs.[4])	27 Febr. 1651	AC 19 f. 187'

Bellicastren(sis) (Belcastro) in Italia inferiori.[1])

ob. Horatii Schipani	**Alexander** Papatadorus (al. Jodici)[2])	12 Aug. 1596	AC 13 f. 67'
ob. Alexandri	**Ioannes Franciscus** Zagordus (al. Burgaro), ep. Civitatis Ducalis[3])	23 Febr. 1598	AC 13 f. 86
ob. Ioan. Franc.	**Antonius** Laurus[4])	13 Sept. 1599	AC 13 f. 129
ob. Antonii	**Petrus** de Matta et Haro, Theatin.[5])	3 Aug. 1609	AC 14 f. 130'
tr. Petri ad Caputaquen.	**Georgius** de Sanctis, ep. Salaminen.[6])	24 Oct. 1611	AC 14 f. 192

Basileen.

[1]) A. 1609: Civitas Basileen. annis abhinc 80 plus minusve eiecit epum, can., et clerum, inde opi ab eo tempore commorati sunt in oppido Bruntutano [vulgo Porrentruy, Pruntrut], quod ecclesiae Basileen. in temporalibus paret, est autem in dioec. Bisuntin. Capitulum vero consistit in oppido Friburgensi Constantien. dioec., ubi eccl. B. Mariae Virg. tenet, in qua sunt omnia necessaria ad divinum cultum perhonorifice exercendum. Can. ib. sunt 24, et 5 dign., taxa 1025 flor. (AM 97 f. 275). A. 1652: Can. sunt 18, dign. 6, valor ann. fr. mens. epalis non ultra 10000 flor., tempore pacis circ. 30000; eccl. cathedr. est sub invocatione SS. Henrici et Pantali, suffr. archiepi Bisuntin. (P. Cons. 51 ff. 566—67').

[2]) Confirm. electio a canonicis et capitulo Basileen. facta, promovetur cum cond. iur. pro medietate (AC 14 f. 118'); can. et decan. eccl. Basileen., pbr., ex dioec. Basileen. oriundus, aet. 42 an. (AM 97 f. 275), Iacobi Christophori nepos ex sorore, ob. 23 Oct. 1628 (*Gallia Christiana* [cont. Hauréau] XV col. 508).

[3]) Can. et scholasticus eccl. Basileen., confirm. electio etc. ut supra (AC 16 f. 302'); ob. 26 Nov. 1646 in oppido Delemontano, et ib. in eccl. Capuccinorum sepultus (P. Cons. 48 f. 266).

[4]) Electio de ipsius persona facta nulla et invalida declaratur, promovetur c. decr. . . . . instr. supellect., ac repar. dom. epalis, necnon erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 177); nat. in pago Waltighoffen, aet. supra 50 an., m. Aug. 1647 adhuc tantum in ord. subdiac. (P. Cons. 48 ff. 252'—254), a capitulo Basileen. el. 29 Nov. 1646 (P. Cons. 48 ff. 265—269), ob. 25 Aug. 1651 in castro Bruntutano Bisuntin. dioec. (P. Cons. 51 f. 551). Iuxta decr. Sacr. Congr. Consist. sub die 27 Aug. 1648 electio Alberti a capitulo et can. facta nulla et invalida declaratur praesertim quia eidem electioni per scrutinium celebratae tres abb. externi, et non de Collegio, intervenerunt; praeterea quia eadem electio non in tempore fuit praesentata, et ad S. Sedem devoluta (P. Cons. 48 f. 260).

[5]) Praevia cassatione electionis a capitulo et can. ipsius eccl. factae de persona Ioannis iuxta decr. Sacr. Congr. Consist., promovetur cum ret. compat., et c. decr. . . . . ut supra (AC 19 f. 227); nat. in civitate Ensisemiana superioris Alsatiae, et ib. bapt. 15 Iul. 1619, in ord. pbr. 15 Apr. 1648 (fides baptismatis et litt. testim. in P. Cons. 51 ff. 572, 575), can. Zurzacen. et praepos. Basileen. (l. c. ff. 568—569), el. a capitulo Basileen. 18 Sept. 1651 (instr. electionis in P. Cons. 51 ff. 551—555), ob. 30 Nov. 1656 (*Gallia Christiana* XV col. 509). Decr. cassationis electionis a Sacr. Congr. Consist. die 12 Sept. 1652 invenitur in P. Cons. 51 f. 573.

[6]) Praevia cassatione etc. ut supra, promovetur c. disp. . . . . gradus, et cum ret. compat. (AC 20 f. 63); praepos. Basileen., el. a capitulo Basileen. 22 Dec. 1656, publicis litteris renuntiavit 7 Ian. 1666, ob. Bruntuti 13 Iul. 1693 (*Gallia Christiana* XV col. 510).

Belograden. seu Nandoralben.

[1]) Eccl. huiusmodi in actis vocatur Nandoralben. seu vulgo Belgraden. al. Belograden. Minus accurate nuncupatur Anderalben. In bulla provisionis Matthaei 27 Febr. 1651 haec eccl. in Pannonia inferiori dicitur esse sub metrop. Colocen. (S. Br. 1131 f. 281).

[2]) De illo Petro apud *Gams* ad a. 1615 prorsus nihil habetur.

[3]) Cognominatur tum „Ibrisinus de Possega“ (AC 19 f. 100 et in bulla provisionis apud S. Br. 1127 f. 234) tum „Ibrisimovich“ (AC 19 f. 187' et in bulla provisionis pro Matthaeo a. 1651 apud S. Br. 1131 f. 281); per breve 5 Nov. 1647 deput. admin. eccl. Semendrien. et vic. apost. in ecclesiis Hungariae sub Turcis epum residentem non habentibus (S. Br. 1028 f. 19).

[4]) Promovetur c. decr. . . . . prof. fidei (AC 19 f. 188); nat. in loco Bagnalucca dioec. Bosnen., aet. circ. 40 an., O. Min. strictioris observantiae, iam sui ordinis guardianus in loco Fognizza in Bosnia (P. Dat. a. 1651 ff. 1—3); 4 Dec. 1651 deput. admin. Semendrien. et vic. apost. etc., ut supra pro Marino (S. Br. 1079 f. 1), ob. circa a. 1671.

Bellicastren.

[1]) A. 1609: Civitas Bellicastren. in provincia Calabriae ulterioris habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Michaelis Archangeli et archiepi S. Severinae suffr., in ea sunt 5 dign., et 7 can., valor ann. fr. mens. epalis 1200 duc. Neapolitan., taxa 50 flor. (AM 97 f. 263).

[2]) Promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 67'); de Terra Francavilla Oritan. dioec., aet. 36 an., pbr. a. 7 annis, iur. utr. et theol. doct. (AM 52 f. 278). In actis vocatur ut supra et a *Gams* „Jodici“ nuncupatur.

[3]) Absolv. a vinc. Civitatis Ducalis, promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 86). Apud Misc. Arm. XII, 216 f. 93 dicitur ecclesiam vacare per ob. „Ioan. Francisci Zagordi“, et a nonnullis modernis „Burgaro“ nuncupatur.

[4]) Cum ret. compat. (AC 13 f. 129).

[5]) Nat. Neapoli ex origine Hispanica, aet. 33 an., in Congr. Theatin. a 17 annis (P. Cons. 12 f. 48), cons. Romae a card.le Lenio 5 Aug. 1609 (Misc. Arm. XIII 33 f. 127).

[6]) Absolv. a vinc. Salaminen., cum ret. compat., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 14 f. 192); Neapoli nat., aet. 57 an., Congr. Theatin. (AM 97 f. 177), ep. Salaminen. et suffr. Praenestin. 31 Iul. 1606.

ob. Georgii	**Fulvius** Thesaurius (Tesorieri al. Tesauri)[7])	3 Dec. 1612	AC 14 f. 228'
ob. Fulvii	**Hieronymus** Ricciulli[8])	5 Dec. 1616	AC 15 f. 65
ob. Hieronymi	**Antonius** Ricciulli[9])	16 Nov. 1626	AV 17 f. 81
cess. Antonii	**Philippus** Crino (al. Zurio)[10])	19 Nov. 1629	AC 16 f. 314'
ob. Philippi	**Bartholomaeus** Gypsius (Gessi)[11])	10 Ian. 1633	AC 17 f. 33'
tr. Barth. ad Vulturarien.	**Franciscus** Clerico (al. de Napoli), Theatin.[12])	8 Aug. 1639	AC 17 f. 190
ob. Francisci	**Carolus** Sgombrini[13])	11 Dec. 1652	AC 19 f. 221

Bellicen(sis) (Belley) in Gallia.[1])

ob. Ioan. Godefridi	**Ioannes Petrus** Camus[2])	25 Maii 1609	AC 14 f. 124'
cess. Ioan. Petri	**Ioannes** de Passelaigue, O. S. B. Congr. Cluniacen.[3])	19 Nov. 1629	AC 16 f. 314
ob. Ioannis	**Ioannes Albertus** Belin, O. S. B. Congr. Cluniacen.[4])	7 Dec. 1665	AC 21 f. 105'

Bellinen(sis) (Bellinas, Belle) in Syria (Phoenicia), tit.

ob. Ioannis (Waltous)	**Georgius** Benignius (Benigni), O. M. Conv., fit suffr. Brixinen.[1])	6 Iun. 1594	AC 13 f. 40'
ob. Georgii	**Simeon** Feuerstein, fit. suffr. Brixinen.[2])	18 Maii 1598	AC 13 f. 93'
ob. Simeonis	**Antonius** C(K)rosinus, fit suffr. Brixinen.[3])	26 Aug. 1624	AC 15 f. 238
tr. Antonii ad Brixinen.	**Iesse** (al. **Ioseph**) Perchofer, fit. suffr. Brixinen.[4])	4 Maii 1648	AC 19 f. 114'

Bellunen(sis) (Belluno) in partibus Venetis.[1])

cess. Ioan. Bapt. Valerii	**Aloysius** Lollini[2])	29 Iul. 1596	AC 13 f. 66'
ob. Aloysii	**Ioannes** Delphinus (Delfino al. Dolfino)[3])	9 Febr. 1626	AC 16 f. 104'
libera dim. Ioannis	**Thomas** Mallonius (Malloni), ep. Sebenicen.[4])	26 Iun. 1634	AC 17 f. 73
ob. Thomae	**Iulius** Berlendi[5])	6 Oct. 1653	AC 19 f. 237

---

[7]) Pbr., iur. utr. doct., iam fam. Ioannis Garzias card. Millini (AM 97 f. 264).

[8]) Promovetur c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 15 f. 65); nat. in dioec. Cusentin., aet. 36 an., iur. utr. doct., ac in Almae Urbis gymnasio per 12 annos ius civile legit, iam vic. gen. eccl. Beneventan. (AM 97 f. 209), ob. m. Aug. 1626.

[9]) Promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., ac cum ret. compat. (AV 17 f. 81); resignavit eccl. Bellicastren., deinde 16 Febr. 1632 prom. fuit ad eccl. Umbriaticen. (AC 17 f. 9).

[10]) Reserv. pens. 300 scut. Roman. pro epo cedente (AC 16 f. 314'); a nonnullis etiam „Zurio" nuncupatur.

[11]) C. decr. . . . . erig. theol. (AC 17 f. 33'), tr. ad Vulturarien. 2 Maii 1639 (AC 17 f. 185).

[12]) Nat. in civitate Panormitan., aet. 33 an., pbr. Congr. Theatin. (P. Cons. 37 ff. 194', 197). In actis (AC 17 f. 190) „Franciscus Clericus Panormitan." nuncupatur, et in praedicto P. Cons. expresse vocatur „Franciscus de Napoli."

[13]) C. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet. (AC 19 f. 321); nat. in Terra Airola [dioec. S. Agathae Gothorum], aet. circ. 33 an., iur. utr. doct. Neapolitan., nunc lector in gymnasio Almae Urbis [scil. in „Sapientia"] (P. Cons. 51 ff. 597—598); tr. ad eccl. Cathacen. 8 Febr. 1672 (AC 22 f. 106').

Bellicen.

[1]) A. 1609: Eccl. cathedr., quae est sub invocatione S. Ioannis Bapt. et archiepi Bisuntin. suffr., habet 6 dign. et 14 can., valor ann. fr. mens. epalis secundum communem aestimationem est 2000 scut. auri, taxa $333^1/_3$ flor. (AM 97 f. 278).

[2]) Nomin. r. xmo, c. decr. . . . . aet. cum sit aet. an. 26, reserv. pens. 600 scut. (AC 14 f. 124'); in 4 ord. min. const., iur. can. lic. (AM 97 f. 314).

[3]) Pbr. dioec. Biterren., monachus professus Ord. Cluniacen., nomin. r. xmo (AC 16 f. 314), ob. m. Aug. 1663.

[4]) Nomin. r. xmo, promovetur cum ret. compat., c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis. ac erig. poenit., sem., et mont. piet., necnon instr. supellect. (AC 21 f. 105'); nat. in civitate Bisuntin., aet. 50 an., O. S. B. Congr. Cluniacen., iam abb. et praepos. (P. Cons. 63 f. 118), ob. m. Apr. 1677.

Bellinen.

[1]) Deput. suffr. Brixinen. ad pontif., reserv. pens. ann. 200 flor. Remensium pro Georgio (AC 13 f. 40').

[2]) Deput. suffr. Brixinen., c. decr. . . . . non pontif. (nisi Brixinen.), assign. ei pens. ann. duc. auri 200, et cum ret. can.tus quem obtinet in eccl. Brixinen. (AC 13 f. 93').

[3]) Tridentin., theol. et iur. utr. doct., fit suffr. epi Brixinen., cum ret. compat., et reserv. pens. ann. duc. 200 pro prof. c. decr. . . . . prof. fidei (ante exped. litt.rum) (AC 15 f. 238); el. ep. Brixinen. 30 Mart. 1648.

[4]) Deput. suffr. Brixinen. ad pontif., cum ret. compat., assign. ei pens. 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Brixinen., c. decr. . . . . prof. fidei ante cons. (AC 19 f. 114'); theol. doct., decan. et can. eccl. cathedr. Brixinen. (P. Cons. 48 f. 271).

Bellunen.

[1]) A. 1626: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Martini, in ea sunt 1 dign. et 9 can., valor ann. fr. mens. epalis 2500 duc. Venetorum (P. Cons. 23 ff. 772'—773').

[2]) Reserv. pens. ann. duc. 1000 pro cedente, c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 13 f. 66'), ob. m. Mart. 1625.

[3]) Utr. sign. ref., a. 36 agens, promovetur cum ret. compat. (AC 16 f. 104'); ortus Venetiis, nepos card. Delphini (P. Cons. 23 f. 777), resignavit, deinde ob. a. 1651.

[4]) Absolv. a vinc. Sebenicen., c. decr. . . . . erig. theol. et poenit., reserv. pens. 600 scut. pro epo cedente (AC 17 f. 73), ob. m. Febr. 1649.

[5]) Cum ret. compat., reserv. pens. 250 scut. Roman. pro pers. nominandis, salvis antiquis (AC 19 f. 237), ob. m. Oct. 1695.

Bel(lo)vacen(sis) (Beauvais) in Gallia.[1])

ob. Nicolai Fumée	**Renatus** Potier[2])	23 Sept. 1596	AM 52 f. 300
ob. Renati	**Augustinus** Potier[3])	21 Aug. 1617	AC 15 f. 79'
ob. Augustini	**Nicolaus** Choart de Buzenval[4])	3 Oct. 1650	AC 19 f. 179

Benden(sis) v. **Stephanen(sis)**

Beneventan(a) (Benevento) in Italia inferiori, metrop.[1])

ob. Maximiliani de Palumbara	**Pompeius** Arrigoni, S. R. E. card.[2])	7 Febr. 1607	AV 15 f. 31
ob. card. Arrigoni	**Alexander** de Sangro, patr. Alexandrin.[3])	2 Maii 1616	AC 15 f. 49
ob. Alexandri	**Augustinus** Oreggi, S. R. E. card.[4])	28 Nov. 1633	AC 17 f. 50'
ob. card. Oreggi	**Vincentius** Maculani, S. R. E. card.[5])	13 Ian. 1642	AC 18 f. 91
ob. card. Maculani	**Ioannes Baptista** Foppa, Congr. Orat.[6])	18 Maii 1643	AC 18 f. 155'

Bergomen(sis) (Bergamo) in Italia superiori.[1])

ob. Hieronymi Ragazzoni († Romae 5-III-1592)	**Ioannes Bapt.** Milani, gen. Theatin.[2])	8 Apr. 1592	AC 13 f. 5'
libera cess. Ioan. Bapt.	**Ioannes** Emo[3])	18 Apr. 1611	AC 14 f. 176
ob. Ioannis	**Federicus** Cornelius (Cornaro)[4])	23 Febr. 1623	AC 15 f. 211
tr. card. Cornelii ad Vicentin.	**Augustinus** Priuli ad Prioli[5])	8 Febr. 1627	AC 16 f. 174
ob. Augustini	**Aloysius** Grimani[6])	12 Ian. 1633	AC 17 f. 34
ob. Aloysii	**Gregorius** Barbadicus (Barbarigo)[7])	9 Iul. 1657	AC 20 f. 21
tr. card. Barbadici ad Patavin.	**Daniel** Iustinianus (Giustiniani)[8])	23 Iun. 1664	AC 21 f. 63'

Belvacen.

[1]) A. 1617: Civitas Belvacen. in provincia Picardiae habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Petri, archiepi Remen. suffr., in ea sunt 6 dign., 42 can., valor. ann. fr. mens. epalis scut. 4000, taxa 4600 flor. (AM 97 f. 229).

[2]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. ann. scut. auri 1500 pro pers. a rege xmo nominandis, c. decr. . . . . prof. fidei, et c. disp. . . . . sacr. ord. (AM 52 f. 300), ob. m. Oct. 1616.

[3]) Nomin. r. xmo, promovetur cum cond. iur., iur. utr. lic., nepos secretarii status regis (AC 15 f. 79'), ob. m. Iunio 1650 (P. Cons. 48 f. 302).

[4]) Reserv. pens. ann. 12000 libr. Turonen. pro pers. nominanda, c. decr. . . . . repar. cathedr., et erig. mont. piet. (AC 19 f. 180); nat. Parisiis, iur. can. doct. in facultate Parisien. (P. Cons. 48 f. 286'), ob. 31 Iul. 1679.

Beneventan.

[1]) A. 1643: Eccl. cathedr. est sub invocatione Assumptionis B. M. V., metrop. cum 18 suffr. (olim 24), in ea sunt 6 dign., 21 can., 12 beneficiati, valor ann. fr. mens. epalis circ. 6000 scut. Roman., 2 pens. insimul 1500 scut. Roman. (P. Dat. a. 1642 ff. 1'—5).

[2]) Reserv. scut. Roman. 3000 pro pers. nominandis, cum ret. compat. (AV 15 f. 31); cf. S. R. E. card. I, 19. In bulla provisionis expresse dicitur ecclesiam vacare per „ob. Maximiliani" (S. Br. 644 f. 106).

[3]) Cum ret. patr.tus, eiusque denom.nis, et compat., salvis pens. antiquis, reserv. pens. nova ann. scut. Roman. 1000 pro pers. a S.mo nominandis (AC 15 f. 49), ob. Romae 18 Febr. 1633 (cf. Alexandrin.).

[4]) Cf. S. R. E. card. V, 43.

[5]) Cf. S. R. E. card. V, 52. Die 19 Ian. 1642 Romae cons. fuit a rev.mo card.le S. Honuphrii (Misc. Arm. XIII 33 f. 207').

[6]) Reserv. 4500 scut. Roman. pro card.le cedente (AC 18 f. 155'), 22 Iun. 1643 conc. ei pallium (AC 18 f. 160'); nat. Romae aet. 39—40 an., pbr. Congr. Orat. (P. Cons. 42 ff. 225—226), ob. m. Dec. 1673.

Bergomen.

[1]) A. 1611: Eccl. cathedr. est sub invocatione SS. Vincentii et Alexandri, et archiepi Mediolanen. suffr., in ea sunt 3 dign. et 40 can., valor ann. fr. mens. epalis scut. 5500, pens. ann. antiqua 800 scut., taxa 700 flor. (AM 97 f. 251).

[2]) Praepositus gen. Theatin., reserv. pensionum scut. 2000: mille pro card.le Cusano, 500 pro Petro Valerio, 200 pro Franc. Sino, 200 pro Victorio Ragazzonio, et 100 pro Vincentio Quirino, (AC 13 f. 5').

[3]) Salvis pens. antiquis, reserv. pens. novarum, scil. 2000 scut. Venetorum pro epo cedente, et post ob. epi cedentis scut. 500 pro Attilio Amaltheo, archiepo Athenarum, et scut. 500 pro pers. nominandis (AC 14 f. 176); nat. Venetiis, quinquagenarius (AM 97 f. 251), ob. m. Oct. 1622.

[4]) Cum ret. officii clerici Camerae et aliorum compat., reserv. pens. scut. Roman. 1000 pro card.le Valerio, salvis pens. antiquis (AC 15 f. 211); cons. a card.le Gozzadino Romae 7 Apr. 1623 (Misc. Arm. XIII 33 f. 169), fit card. 19 Ian. 1626 (cf. S. R. E. card. V, 11).

[5]) Perpetuus commend. mon. B. Mariae de Vangaditia, iur. utr. doct., cum ret. dicti mon., et aliorum compat. (AC 16 f. 175); nat. Venetiis, et ib. in par. eccl. S. Antonini bapt. 5 Oct. 1596, iur. utr. doct. Patavinus (P. Dat. a. 1627 ff. 9'—10), ob. m. Oct. 1632.

[6]) C. disp. . . . . sacr. ord., c. decr. . . . . repar. cathedr. (AC 17 f. 34), ob. m. Dec. 1656 (P. Cons. 54 f. 360). A nonnullis minus accurate vocatur „Ludovicus".

[7]) Prael. dom., reserv. pens. 1500 scut., salvis antiquis, pro pers. nominandis (AC 20 f. 21); nat. Venetiis, aet. 31 an., utr. sign. ref., iur. utr. doct. (P. Cons. 54 ff. 354'—355); privilegium assistentium capellae pontificiae 14 Sept. 1657 (S. Br. 1172 f. 17), fit card. 5 Apr. 1660 (cf. S. R. E. VII, 16), numero Beatorum adscriptus fuit 16 Iul. 1771.

[8]) Cum. ret. compat., reserv. pens. 1700 scut., computatis antiquis, pro pers. nominandis (AC 21 f. 64), ob. m. Ian. 1679.

Beroen(sis) v. **Aleppin(a)**

Bertinorien(sis) v. **Brictinorien(sis)**

Beryten(sis) (**Beirut, Berytus**) in Syria, tit.

certo modo	**Arnaldus** de Maytie, fit coadi. c. f. s. Oloren.[1])	15 Ian. 1618	AC 15 f. 90'
certo modo	**Andreas** Garcia de Zurita, fit coadi. c. f. s. de Guamanga[2])	10 Febr. 1648	AC 19 f. 112
certo modo	**Petrus** Lambert de la Boissière[3])	29 Iul. 1658	AC 20 f. 56

Bethlemitan(a) (**Bethlehem**) in Palaestina, tit.[1])

. . . .	**Vincentius** Malatesta, fit coadi. c. f. s. Muran.[2])	20 Nov. 1595	AC 13 f. 58'
ob. Philiberti[3])	**Ludovicus** de Clèves, Ord. Cluniacen.[4])	3 Aug. 1605	AC 14 f. 13'
ob. Ludovici	**Ioannes** de Clèves, O. C. S. Aug.[5])	2 Maii 1611	AM 97 f. 255
ob. Ioannis	**Andreas** de Sauzay[6])	23 Oct. 1623	AC 15 f. 220
ob. Andreae[7])	**Christophorus** d'Authier de Sisgau, O. S. B.[8])	27 Febr. 1651	AC 19 f. 188'
libera cess. Christophori	**Franciscus** Batallier[9])	28 Apr. 1664	AC 21 f. 56

Biblien(sis) (**Byblos**) in Syria, tit.[1])

certo modo	**Ioannes Paulus** Ciurletta al. Ciurlettus, fit suffr. Salisburgen.[2])	23 Ian. 1617	AC 15 f. 70'

Bisaciensis v. **S. Angeli**

Beryten.

[1]) Deput. coadi. c. f. s. epi Oloren., cum cond. iur. quoad ipsam eccl. Oloren., non autem quoad abbatias, quas obtinet (AC 15 f. 90'); diac. Oloren., aet. circ. 30 an., iur. can. doct. (AM 98 f. 291). Successit epo Oloren. a. 1620.

[2]) Deput. coadi. c. f. s. epi de Guamanga cum reserv. pens. ann. 500000 morapetinorum super fructibus mensae epalis de Guamanga, c. decr. . . . . prof. fidei ante cons., et c. ind. . . . . cons. ep. et 2 dign. (AC 19 f. 112); nat. in civitate Hispalen., aet. ultra 60 a. [a. 1647], theol. doct., archidiac. eccl. Liman. (P. Cons. 48 ff. 303—325), successit epo de Guamanga, deinde 4 Apr. 1650 tr. fuit ad eccl. de Truxillo (AC 19 f. 170').

[3]) Deput. in epum ad exercenda pontificalia in missionibus apost. ad mentem Sacrae Congr. Prop. (AC 20 f. 56); per breve apost. 9 Sept. 1659 deput. vic. apost. Cocincinae cum admin. provinciarum Cochiang, Fochien, Quang-tun, Chiamsi, insulae Hainan, aliarum insularum adiacentium (S. Br. 1202 f. 12), ob. m. Iun. 1679. A modernis „de la Motte-Lambert" e Societate Parisien. Missionum Externarum nuncupatur.

Bethlemitan.

[1]) Huiusmodi sedes, quae in civitate Ascalonen. constituta fuerat, ab a. 1331 ad 1801 transportata fuit ad ecclesiam B. M. V. prope oppidum Clamaiacum [Clamecy] in ducatu Nivernien. [Nevers] in dioec. Antissiodoren. Tempore schismatis occidentalis habebatur duplex series eporum Bethlemitan., una *Romana* altera vero *Gallica*. Infrascriptus „Vinc. Malatesta" est ultimus seriei *Romanae*.

[2]) Deput. coadi. c. f. s. epi Muran. c. decr. . . . . non pontif. nisi Muran., assign. ei durante coadiutoria pens. ann. 200 duc. Neapolitan. (AC 13 f. 58'); non successit epo Muran.

[3]) Iuxta *Eubel* III[2]), 133 „Philibertus de Beaujeu" el. fuit 17 Aug. 1524, et ob. a. 1555 (*Battandier*, l. c., 372). „Marius de Belhaminibus" el. fuit ep. Bethlemitan. seriei Gallicae 26 Aug. 1585 (AM 52 f. 258).

[4]) Promovetur cum ret. mon. Bonirardii, Ord. Cist., dioec. Antissiodoren. (AC 14 f. 13'), ob. m. Mart. 1609. In actis dicitur esse Ord. Cluniacensis et a modernis O. S. A. A nonnullis dicitur „Erardum Roche" fuisse ep. Bethlemitan. a. 1609 post ob. „Ludovici", et eodem a. dimisisse. Sed in actis de hoc nihil invenitur.

[5]) Supplic. ducis Nineryen. de consensu r. x[mi], promovendus est ex ducibus Nineryen. et O. C. S. Aug. (AM 97 f. 255), ob. m. Oct. 1619.

[6]) Cum ret. compat. (AC 15 f. 220); pbr. dioec. Viennen., theol. mag. Parisien., aet. 41 an., primarius [primicerius?] et can. eccl. Constantien. (AM 97 f. 241).

[7]) Iuxta *Battandier* in Annuaire Pontifical Catholique XIX (1916), 372 Andreas ob. 3 Apr. 1644 et 12 Apr. 1644 habetur ut ep. Bethlemitan. „Ioannes Bapt. Bontemps", qui 19 Iun. 1650 ob. Tamen de eo nihil invenitur in actis.

[8]) Supplic. ducis Nivernen., promovetur c. ind. . . . . non resid., et cum ret. prioratus vulgo de la Motte nuncupati, O. S. B., Foroiulien. dioec. (AC 19 f. 188'); nat. Massiliae, theol. doct., prior prioratus regularis vulgo de la Motte a mon. S. Victoris in portu Massilien. dependentis (P. Cons. 48 f. 327 seq).

[9]) Pbr. Tolosan., promovetur cum ret. compat. (AC 21 f. 56), ob. Parisiis 20 Iun. 1701 (*Battandier*, l. c., 372).

Biblien.

[1]) A. 1617: Eccl. Biblien. dicitur esse in Syria sub patriarchatu Antiochen. (AM 98 f. 491).

[2]) Deput. suffr. archiepi Salisburgen., ei assign. pens. ann. duc. 200 super fructibus eccl. Salisburgen. (AC 15 f. 70); nat. Tridenti et ib. bapt. 25 Mart. 1580, a. 1611 theol. et iur. utr. doct. (P. Cons. 15 ff. 236, 245—247).

Bisinianen(sis) (Bisignano) in Italia inferiori.[1])

ob. Petri	**Bernardus** del Nero, O. P.[2])	25 Maii	1598	AC 13 f. 93'
res. Bernardi	**Ioannes Iacobus** de Amatis (Amati)[3])	2 Apr.	1607	AC 14 f. 64
ob. Ioan. Iacobi	**Marius** Ursinus (Orsini)[4])	31 Ian.	1611	AC 14 f. 173
tr. Marii ad Tiburtin.	**Alderanus** Bellatti[5])	15 Apr.	1624	AC 15 f. 233
libera cess. Alderani	**Ioannes Bapt.** de Paula[6])	27 Maii	1626	AC 16 f. 129'
ob. Ioan. Bapt.	**Carolus Philippus** Meo, Congr. Barn.[7])	8 Iul.	1658	AC 20 f. 51'
ob. Caroli	**Paulus** Piromallo, ep. Naxivan.[8])	15 Dec.	1664	AC 21 f. 82
ob. Pauli	**Iosephus Maria** Sebastiani, O. Carm., ep. Hierapolitan.[9])	22 Aug.	1667	AC 21 f. 169'

Bisuntin(a) (Besançon) in Gallia, metrop.[1])

. . . .	**Franciscus** de Rye, fit archiep. Caesarien. et coadi. c. f. s.[2])	9 Ian.	1599	AC 15 f. 207
ob. Francisci	**Claudius** d'Achey[3])	14 Maii	1638	AC 17 f. 162'
. . . .	**Carolus Emmanuel** de Gorrevod[4])	Oct.	1654	. . . . .
ob. Claudii	**Ioan. Iacobus** Fauche de Domprel[5])	21 Febr.	1661	AC 20 f. 145'
ob. Ioan. Iacobi	**Antonius Petrus** de Grammont[6])	15 Ian.	1663	AC 21 f. 4

Bitecten(sis) (Bitetto) in Italia inferiori.[1])

ob. Caesaris Arena	**Valerianus** Muti[2])	5 Iul.	1599	AC 13 f. 119
tr. Valeriani ad Civit. Castelli	**Balthasar** Pusterla[3])	7 Apr.	1603	AC 13 f. 178'
ob. Balthasaris	**Livius** Limatula[4])	13 Mart.	1606	AC 14 f. 33'
ob. Livii	**Iulius** Matthaeus (Mattei)[5])	18 Maii	1611	AV 15 f. 78'
ob. Iulii	**Michael** Misserotti, O. M. Conv. gen. min.[6])	26 Febr.	1624	AC 15 f. 230

Bisinianen.

[1]) A. 1611: Civitas Bisinianen. in regno Neapolitan. habet eccl. cathedr. sub invocatione Assumpt. B. M. V., et S. Sedi immed. subi., in ea sunt 6 dign., valor ann. fr. mens. epalis circ. 1400 scut., pens. antiquae 1350 scut., taxa 70 flor. (AM. 97 f. 253).

[2]) Reserv. pens. scut. 400 ad rationem decem iuliorum pro pers. nominandis (AC 13 f. 93).

[3]) Reserv. pens. scut. Roman. 1500 pro Bernardo, epo cedente, salvis antiquis, dummodo remaneant 1000 scuta Neapolitan. pro epo prov. (AC 14 f. 64); nat. in civitate Campanea regni Neapolitan., aet. 58 an., iur. utr. doct. (AM 97 f. 216).

[4]) Cum ret. compat.; in reliquis c. decreto, prout in proxime praeterita eiusdem eccl. expeditione (AC f. 173); est de familia Ursina satis nota, aet. 46 an., phil. et iur. utr. doct., subdiac. a nonnullis mensibus (AM 97 f. 253).

[5]) Cum ret. compat., et c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 15 f. 233); pbr. Lunen.-Sarzanen. dioec., iur. utr. doct., aet. an. 44 et curialis supra 20 annos (AM 97 f. 181).

[6]) Ex oppido Montis Alti dioec. Cusentin. oriundus, iur. utr. doct., in 50 aet. a. const. (AC 16 f. 129').

[7]) Reserv. pens. 300 scut., salvis antiquis, pro pers. nominandis, c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. eplis, necnon erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 20 f. 51'); nat. Lucae, aet. circ. 55 an., pbr. Congr. Barn. (P. Cons. 54 ff. 366'—367). Dicta acta nihil referunt de eo uti ex Congr. Barn.

[8]) Absolv. a vinc. eccl. Naxivan., c. decr. etc., ut supra (AC 21 f. 82), ob. m. Maio 1667.

[9]) Absolv. a vinc. Hierapolitan., reserv. pens. scut. 150 pro pers. nominandis, c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis (AC 21 f. 169'), ob. a. 1672.

Bisuntin.

[1]) A. 1621: Civitas Bisuntin. in comitatu Burgundiae sita habet eccl. metrop. sub invocatione S. Ioannis Evangelistae cum 4 dign. et 44 can., valor ann. fr. mens. epalis 12000 francorum Burgundiae (testimonium Francisci Capitani, can. et thesaur. eccl. Bisuntin., apud P. Cons. 16 ff. 571'—574).

[2]) Cf. Caesarien. Successit a. 1636 et ob. 17 Apr. 1637.

[3]) Cum ret. mon. de Palma, cum decreto impendendi quotannis florenos 400 (AC 17 f. 162'); nat. in oppido Grayacen. et ib. bapt. 18 Sept. 1594, in ord. pbr. 17 Dec. 1620, commend. mon. S. Petri de Palma, O. Cluniacen., Bisuntin. dioec., theol. doct. (litt. testim. apud P. Dat. a. 1637 ff. 352—354'), ob. m. Oct. 1654.

[4]) *Gams* (p. 515), sequens *Galliam Christianam*, ponit dictum „Carolum" ut el. 29 Oct. 1654. Tamen fuit tantum a rege nomin. et de eo nihil invenitur in actis.

[5]) Eccl. Bisuntin. can. et decan., cum ret. compat., c. decr. . . . . vac. dictus decanatus et tres capellaniae, c. decr. . . . . prof. fidei, ac repar. dom. eplis, necnon erig. sem. et mont. piet. (AC 20 f. 146), pallium conc. ei 14 Mart. 1661 (AC 20 f. 150'); nat. in loco Pontarier dioec. Bisuntin., aet. circ. 63 an., theol. doct. (P. Cons. 59 ff. 17—18), ob. m. Mart. 1662.

[6]) Ips. eccl. decan., cum ret. dicti decanatus, atque abb. de Bethania, O. Cist., dioec. Bisuntin., et prioratus S. Christophori Camplicen., O. S. B., c. decr. ut supra (AC 21 f. 4), pallium conc. ei 9 Apr. 1663 (AC 21 f. 14); ob. a. 1698.

Bitecten.

[1]) A. 1611: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Michaelis Arch., archiepi Baren. suffr., in ea sunt 4 dign. et 15 can., valor ann. fr. mens. epalis 1000 duc. Neapolitan., taxa $33^1/_3$ flor. (AM 97 f. 254).

[2]) Roman., promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 119).

[3]) Cum ret. compat. (AC 13 f. 178).

[4]) Cum ret. compat. (AC 14 f. 33'); nat. in terra Magdaloni Casertan. dioec., aet. an. 42, theol. doct. (AM 97 f. 213).

[5]) Nat. in Monte S. Savini dioec. Aretin., aet. 49 an., iur. utr. doct. (AM 97 f. 254).

[6]) Cum cond. iur., attenta electi paupertate (AC 15 f. 230); nat. Bononiae, aet. 48 an., pbr. O. M. Conv., theol. doct., gen. min. sui ordinis (AM 97 f. 179), 15 Mart. 1629 Romae cons. a card.le Lantes (Misc. Arm. XIII 33 f. 173), ob. a. 1630. Aliquando vocatur etiam „Masserotti".

ob. Michaelis	**Sigismundus** Taddei[7])	8 Ian. 1631	AC 16 f. 355'
tr. Sigism. ad Caiacen.	**Marcus Antonius** Tomati[8])	16 Dec. 1651	AC 18 f. 77
libera cess. Marci	**Franciscus** Gaeta al. Caieta[9])	30 Aug. 1655	AC 19 f. 269'

Biterren(sis) (**Béziers**) in Gallia.[1])

cess. Thomae Bonsii	**Ioannes** Bonsius (Bonsi)[2])	11 Febr. 1598	AC 13 f. 85
. . . .	**Dominicus** Bonsius, fit archiep. Caesarien. et coadi. c. f. s.[3])	31 Aug. 1615	AV 15 f. 125'
ob. card. Bonsii	**Thomas** Bonsius[4])	10 Ian. 1622	AC 15 f. 187
ob. Thomae	**Clemens** Bonsius[5])	17 Sept. 1629	AC 16 f. 307
ob. Clementis	**Petrus** Bonsius[6])	7 Iun. 1660	AC 20 f. 118'

Bituntin(a) (**Bitonto**) in Italia inferiori.[1])

ob. Ioannis Petri	**Flaminius** Parisio[2])	17 Sept. 1593	AC 13 f. 27'
ob. Flaminii	**Hieronymus** Pallanterius, O. M. Conv.[3])	10 Sept. 1603	AC 13 f. 185'
ob. Hieronymi	**Ioannes** Bapt. Stella[4])	13 Nov. 1619	AC 15 f. 130'
ob. Ioan. Bapt.	**Fabritius** Carafa[5])	24 Ian. 1622	AC 15 f. 188
ob. Fabritii	**Alexander** Crescentius (Crescenzi), ep. Hortonen.[6])	26 Aug. 1652	AC 19 f. 216

Bituricen(sis) (**Bourges**) in Gallia, metrop.[1])

tr. Raynaldi ad Senonen.	**Andreas** Fremiot[2])	16 Iun. 1603	AC 13 f. 182'
cess. Andreae	**Rolandus** Hébert[3])	14 Mart. 1622	AM 97 f. 259
ob. Rolandi	**Petrus** de Hardivilliers[4])	10 Nov. 1642	AC 18 f. 127'
ob. Petri	**Annas** de Levi de Ventadour[5])	13 Febr. 1651	AC 19 f. 187
ob. Annae	**Ioannes** de Montpezat de Carbon, ep. S. Papuli[6])	22 Apr. 1665	AC 21 f. 96

[7]) Cum. ret. compat., c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 16 f. 355').
[8]) C. decr. . . . . erig. poenit. et sem. (AC 18 f. 77); nat. in loco Caravonica Albinganen. dioec., aet. ultra 50 a., iur. utr. doct. (P. Cons. 39 ff. 58'—59), resignavit, deinde ob. Romae 24 Ian. 1665 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 103).
[9]) C. decr. . . . . repar. dom. eplis, necnon erig. theol., poenit., et sem. (AC 19 f. 962'); nat. in civitate Salernitan., aet. ultra 50 a., iur. utr. doct., fit theol. et phil. doct. Romae 4 Apr. 1620 (P. Cons. 51 ff. 630—634), ob. a. 1669. Manu propria subscripsit „Gaeta" (P. Cons. 51 f. 630), et alibi vocatur „Caieta".

Biterren.

[1]) A. 1615: Eccl. cathedr. est sub invocatione SS. Nazarii et Celsi, archiepi Narbonen. suffr., in ea sunt 6 dign. et 12 can., taxa in libris Camerae 2000 flor. (AM 97 f. 271).
[2]) Nomin. r. xmo, c. disp. . . . . sacr. ord., reserv. pens. ann. scut. 2400 pro Thoma cedente (AC 13 f. 85); Florentin., et nepos Thomae cedentis, aet. 33 an., et in quatuor minoribus const. (AM 53 f. 197); fit card. 17 Aug. 1611 (cf. S. R. E. card. III, 23). A Gallicis vocatur etiam „de Bonzy".
[3]) Cf. Caesarien., non successit, ob. 30 Apr. 1621.
[4]) Cum ret. compat., reserv. pens.nes pro pers. nominandis (AC 15 f. 85); per breve apost. m. Febr. 1626 conc. Thomae licentia recipiendi pbr.tus ord. a vic. in spiritualibus almae Urbis (S. Br. 710 f. 61), 13 Apr. 1626 Romae cons. a card.le de Marquemont (Misc. Arm. XIII 33 f. 177), ob. m. Aug. 1628.
[5]) Est frater Thomae defuncti, promovetur cum ret. compat., et speciatim mon. S. Salvatoris de Amano dioec. Montis Pessulan., O. S. B., cum dim.ne can.tus bas. S. Petri in Vaticano (AC 16 f. 307), ob. Oct. 1659.
[6]) Cum ret. compat., et mon. S. Salvatoris Lodoven., quod in commendam obtinet, reserv. pens. 1200 libr. Turonen. pro Atto Milani cler., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., ac mont. piet. (AC 20 f. 118'); nat. Florentiae, aet. 29—30 an. [a. 1659], subdiac., nomin. r. xmo 11 Oct. 1659 (P. Cons. 58 ff. 517'—527), tr. ad eccl. Tholosan. 28 Sept. 1671 (AC 22 f. 90'), et creatus S. R. E. card. 22 Febr. 1672 (AC 22 f. 112), tr. ad eccl. Narbonen. 12 Mart. 1674 (AC 22 f. 161).

Bituntin.

[1]) A. 1593: Civitas Bituntin. in provincia Baren. habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Valentini, quae est archiepi Baren. suffr., in ea sunt plures dign. et 24 can., valor ann. fr. mens. epalis 1800 duc., taxa 266²/₃ flor. Dioec. ultra civitatem et ipsius territorium non extenditur (AM 51 f. 250).
[2]) Cum ret. compat., reserv. pens. ann. scut. 500 pro pers. nominandis (AC 13 f. 27'), ob. a. 1603.
[3]) Reserv. pens. scut. Roman. 400 pro rev.mo card.le Taurusio (AC 13 f. 185'), ob. m. Aug. 1619.
[4]) Promovetur cum ret. compat. (AC 15 f. 130'); cons. Romae a card.le Maphaeo 29 Dec. 1619 (Misc. Arm. XIII 33 f. 154'), ob. Romae 15 Dec. 1621 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 79).
[5]) Pbr. Neapolitan., iur. utr. doct. et utr. sign. ref., promovetur cum ret. compat. et cum reserv. pens. scut. 500 monetae illarum partium pro pers. nominandis (AC 15 f. 188); nat. Neapoli, aet. circ. 33 an. (P. Dat. a. 1622 f. 99'), Romae a card.le Sacrato cons. 6 Febr. 1622 (Misc. Arm. XIII 33 f. 163), ob. m. Mart. 1651 (P. Cons. 51 f. 645').
[6]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. theol. et sem. (AC 19 f. 216); dimisit eccl.am Bituntin. ante 14 Maii 1668 (AC 21 f. 205'), el. patr. Alexandrin. 19 Ian. 1671 (AC 22 f. 69), creatus S. R. E. card. 27 Maii 1675 (l. c. f. 182), el. ep. Recineten. et Lauretan. 24 Febr. 1676 (l. c. f. 194').

Bituricen.

[1]) A. 1622: Eccl. Bituricen. est sub invocatione S. Stephani, et ratione suae dignitatis primatialis habet sub se 4 archiepos, ratione vero suae dignitatis metrop. habet sub se 11 epos; in ea sunt 12 dign. et 40 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 8000 libr. Turonen., taxa in libris Camerae 4000 flor. (AM 97 f. 259).
[2]) Nomin. r. xmo, cum ret. mon. S. Stephani, O. S. A., dioec. Lingonen., quod in commendam obtinet, 6 Iun. 1605 conc. ei pallium (AC 13 f. 182', AC 14 f. 6).
[3]) Pbr. dioec. Belvacen., theol. mag. Parisien., nomin. r. xmo (AM 97 f. 259), ob. m. Iunio 1638.
[4]) Doctor Sorbonicus, pbr. Parisien., nomin. r. xmo, promovetur cum ret. compat., c. decr. 1000 libr. Turonen. repar. cathedr. et dom. eplis, necnon erig. theol., poenit., et mont. piet., 1 Dec. 1642 conc. ei pallium (AC 18 ff. 127', 132), ob. m. Oct. 1649.
[5]) Nomin. r. xmo, cum ret. compat., et duorum mon., quae in commendam obtinet, c. decr. . . . . repar. cathedr., et erig. etc., ut supra, 17 Apr. 1651 conc. ei pallium (AC 19 ff. 187, 190'), ob. 7 Mart. 1662 (P. Cons. 63 f. 91), et iuxta alios 17 Mart. 1662.
[6]) Absolv. a vinc. S. Papuli, cum ret. compat., et mon. du Mas d'Asil, O. S. B., dioec. Riven., quod in commendam obtinet, c. decr. ut supra, 15 Iun. 1665 conc. ei pallium (AC 21 ff. 96, 97'); nomin. r. xmo ad eccl. Bituricen. 18 Dec. 1664 (P. Cons. 63 f. 82), tr. ad eccl. Tolosan. 6 Maii 1675 (AC 22 f. 177).

Bobien(sis) (Bobbio) in Italia superiori.[1]

ob. Eugenii Camussi († Romae 8-V-1602)	**Camillus** Aularius (Olario)[2]	26 Aug. 1602	AC 13 f. 170'
ob. Camilli	**Marcus Antonius** Bellino[3]	12 Febr. 1607	AC 14 f. 61'
ob. Marci Antonii	**Franciscus Maria** Abbiati, O. C. R. Lateranen.[4]	3 Dec. 1618	AC 15 f. 114
ob. Franc. Mariae	**Alexander** Porro, Theatin.[5]	5 Dec. 1650	AC 19 f. 181
ob. Alexandri	**Bartholomaeus** Capra[6]	8 Aug. 1661	AC 20 f. 159

Boianensis (Boiano) in Italia inferiori.[1]

ob. Caroli Carafa	**Fabritius** de Afflictis (Afflitti)[2]	10 Nov. 1608	AC 14 f. 107'
ob. Fabritii	**Petrus Paulus** Eustachi[3]	15 Iul. 1613	AC 14 f. 249
ob. Petri Pauli	**Octavianus** Garzadori[4]	19 Dec. 1622	AV 16 f. 46'
tr. Octavii ad Iadren.	**Fulgineus** Gallucci, O. E. S. Aug., ep. Tagasten.[5]	11 Mart. 1624	AV 17 f. 22'
ob. Fulginei	**Petrus** Philippi[6]	26 Sept. 1633	AC 17 f. 49
ob. Petri	**Philippus** de Sio (seu a Cava), O. M. Ref., ep. Caiacen.[7]	21 Oct. 1641	AC 18 f. 66'
ob. Philippi	**Petronius** Veronius (Veroni), O. E. S. Aug.[8]	8 Ian. 1652	AC 19 f. 204'
ob. Petronii	**Coelestinus** Bruni, O. E. S. Aug.[9]	18 Aug. 1653	AC 19 f. 235
ob. Coelestini	**Iosephus** Protospatario[10]	31 Mart. 1664	AC 21 f. 53
ob. Iosephi	**Antonius** Gratianus (Graziani)[11]	15 Febr. 1666	AC 21 f. 113

Bolonien(sis) (Boulogne) in Gallia.[1]

ob. Claudii Andreae d'Ormy	**Claudius** d'Ormy (O. Cluniacen.?)[2]	26 Iun. 1600	AC 13 f. 142
ob. Claudii	**Victor** Le Bouthillier[3]	29 Nov. 1627	AC 16 f. 214'
res. Victoris	**Ioannes** Dolce al. d'Olce[4]	20 Dec. 1632	AC 17 f. 26
tr. Ioan. ad Baionen.	**Franciscus** Perrochel[5]	6 Febr. 1645	AC 19 f. 28'

Bobien.

1) A. 1618: Civitas Bobien. in ducatu Mediolanen. habet eccl. cathedr. sub invocatione Assumpt. B. M. V., est suffr. archiepi Ianuen., et in ea sunt 10 can., valor ann. fr. mens. epalis 400 scut., taxa 200 flor. (AM 97 f. 276).

2) Promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 170'), ob. m. Ian. 1607.

3) Cum ret. compat. (AC 15 f. 114); pbr. Mediolanen., iur. utr. doct., alumnus bon. mem. Caroli card. S. Praxedis [scil. Borromaei], archiepi Mediolanen., a quo sacris ordinibus, can.tu in metrop., et praeclaris quoque muneribus ecclesiasticis insignitus fuit (AM 97 f. 215).

4) Pbr. Ord. Can. Regul. Lateranen., theol. doct. (AM 97 f. 276), ob. die festi B. M. Virg. ad Nives [scil. 5 Aug.] 1650 (P. Cons. 48 f. 374').

5) C. decr. . . . . erig. theol., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 181); nat. Mediolani, aet. ultra 50 a., pbr. a multis annis (P. Cons. 48 f. 368), ob. m. Sept. 1660 (P. Cons. 59 f. 278').

6) C. decr. . . . . ut supra (AC 20 f. 159); nat. Mediolani, aet. circ. 40 an., pbr., utr. sign. ref., archipbr. eccl. metrop. Mediolanen. (P. Cons. 59 ff. 273'–274), ob. a. 1693.

Boianen.

1) A. 1613: Civitas Boianen. in provincia comitatus Molisii habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Bartholomaei, quae est archiepi Beneventan. suffr., et in ea sunt 2 dign. et 10 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 1500 scut., taxa 100 flor. (AM 97 f. 235).

2) Nat. Neapoli, aet. 36 an., pbr. a sexennio, iur. can. doct. (AM 97 f. 285).

3) Reserv. pens. ann. scut. Roman. 500 pro pers. nominandis (AC 14 f. 249); aet. circ. 33 an., pbr., theol. doct., archidiac. in eccl. Troian. (AM 97 f. 235).

4) Cum ret. compat. (AV 16 f. 46'); Vicentin., aet. circ. 55 an., pbr., utr. sign. ref., card. camerarii aud. gen. (AM 97 f. 256), cons. Romae a card.le Gozzadino 22 Ian. 1623 (Misc. Arm. XIII 33 f. 168').

5) Absolv. a vinc. Tagasten., c. decr. quod pens.em ann. duc. 300 alias fructibus Boianen., reservatam, etiam de cathedratico solvere debeat (AV 17 f. 22').

6) C. disp. . . . . sacr. ord. pbr.tus, c. decr. . . . . erig. sem. (AC 17 f. 49); cons. Romae 2 Oct. 1634 ab em. Ioan. Bapt. card.le Pamphilio (Misc. Arm. XIII 33 f. 187').

7) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. mont. piet. (AC 18 f. 66'), ob. m. Aug. 1651 (P. Cons. 51 f. 656').

8) Reserv. pens. 400 scut. pro pers. nominandis, c. decr. . . . . repar. dom. eplis, instr. supellect, necnon erig. sem. et mont. piet. (AC 19 f. 204'); nat. Bononiae 2 Oct. 1600, O. E. S. Aug., publicus lector in univ. Bononien. (P. Cons. 51 ff. 654–659).

9) C. decr. . . . . repar. cathedr., ac instr. supellect., necnon erig. mont. piet. (AC 19 f. 235); nat. Venusii, aet. 68 an. (P. Cons. 51 f. 669), cons. Romae 7 Sept. 1653 ab em. Ioan. Bapt. card.le Pallotto (Misc. Arm. XIII 33 f. 223). In actis vocatur simpliciter O. S. A. sed in dicta consecratione ex O. E. S. Aug.

10) Cum ret. compat., c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis, et erig. mont. piet. (AC 21 f. 53), ob. m. Sept. 1665 (P. Cons. 64 f. 110').

11) C. decr. . . . . ut supra in n. 10 (AC 21 f. 113); nat. in terra de S. Archangelo dioec. Anglonen. et ib. bapt. 21 Nov. 1620, pbr., iur. utr. doct. (P. Cons. 64 ff. 103–107), ob. a. 1684.

Bolonien.

1) A. 1632: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. M. V., archiepi Remen. suffr., in ea sunt 5 dign. et 20 can., valor ann. fr. mens. epalis 10000 libr. Turonen. (P. Cons. 31 ff. 720–721).

2) Nomin. r. xmo, cum ret. prioratus conventualis non tamen electivi S. Martini de Campis Parisien., O. Cluniacen. (AC 13 f. 142), ob. 30 Nov. 1626. Acta consist. referunt eum fuisse ex Ord. Cluniacen. sed alii de hoc silent.

3) Nomin. r. xmo, cum ret. mon. S. Remigii Senonen. dioec., et aliorum compat. (AC 16 f. 214').

4) Cum ret. mon. B. Mariae de Brexeria, O. Cist., dioec. Andegaven., reserv. pens. 3000 libr. de consensu regis xmi pro epo cedente, c. decr. . . . . prof. fidei, necnon vac. can.tus et praebendae eccl. Turonen., ac 1000 libr. repar. dom. eplis (AC 17 f. 26); nat. in castello Dolce in parochia Dyholdi dioec. Baionen., pbr., can. eccl. Turonen., aet. circ. 27 an., nomin. r. xmo 16 Aug. 1632 (P. Cons. 31 ff. 705, 710–712). In prof. fidei (P. Cons. 31 f. 708) ipse subscripsit „d'Olce" et in actis „Dolce" nuncupatur.

5) Cum ret. mon. S. Crispini Maioris, quod in commendam obtinet (AC 19 f. 28'); nat. Parisiis, aet. circ. 41 an. [scil. a. 1643], pbr., theol. bacc., nomin. r. xmo 9 Iun. 1643 (P. Cons. 44 ff. 249, 253–254), resignavit ante 8 Febr. 1677 (AC 22 f. 221), ob. m. Apr. 1684.

Bononien(sis) (Bologna) in Italia, metrop.[1])

ob. Alphonsi Paleotti[2])	**Scipio** Caffarelli-Borghese, S. R. E. card.[3])	25 Oct. 1610	AC 14 f. 161‘
dim. card. Burghesii	**Alexander** Ludovisi, S. R. E. card.[4])	2 Apr. 1612	AV 15 f. 89
Alex. el. Sum. Pont.	**Ludovicus** Ludovisi, S. R. E. card.[5])	27 Mart. 1621	AC 15 f. 166
ob. card. Ludovisii	**Hieronymus** Colonna, S. R. E. card.[6])	24 Nov. 1632	AC 17 f. 23
dim. card. Colonna	**Nicolaus** Albergati-Ludovisi[7])	6 Febr. 1645	AC 19 f. 28
dim. card. Ludovisi	**Hieronymus** Boncompagni[8])	11 Dec. 1651	AC 19 f. 201

Bosanen(sis) (Bosa) in ins. Sardinia.[1])

ob. Ioan. Franc. Fara	**Antonius** Atzori[2])	1 Sept. 1592	AC 13 f. 15
ob. Antonii	**Gavinus** Manca Cedrelles[3])	27 Iun. 1605	AC 14 f. 8
tr. Gavini ad Algaren.	**Ioannes** Alvarez, O. Cist.[4])	18 Iun. 1612	AC 14 f. 215
tr. Ioan. ad Celsonen.	**Ioannes Bapt.** de Aquena[5])	18 Mart. 1613	AC 14 f. 241‘
ob. Ioan. Bapt.	**Vincentius** Baccallar[6])	31 Aug. 1615	AC 15 f. 17‘
ob. Vincentii	**Ioannes** Atzori[7])	19 Febr. 1625	AC 16 f. 55
ob. Ioannis	**Sebastianus** Carta, ep. Madauren.[8])	29 Nov. 1627	AC 16 f. 215‘
ob. Sebastiani	**Melchior** Pirella[9])	12 Maii 1631	AC 16 f. 367‘
tr. Melchioris ad Uxellen.	**Ioannes Maria** Olmo[10])	3 Dec. 1635	AC 17 f. 102
ob. Ioannis Mariae	**Vincentius Augustinus** Claveria, ep. Petren.[11])	27 Iun. 1639	AC 17 f. 188
tr. Vinc. ad Algaren.	**Gaspar** Litago[12])	24 Apr. 1645	AC 19 f. 35
tr. Gasparis ad Ampurien.	**Franciscus** Camps y Moles[13])	12 Ian. 1654	AC 19 f. 241
ob. Francisci	**Iacobus** Capay y Castagner[14])	28 Ian. 1658	AC 20 f. 34
ob. Iacobi	**Gavinus** Cattayna, O. Carm.[15])	26 Nov. 1663	AC 21 f. 32

Bononien.

[1]) Die 15 Dec. 1604 S.mus D. N. ad sedandas lites et consulendum bono pacis inter ecclesias Bononien. et Ravennaten. confirmavit erectionem factam a Gregorio XV fel. rec. in ecclesiam metrop. Bononien. supplens omnes defectus et in specie non obstante quod eccl. Bononien. esset antea subi. ecclesiae Ravennaten. etc. et denuo erexit eccl. Bononien. in metrop.nam et assignavit illi suffraganeas eccl.as Placentin., Parmen., Cremen., Mutinen., Regien., et Burgi S. Domnini (AC 13 f. 203). A. 1651: Eccl. metrop. Bononien. est sub invocatione S. Petri, in ea sunt 4 dign. et 16 can., valor ann. fr. mens. epalis 12000 - 15000 scut. (P. Cons. 51 ff. 679 - 680), ex Indice Processuum Datariae constat taxam veterem 1000 flor. adhuc vigere.

[2]) 18 Aug. 1597 pallium conc. fuit Alphonso Paleotti (AC 13 f. 79), qui iam a 13 Febr. 1591 archiep. Corinthien. et coadi. c. f. s. Bononien. et 23 Iul. 1597 archiep. Bononien. fuerat, ob. 18 Oct. 1610.

[3]) Cf. S. R. E. card. III, 1.

[4]) Bononien., sacri palatii aud. (AV 15 f. 89), cons. Romae a Scipione card.le Burghesio 1 Maii 1612 (Misc. Arm. XIII 33 f. 133‘), fit card. 19 Sept. 1616, el. Sum. Pont. Gregorius XV 9 Febr. 1621 (cf. S. R. E. card. III, 42).

[5]) Salvis pens. antiquis, reserv. pens. nova scut. 6000 ad triennium pro fabrica eccl. metrop. Bononien., c. disp. . . . . aet. et sacr. ord. (AC 15 f. 166); cons. Romae a Galeatio Sanvitale, archiepo Baren., 2 Maii 1621 (Misc. Arm. XIII 33 f. 160), cf. S. R. E. card. IV, 1.

[6]) Promovetur cum ret. archipresbyteratus bas. S. Ioannis Lateranen., et quorumcumque quae obtinet, c. disp. . . . . aet. (AC 17 f. 23), ei conc. pallium 10 Ian. 1633 (l. c. f. 34); cf. S. R. E. card. V, 25.

[7]) Utr. sign. ref. (cedula consist. apud S. Br. 1133 f. 433), promovetur cum ret. unius mon. et aliorum compat., reserv. fructus pro Hieronymo card.le cedente, demptis 2500 scutis Roman. pro Nicolao, ei conc. pallium 6 Mart. 1645 (AC 19 ff. 28‘, 32‘); fit card. 6 Mart. 1645 (cf. S. R. E. card. VI, 5).

[8]) Promovetur c. disp. . . . . sacr. ord. et aet. (30 a. inceptum nondum complevit), cum ret. compat., reserv. fructus pro card.le Columna, demptis 2500 scutis pro proviso etc. (AC 19 f. 201‘); nat. 23 Mart. 1622 in terra Isolan. dioec. Soran., iur. utr. doct., utr. sign. ref. (P. Cons. 51 f. 676), 2 Oct. 1648 fit secr. Sacrae Congr. Rit. (S. Br. 1040 f. 291), 8 Iun. 1660 fit praef. palatii apost. et gub. Castri Gandulphi (S. Br. 1213 ff. 49—51), card. 14 Ian. 1664, ob. 24 Ian. 1684 (cf. S. R. E. VII, 19).

Bosanen.

[1]) A. 1625: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. Mariae, archiepi Turritan. suffr., in ea sunt 1 dign. et plures can., valor ann. fr. mens. epalis 3000 scut., taxa 200 flor. (AM 97 f. 274).

[2]) Praesent. r. cath., promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 15); aet. 48 an., iur. can. doct., decan. eccl. Calaritan. (AM 51 f. 105).

[3]) Praesent. r. cath., cum ret. pens. ann. duc. 320 super fructibus eccl. S. Donati, dioec. Turritan., sibi reservatae (AC 14 f. 8); nat. Sassari, aet. 43—44 an., theol. doct., in ord. pbr. 21 Oct. 1585 (P. Cons. 1 f. 807).

[4]) Praesent. r. cath. (AC 14 f. 215); aet. 50 an., theol. mag., abb. mon. de Verucla, O. Cist., dioec. Tirasonen. (AM 97 f. 236).

[5]) Praesent. r. cath. (AC 14 f. 215); nat. in civitate Turritan., aet. circ. 36 an., iur. utr. doct. (P. Cons. 1 f. 889).

[6]) Praesent. r. cath. (AC 15 f. 17‘); nat. in patria Calaritan., 1589—1608 can. Algaren., 21 Aug. 1591 iur. utr. doct. in univ. Pisan., in ord. pbr. 19 Dec. 1592 et quidem aet. 22 an. cum dimidio, 21 Iun. 1608 decan. Calaritan. (P. Cons. 1 ff. 840‘—841).

[7]) Nat. in civitate Calaritan., nepos dicti Antonii Atzori, aet. circ. 47 an., phil. et theol. doct. Romae m. Maio 1611, a. 1609 cancellarius totius regni Sardiniae (P. Cons. 1 f. 874 seq.).

[8]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Madauren., reserv. pens. 500 duc. pro pers. nominandis, c. decr. . . . . prof. fidei (AC 16 f. 215‘).

[9]) Praesent. r. cath., cum ret. compat., c. decr. . . . . prof. fidei et erig. sem. (AC 16 f. 367‘).

[10]) Praesent. r. cath., cum ret. compat., et vacatione par. eccl., quam obtinet, reserv. pens. 500 scut. pro pers. nominandis, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AC 17 f. 102‘); nat. Sassari, aet. circ. 70 an., theol. doct. Pisan. (P. Cons. 33 f. 749‘).

[11]) Absolv. a vinc. Petren., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 17 f. 188), ob. m. Sept. 1644.

[12]) Praesent. r. cath., cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AC 19 f. 35); nat. in civitate Calaritan., aet. circ. 44 an., theol. doct. in univ. Abulen., capell. honoris regis cath. (P. Cons. 44 f. 274‘).

[13]) Praesent. r. cath., reserv. pens. 630 scut., computatis antiquis, non exced. . . . . 3am fr., c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 19 f. 241); nat. in civitate Celsonen., aet. circ. 50 an., can. eccl. Tarraconen., inquisitor regni Sardiniae (P. Cons. 51 f. 692‘).

[14]) C. decr. . . . . vac. decanatus eccl. Uxellen., necnon erig. ut supra (AC 20 f. 34); nat. Calari, aet. circ. 50 an., iur. utr. doct. (P. Cons. 24 f. 287‘).

[15]) Praesent. r. cath., reserv. pens. duc. Hispan. 630, computatis antiquis, pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr., c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 21 f. 32); nat. Sassari, aet. circ. 55 an., O. Carm. (P. Cons. 60 f. 204‘), tr. ad Turritan. 16 Nov. 1671 (AC 22 f. 94).

Bosen(sis) v. **Rosen(sis)**

Bosn(i)en(sis) (Bosnia) in Hungaria seu in regno Bosniae.[1])

a longissimo tempore certo modo vacans[2])	**Ludovicus** Ujlaky[3])	20 Dec.	1600	AC 13 f. 149'
certo modo	**Franciscus** Ergely[4])	30 Iul.	1607	AV 15 f. 36'
. . . .	**Ioannes** Telegdy[5])	27 Ian.	1610	AV 15 f. 64'
	Thomas Balásfy [6])	circa a.	1617	
	Stephanus Senyey	11 Oct.	1621	
	Ladislaus Deáky	6 Maii	1623	
	Ioannes Posgay	5 Sept.	1628	
Ioanne absente	**Antonius** de Georgiis, O. M. Obs., ep. Scardonen., fit. admin.[7])	14 Iul.	1618	S. Br.
. . . .	**Thomas** Ivkovich, O. M. Obs., ep. Scardonen., fit. admin.[8])	27 Oct.	1625	AC 16 f. 84
. . . .	**Ioannes Thomas** Marnavich[9])	10 Nov.	1631	AC 16 f. 376'
ob. Ioan. Thomae	**Thomas** Marnavich, O. M. Obs.[10])	3 Oct.	1639	AC 17 f. 192'
. . . .	**Marianus** Maravich, O. M. Obs., ep. Dumnen.[11])	24 Iul.	1647	S. Br.

Bosonen(sis) v. **Rosanen(sis)**

Boven(sis) (Bova) in Italia inferiori.[1])

ob. Ptolomaei Corsini	**Ioannes** Camerota[2])	23 Sept.	1592	AC 13 f. 15'
ob. Ioannis	**Nicolaus Maria** Modaffarius (Modaffari)[3])	2 Maii	1622	AC 15 f. 192
ob. Nicolai	**Fabius** Olivadisius (Olivadisi), ep. Lavellen.[4])	20 Sept.	1627	AC 16 f. 207
tr. Fabii ad Cathacen.	**Martinus** Megalis (Megali)[5])	10 Sept.	1646	AC 19 f. 69'
ob. Martini	**Bernardinus** de Aragona[6])	19 Febr.	1657	AC 20 f. 7

Bosnien.

[1]) A 1610: Eccl. Bosnen. est in regno Bosniae ad fines Croatiae, et occupatur a tyrannide Turcarum (AM 97 f. 201), suffr. archiepi Collocen. (AC 16 f. 376').

[2]) Ita in actis sed per breve apost. 14 Iul. 1618 conc. fr. Antonio de Georgiis, O. M. Obs., a pluribus annis electo epo Scardonen. et *coadi. Francisci de Stephanis epo Bosnen.*, ut per ob. dicti Francisci de Stephanis exercere possit officia pontificalia [et episcopalia administrare] in dicta dioecesi etiamsi Cur. Rom., cum crediderit decessum Franciscum de Stephanis, nominavit successive alios tres epos, idest: 20 Dec. 1600, Ludovicum Ujlaky, 30 Iul. 1607, Franc. Erghelium, et postea 27 Ian. 1610 Ioannem Telegdinum (S. Br. 562 f. 297).

[3]) Nomin. a maiestate caesarea, promovetur c. disp. . . . . gradus, et cum cond. iur. (AC 13 f. 149'), tr. ad Vesprimien. 1604. Ex litteris ab imperatore Rodulpho scriptis Pragae 10 Aug. 1605 constat Ludovicum paulo antea a rebellibus Hungaris occisum fuisse (Borghese III 113 C–E f. 228).

[4]) Promovetur cum ret. praepositurae Zagabrien. (AV 15 f. 36'); 29 Mart. 1610 Franc. Erghelius *olim* ep. Bosnen. fit ep. Vesprimien. (AC 14 f. 149.)

[5]) Praepos. Strigonien., promovetur cum cond. iur. (AV 15 f. 64'); 25 Sept. 1611 Ioan. Telegdinus, el. Bosnen., cons. fuit Romae a Roberto card.le Bellarmino (Misc. Arm. XIII 33 f. 132). In minutis brevis apost. pro Antonio de Georgiis 14 Iul. 1618 (cf. supra n. 2) dicitur: „Ioanne epo absente, qui nunc vivit, et erat suffraganeus card. archiepi Strigonien." (S. Br. 562 f. 298).

[6]) Huiusmodi epi tit. fuerunt nominati a rege Hungariae sed a Sede Apost. nunquam confirmati, licet per breve apost. 21 Apr. 1617 conc. fuerit Thomae Balasfii licentia retinendi can.tum coll. eccl. Possonien. in dioec. Iaurien. simul cum eccl. Bosnen. ad quam *nuper* el. fuerat, ipse non fuit confirmatus a S. Sede, ut apparet supra in n. 2. Dictus Thomas fit ep. Vaccien. 1621 et Stephanus ep. Vaccien. 1623. Stephanus in litteris scriptis a seipso Viennae 20 Iul. 1623 expresse dicit, „Thoma Balasffy tunc epo Bosnensi ad epatum Vaccien. succedente, titulo epatus Bosnen. indignus capellanus a sua maiestate caesarea *sum* decoratus" (P. Cons. 24 ff. 31–34).

[7]) Per breve apost. 14 Iul. 1618 [cf. supra n. 2] Antonio de Georgiis, qui iam a 16 Iun. 1613 ep. Scardonen, fuerat, ad biennium datur licentia pontificalia exercendi [et episcopalia administrandi] in dioec. Bosnen., Ioanne epo absente, eadem licentia conc. ad aliud biennium, cum expletum fuerit primum biennium, 20 Sept. 1619 (S. Br. 576 f. 488), 18 Sept. 1621 ad aliud biennium (S. Br. 652 f. 178), per bullam parvam 19 Dec. 1622 ad triennium (S. Br. 692 f. 352), ac deinde 30 Iul. 1624 ad aliud triennium (S. Br. 692 f. 351), ob. circa a. 1625. Iuxta breve apost. 14 Iul. 1618 constat eum iam antea fuisse coadi. epi Bosnen. (cf. supra n. 2).

[8]) In actis vocatur „Niwonia" et a *Gams* minus accurate" „Iuscovich" nuncupatur; nomen eius est „Ivkovich" seu „Hivkovich".

[9]) Pbr. Sebenicen. et Romae praesens, nomin. a rege Hungariae (AC 16 f. 376'); cons. Romae ab Aloysio card.le Caetano 23 Nov. 1631 (Misc. Arm. XIII 33 f. 184). Eodem die 10 Nov. 1631 supradictus Thomas, ep. Scardonen., deput. vic. apost. in dioec. Bosnen. donec Ioan. el. ad illius residentiam se contulerit (S. Br. 781 f. 11).

[10]) Nomin. a caesare uti rege Hungariae (AC 17 f. 192'), ob. circa a. 1645. Bulla provisionis invenitur apud S. Br. 971 f. 851.

[11]) Per breve apost. 24 Iul. 1647 Marianus, ep. Dumnen., tr. fuit ad eccl. Bosnen. cum deputatione in admin.rem eccl. Dumnen. et aliarum eccl. in regno Bosniae (S. Br. 1026 f. 1), ob. 14 Sept. 1660 (*Gams*, 369). Die 30 Dec. 1660 formatus fuit processus pro „Mariano Cisnich de Imota," O. M. Obs. ad eccl. Bosnen. promovendo (P. Dat. a. 1660–1661 f. 299 seq.), tamen non ad eccl. Bosnen. sed 11 Febr. 1664 ad eccl. Macarien. prom. fuit, et 1 Sept. 1670 „Nicolaus Plumbensis" [seu „a Possega"] el. fuit ep. Bosnen. (AC 22 f. 47).

Boven.

[1]) A. 1622: Eccl. cathedr. est sub invocatione Praesentationis B. M. V., archiepi Reginen. suffr., in ea sunt 5 dign. et 14 can., valor ann. fr. mens. epalis 700 duc. illarum partium, taxa $33\frac{1}{3}$ flor. (AM 97 f. 197).

[2]) Promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 15').

[3]) Nat. in dioec. Reginen., phil. et theol. doct., per 11 annos parochus in eccl. S. Thomae in Parione [Romae] (AM 97 f. 197).

[4]) Absolv. a vinc. Lavellen., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 16 f. 207).

[5]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. theol. et mont. piet. (AC 19 f. 69'), ob. m. Iul. 1656 (P. Cons. 54 f. 328').

[6]) Pbr. dioec. Cusentin., iur. utr. doct., promovetur c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 20 f. 7); nat. in terra de Carpenzano dioec. Cusentin., aet. 45 an., proth. apost. (P. Cons. 54 f. 324), ob. m. Iul. 1669.

Bovinen(sis) (Bovino) in Italia inferiori.[1])

ob. Angeli Iustiniani	**Paulus** Tolosi al. Tolosa, Theatin.[2])	30 Apr. 1601	AC 13 f. 154'
tr. Pauli ad Theatin.	**Ioannes Antonius** Galderisius (Galderisi)[3])	11 Ian. 1616	AC 14 f. 41'
ob. Ioannis	**Vincentius** Roviglioni[4])	3 Iun. 1658	AC 20 f. 48

Bracharen(sis) (Braga) in Lusitania, metrop.[1])

ob. Augustini de Iesu	**Alexius** de Menezes, archiep. Goan.[2])	19 Mart. 1612	AC 14 f. 207'
ob. Alexii	**Alphonsus** Furtado de Mendoza, ep. Colimbrien.[3])	12 Nov. 1618	AC 15 f. 112
tr. Alph. ad Ulixbonen.	**Rodericus** a Cunha, ep. Portugallen.[4])	27 Ian. 1627	AV 17 f. 85
tr. Roderici ad Ulixbonen.	**Sebastianus** Matos de Noronha, ep. Elven.[5])	9 Iun. 1636	AC 17 f. 118

Bremen(sis) (Bremen) in Germania.

ob. Friderici archiepi el.[1])	**Leopoldus Guilelmus** ab Austria, admin. Argentinen., et Passavien.[2])	21 Mart. 1635	S. Br.
. . . .	**Franciscus Guilelmus** von Wartenberg, ep. Osnabrugen., fit vic. apost.[3])	4 Maii 1645	S. Br.

Brictinorien(sis) (Bertinoro) in Italia.[1])

ob. Andreae Caligari	**Innocentius** Maximus (Massimo)[2])	20 Maii 1613	AC 14 f. 243'
tr. Innoc. ad Catanien.	**Ioannes** della Robbia, O. P.[3])	29 Iul. 1624	AC 15 f. 237'
ob. Ioannis	**Isidorus** della Robbia, O. S. B. Congr. Cassinen.[4])	10 Mart. 1642	AC 18 f. 98'
ob. Isidori	**Octavianus** Prati[5])	21 Apr. 1659	AC 20 f. 76
ob. Octaviani	**Guido** Bentivolus (Bentivoglio), Theatin.[6])	16 Febr. 1660	AC 20 f. 109'

Bovinen.

[1]) A. 1615: Civitas Bovinen. in provincia Beneventan. habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Marci, in ea sunt 4 dign. et 6 can., valor ann. fr. mens. epalis scut. Roman. 3000 et ultra, pens. antiquae 500 duc. regni Napolitan. et 1600 scut. Roman. pro pers. ecclesiasticis, taxa 50 flor. (AM 97 f. 200).

[2]) Salvis pens. antiquis, reserv. pens. nova scut. Roman. 500 pro pers. nominandis (AC 13 f. 154'). In dictis actis et in bulla provisionis (S. Br. 377 f. 433) vocatur „Tolosus" et „Tolosius"; a nonnullis modernis „Tolosa" nuncupatur.

[3]) Ex civitate Monopolitan., aet. circ. 38 an., iur. utr. doct., 7 annis vic. gen. eccl. Monopolitan. (AM 97 f. 200).

[4]) Cum. ret. compat., reserv. pens. 1500 scut. pro pers. nominandis (AC 20 f. 48), ob. 14 Sept. 1669 (Arch. Vat., Particolari 48 f. 617).

Bracharen.

[1]) A. 1611: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. M. V. [Assumpt.], metrop. cum 4 suffr., Portugallen., Colimbrien., Visen., et Miranden., habet 13 dign., 42 can., et 30 beneficiatos. Valor ann. fr. mens. epalis circ. 43000 cruciatorum, pens.nes 1000 cruciatorum in favorem Inquisitionis Colimbrien., epi de Fez etc. (P. Cons. 1 f. 611'), taxa in libris Camerae 6000 flor. sed, ut dicitur in praeterita expeditione, reducitur ad 4838½ florenos (AM 97 f. 212).

[2]) Nomin. r. cath., reserv. pens. ann. usque ad summam 11075 cruciatorum, non exced. . . . . 3am fr., et currere incipiat a die Nativ. Domini 1610, dummodo expressus archiepi consensus accedat, 2 Apr. 1612 conc. ei pallium (AC 14 ff. 207', 210), ob. m. Maio 1607 (P. Cons. 1 f. 590).

[3]) Nomin. r. cath., promovetur cum ret. compat., salvis pens. antiquis, 4 Mart. 1619 conc. ei pallium (AC 15 ff. 121).

[4]) Absolv. a vinc. Portugallen., cum ret. compat., reserv. pens. duc. auri 5440 pro pers. nominandis, non exced. . . . . 4am fr., 8 Febr. 1627 conc. ei pallium (AV 17 ff. 85—86); nomin. r. cath. ad eccl. Bracharen. 8 Aug. 1626 (P. Cons. 23 f. 560).

[5]) Absolv. a vinc. Elven., cum ret. compat., reserv. una pens. 200 et alia 50 cruciatorum, necnon altera 1000 cruciatorum pro aedificio eccl. Bracharen. ad 20 annos etc., 23 Iun. 1636 ei conc. pallium (AC 17 ff. 118, 120); nomin. r. cath. Portugalliae ad eccl. Bracharen. 9 Nov. 1635 (P. Cons. 34 f. 233), ob. a. 1641 et sedes vacat usque ad 22 Dec. 1670.

Bremen.

[1]) Post „Georgium e ducibus Brunswick", qui 14 Febr. 1561 archiep. Bremen. el. fuerat, ipsa sedes Bremen. cum epis consecratis et a S. Sede confirmatis cessavit, (*Eubel* III², 139), et sequentes epi usque ad Leopoldum fuerunt duces illarum partium, inter quos erant etiam ii qui protestantismo favebant.

[2]) Per breve apost. 21 Mart. 1635 eccl. Bremen. providetur de persona Leopoldi Guilelmi, filii imperatoris et eccl.arum Argentinen. et Passavien. admin., quae eccl. Bremen. vacat a m. Sept. praeterito per mortem Friderici archiepi el. (S. Br. 820 f. 12). Tamen iuxta idem breve usque ad legitimam aetatem Leopoldi pro eccl. Bremen. fiat praesul a nuntio deputandus, qui erit admin. dictae eccl. in temporalibus et spiritualibus. Per breve apost. autem 7 Sept. 1635 idem Leopoldus deput. admin. in spiritualibus ecclesiae Bremen. (S. Br. 945 f. 56).

[3]) Per breve apost. 4 Maii 1645 „Guilelmus, ep. Osnabrugen.," deput. vic. apost. in civitate et dioec. Bremen. (S. Br. 998 f. 1); postea fit etiam ep. Ratisbonen. et card., ob. 1 Dec. 1661 (cf. S. R. E. card. VII, 14).

Brictinorien.

[1]) A. 1624: Civitas Brictinorien. in provincia Aemiliae habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Catharinae Virg. et Mart., archiepi Ravennaten. suffr., in ea sunt 3 dign. et 9 can., valor ann. fr. mens. epalis 2000 aureorum, taxa 350 flor. (AM 97 f. 262).

[2]) Roman., utr. sign. ref., promovetur c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 14 f. 243); fit nunt. Hispaniae 4 Iul. 1622 (S. Br. 661 f. 36).

[3]) Reserv. pens. scut. Florentin. 500 pro Laurentio Rubia, can. Florentin., cum cond. iur. (AC 15 f. 237); nat. Florentiae, aet. 33 an., pbr. O. P. (AM 97 f. 262).

[4]) C. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AC 18 f. 98'); nat. Florentiae, aet. circ. 48 an., pbr. et abb. O. S. B. Congr. Cassinen. (P. Dat. a. 1642 n. 109'—111), ob. m. Nov. 1656 (P. Dat. a. 1659 f. 49').

[5]) C. decr. . . . . erig. ut supra (AC 20 f. 76); nat. Parmae, aet. circ. 60 an., iur. utr. doct., utr. sign. ref. (P. Dat. a. 1659 ff. 47—48).

[6]) Reserv. pens. 400 scut. pro pers. nominandis, c. decr. ut supra (AC 20 f. 109'), resignavit a. 1675 et ob. 1 Febr. 1680.

Briocen(sis) (**Saint-Brieuc**) in Gallia.[1]

ob. Nicolai Lancelier († 1595)	**Melchior** Marconnai[2])	19 Nov. 1601	AC 13 f. 161
ob. Melchioris	**Andreas** le Porc de la Porte[3])	3 Sept. 1618	AC 15 f. 109·
ob. Andreae	**Stephanus** de Vilazel[4])	10 Nov. 1631	AC 16 f. 376'
ob. Stephani	**Dionysius** de la Barde[5])	26 Maii 1642	AC 18 f. 106

Brixien(sis) (**Brescia**) in Italia superiori.[1])

ob. card. Mauroceni	**Marinus** Georgius (Zorzi al. Giorgi)[2])	4 Mart. 1596	AC 13 f. 61
ob. Marini	**Vincentius** Iustinianus (Giustiniani), ep. Tarvisin.[3])	31 Ian. 1633	AC 17 f. 36
ob. Vincentii	**Marcus** Maurocenus (Morosini), ep. Tarvisin.[4])	31 Iul. 1645	AC 19 f. 44
ob. Marci	**Petrus** Ottoboni, S. R. E. card.[5])	7 Dec. 1654	AC 19 f. 257'
libera dim. card. Ottoboni	**Marinus Ioannes** Georgius (Zorzi al. Giorgi)[6])	9 Iun. 1664	AC 21 f. 58

Brixinen(sis) (**Brixen, Bressanone**) in comitatu Tyrolensi.[1])

ob. Andreae card. ab Austria	**Christophorus Andreas** de Spaur, ep. Gurcen.[2])	14 Mart. 1601	AC 13 f. 152
ob. Christophori	**Carolus** ab Austria[3])	2 Iun. 1614	S. Br.
ob. Caroli	**Hieronymus Otho** Agricola[4])	2 Maii 1625	AC 16 f. 64
ob. Hieronymi	**Daniel** Zeno[5])	5 Iul. 1627	AC 16 f. 193'
ob. Danielis	**Guilelmus** de Welsberg[6])	28 Maii 1629	AC 16 f. 294
ob. Guilelmi	**Ioannes** Plazgumer[7])	16 Dec. 1641	AC 18 f. 76
ob. Ioannis	**Antonius** K(C)rosin, ep. Bellinen.[8])	30 Mart. 1648	AC 19 f. 113'
ob. Antonii	**Sigismundus Alfonsus** de Thun[9])	10 Dec. 1663	AC 21 f. 35

Briocen.

[1]) A. 1618: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Stephani, archiepi Turonen. suffr., valor ann. fr. mens. epalis 6000–7000 libr. Turonen., taxa 800 flor. (AM 97 f. 280).

[2]) Nomin. r. xmo, promovetur cum decr. dimittendi mon. Septem Fontium, O. Praem., dioec. Remen., quod in commendam obtinet, reserv. pens. ann. scut. 800 pro Arthuro de Espinax, cler. Xantonen. dioec., dummodo pro proviso 1000 remaneant (AC 13 f. 161), ob. m. Mart. 1617.

[3]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. 1000 libr. Turonen. pro Antonio de Brehan, cler. dioec. Parisien., de consensu regis xmi, non exced. . . . . 3am fr. (AC 15 f. 109'), ob. 22 Iun. 1631.

[4]) Nomin. r. xmo, cum ret. mon. S. Severi, O. S. B., dioec. Constantien. (AC 16 f. 376'), ob. 1 Iun. 1641.

[5]) C. decr. . . . . erig. poenit., sem., et mont. piet. (AC 18 f. 106'); nat. Parisiis, aet. 35–40 an., pbr., theol. doct. Sorbonicus, can. eccl. metrop. Parisien., nomin. r. xmo 10 Iun. 1641 (P. Cons. 40 ff. 160, 167), ob. 22 Maii 1675.

Brixien.

[1]) A. 1645: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Mariae Rotundae, archiepi Mediolanen. suffr., in ea sunt 6 dign. et 17 can., valor ann. fr. mens. epalis 5000 scut., pens. antiquae 1000 scut. (P. Cons. 48 ff. 396–397), taxa 700 scut. (Index Processuum Datariae I).

[2]) Salvis pens. antiquis, reserv. nova pens. 300 scut. (AC 13 f. 61); nob. Venetus, utr. sign. ref., propinquus card. Mauroceni defuncti (AM 52 f. 191), nunt. Florentiae 27 Febr. 1592 (Arm. 44, 36 f. 225), ob. 28 Aug. 1631 (*Gams*, 780).

[3]) Absolv. a vinc. Tarvisin., reserv. pens. 2000 duc. pro pers. nominandis, salvis antiquis, et signanter 1000 pro abbate Gallio, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AC 16 f. 36), ob. 13 Febr. 1645 (*Gams*, 780).

[4]) Absolv. a vinc. Tarvisin., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 19 f. 44), ob. 4 Oct. 1654.

[5]) Cum ret. omnium, quae obtinet (AC 19 f. 257'); cf. S. R. E. card. VI, 26, resignavit eccl. Brixien., el. Sum. Pont. **Alexander** VIII 6 Oct. 1689.

[6]) Utr. sign. ref., c. disp. . . . . aet., cum illi unus m. paulo minus desit ad complendum 30 a. aet. suae, cum ret. mon. S.mae Trinitatis Veronen., quod obtinet, reserv. card.li cedenti pens. ann. 2000 scut. Roman., ac ius conferendi etc. (AC 21 f. 58); ob. 24 Oct. 1678.

Brixinen.

[1]) A. 1625: Civitas Brixinen. in comitatu Tyrolensi, quae epo suo subest etiam in temporalibus uti principi suo, qui etiam sacri Imperii princeps est, habet eccl. cathedr. sub invocatione SS. Petri et Pauli, archiepi Salisburgen. suffr.; eccl. habet 2 dign., 19 can., et circ. 20 beneficiatos, valor ann. fr. mens. epalis 20000 flor. illarum partium, taxa 300 flor. (AM 97 f. 185).

[2]) Confirm. postul. de Andrea a capitulo Brixinen. facta (AC 13 f. 152'), a. 1573 ad eccl. Gurcen. el. (*Eubel* III[2], 207), ob. 10 Ian. 1613.

[3]) Bulla provisionis data fuit quarto Nonas Iunii 1614 (S. Br. 618 f. 305), ob. Matriti 28 Dec. 1624 et mors eius capitulo Brixinen. nuntiata fuit 25 Ian. 1625 (P. Cons. 31 f. 15).

[4]) C. decr. . . . . prof. fidei (AC 16 f. 64); decan. eccl. Brixinen., nat. in oppido Dilingano, aet. supra 50 a., iur. utr. doct., el. a capitulo Brixinen. 5 Mart. 1625 (P. Cons. 21 ff. 3', 15), ob. 6 Mart. 1627.

[5]) Confirm. electio etc.; processus sanatus fuit a Sacra Congr. Consist., quia non a nuntio confectus fuerat, sed a suffr. eccl. Tridentin. (AC 16 f. 193'); theol. doct., can. (et praepos.) eccl. Brixinen., fam. et cubic. S.mi, in ord. pbr. 1 Maii 1627 (P. Cons. 23 ff. 2, 33, 35), nat. in loco Tassari dioec. Brixinen. (P. Dat. a. 1627 f. 395'), ob. 24 Sept. 1628.

[6]) Ex familia baronum Welsberg, can. Brixinen., et decan. Salisburgen., confirm. electio ut supra, a. 45 agens (AC 16 f. 294), ob. 27 Mart. 1641 (P. Cons. 39 f. 107).

[7]) Confirm. electio etc. ut supra, c. decr. . . . . erig. theol. et poenit. (AC 18 f. 76); nat. Castribelli dioec. Curien., aet. 76 an., in ord. pbr. Romae 23 Apr. 1595 (P. Cons. 39 ff. 94', 106'), theol. doct., decan. eccl. Brixinen., el. a capitulo Brixinen. 13 Iun. 1641 (l. c. ff. 107–108), ob. 12 Maii 1647.

[8]) Electio seu postulatio de pers. Antonii iam facta declaratur nulla et invalida iuxta decr. Sacrae Congr. Consist., cum ret. compat., absolv. a vinc. Bellinen., c. decr. . . . . prof. fidei, necnon erig. ut supra (AC 19 f. 113'), ob. 14 Mart. 1663 (P. Cons. 60 f. 228).

[9]) Electio etc. ut supra, cum. ret. can.tus et praebendae eccl. Tridentin., c. decr. ut supra (AC 21 f. 35); nat. in castro de Thun dioec. Tridentin. ex comitibus de Thun, aet. circ. 40 an., can. et archidiac. eccl. Tridentin., el. a capitulo Brixinen. 21 Maii 1663 (P. Cons. 60 ff. 224–231), fit ep. Tridentin. simul cum ret. ecclesiae Brixinen. 9 Sept. 1669 (AC 22 f. 28'), ob. 2 Febr. 1677.

Brugen(sis) (Brugge, Bruges) in Flandria.[1])

ob. Remigii Driutii	**Matthias** Lambrecht[2])	20 Dec. 1595	AC 13 f. 58'
ob. Matthiae	**Carolus Philippus** Rodoan, ep. Middelburgen.[3])	26 Maii 1603	AC 13 f. 181
ob. Caroli	**Antonius** Triest[4])	3 Apr. 1617	AV 15 f. 150'
tr. Ant. ad Gandaven.	**Dionysius** Christophori[5])	8 Aug. 1622	AV 16 f. 39
ob. Dionysii	**Servatius** Quinchere al. Quinker[6])	18 Mart. 1630	AC 16 f. 329'
ob. Servatii	**Nicolaus** Haudion[7])	16 Sept. 1641	AC 18 f. 63
ob. Nicolai	**Carolus** Van den Bossch[8])	17 Apr. 1650	AC 19 f. 190
tr. Caroli ad Gandaven.	**Robertus** de Haynin[9])	19 Dec. 1661	AC 20 f. 169'

Brugnaten(sis) (Brugnato) in Italia superiori.[1])

tr. Camilli ad Fossanen.	**Stephanus** Balianus (Bagliani)[2])	11 Maii 1592	AC 13 f. 8
ob. Stephani	**Franciscus** Mutinus (Motini)[3])	29 Apr. 1609	AV 15 f. 57
ob. Francisci	**Vincentius** Spinola, O. E. S. Aug., ep. Tagasten.[4])	6 Mart. 1623	AV 16 f. 49'
ob. Vincentii	**Franciscus** Duratius (Durazzo)[5])	16 Ian. 1640	AC 17 f. 204
ob. Francisci	**Ioannes Thomas** G(C)astaldi, O. P.[6])	26 Aug. 1652	AC 19 f. 216'
ob. Ioannis	**Ioannes Baptista** Paggi, Congr. Barn.[7])	14 Iun. 1655	AC 19 f. 264
ob. Ioan. Bapt.	**Ioannes Baptista** de Dece (al. Dadece), Theatin.[8])	2 Iul. 1663	AC 21 f. 20'

Brundusin(a) (Brindisi) in Italia inferiori, metrop.[1])

ob. Andreae de Ayardi	**Ioannes** de Pedrosa, O. S. B.[2])	25 Maii 1598	AC 13 f. 94
ob. Ioannis	**Ioannes** Falces de S. Stephano, O. S. Hier.[3])	4 Iul. 1605	AV 15 f. 5
ob. Ioannis Falces	**Franciscus** Surgenti, Theatin.[4])	1 Mart. 1638	AC 17 f. 156'

Brugen.

[1]) A. 1617: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Donatiani, metrop. Mechlinien. suffr., in ea sunt 6 dign. et 27 can., valor. ann. fr. mens. epalis 9000 flor. illarum partium sed magnis oneribus gravatur, taxa 1000 flor. (AM 97 f. 284).

[2]) Promovetur cum cond. iur. pro medietate (AC 13 f. 58'), ob. 1 Iun. 1602.

[3]) Nomin. a principibus Belgii cum cond. iur. pro hac vice (AC 13 f. 181), ob. 7 Iul. 1616.

[4]) Nomin. a. principibus Belgii (AV 15 f. 150); nat. in civitate Brugen., aet. circ. 40 an., decan. eccl. Brugen., iur. utr. lic. (AM 97 f. 284), ob. 15 Mart. 1622.

[5]) Nomin. ut supra (AV 16 f. 39); nat. Antwerpiae, aet. circ. 45 an. [scil. a. 1620], in ord. pbr. Antwerpiae 24 Ian. 1599, theol. lic. Lovanii 30 Mart. 1600, can. eccl. Brugen. 17 Apr. 1604, deinde decan. eiusdem eccl. (P. Cons. 17 ff. 27', 64', 66', 69), ob. 6 Iul. 1629.

[6]) C. decr. . . . . repar. dom. eplis (AC 16 f. 329'); nat. in civitate Brugen. et ib. in par. eccl. B. M. V. bapt. 7 Apr. 1569, in ord. pbr. 17 Apr. 1593, theol. lic. Lovanii 23 Nov. 1594, can., archidiac., ac deinde decan. eccl. Brugen. (P. Cons. 27 ff. 1075—1082), nomin. ab Isabella infante Hispaniarum 31 Oct. 1629 (l. c. f. 1038), ob. 13 Mart. 1639.

[7]) Nomin. a serenissimo card.le infante de mandato regis cath. (AC 18 f. 63); nat. Bruxellis, aet. circ. 45 an. [a. 1640], iur. can. lic., decan. eccl. Gandaven. (P. Cons. 39 f. 120'), ob. 24 Sept. 1649 (P. Cons. 51 ff. 731, 734', 738).

[8]) C. decr. . . . . repar. dom. eplis, et erig. theol. (AC 19 f. 190); nat. Bruxellis, aet. an. circ. 50 [scil. a 1650], in ord. pbr. a. 1622, decan. eccl. Brugen. (P. Cons. 51 ff. 711—12), nomin. a Leopoldo Guilelmo, archiduce Austriae 7 Ian. 1650 (l. c. f. 744).

[9]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., ac sem. (AC 20 f. 170); nat. in pago Habarcq in Artesia et ib. bapt. 30 Oct. 1613, theol. et iur. utr. lic. ex univ. Duacen. (P. Cons. 59 ff. 606—609), ob. 10 Dec. 1668.

Brugnaten.

[1]) A. 1609: Eccl. cathedr. est sub invocatione Principis Apostolorum, archiepi Ianuen. suffr., in ea sunt 1 dign. et 4 can. cum redditibus tenuibus, valor ann. fr. mens. epalis 800 scut., taxa 33 flor. (AM 97 f. 279).

[2]) Promovetur cum ret. pens. ann. duc. auri 50, quam prov. obtinet super fructibus archidiac.tus Ianuen., necnon aliorum compat. (AC 13 f. 8).

[3]) Cum ret. compat. (AV 15 f. 57); ex Terra Ericis [*Lerici*] in Liguria ortus, aet. an. 45, iur. utr. doct., can. basilicae Lateranen. (AM 97 f. 279).

[4]) Cum ret. compat., et c. decr., quod per hanc promotionem eccl. Tagasten. eo ipso vacet (AV 16 f. 49').

[5]) C. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., ac mont. piet. (AC 17 f. 204).

[6]) C. decr. . . . . erig. ut supra (AC 19 f. 210'); nat. in terra Alassio Albinganen. dioec., aet. ultra 55 a., mag theol. (P. Cons. 51 ff. 757—58).

[7]) C. decr. . . . . erig. ut supra (AC 19 f. 264); nat. Ianuae, aet. circ. 40 an., provincialis prov. Romanae Congr. Barn. (P. Cons. 51 ff. 764—65), ob. 8 Febr. 1663.

[8]) C. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis, necnon erig. etc., ut supra (AC 21 f. 20'); nat. Ianuae, prof. solemnem in Congr. Theatin. emisit 25 Mart. 1635 (P. Cons. 60 f. 192), ob. a. 1696. Latine ipse subscripsit „de Dece" (P. Cons. 60 f. 191) et Italice a modernis vocatur „Dadece".

Brundusin.

[1]) A. 1605: Eccl. metrop. est sub invocatione S. Theodori, in ea sunt 4 dign. et plures can. beneficiati, valor ann. fr. mens. epalis 3000 duc., taxa flor. 400 (AM 97 f. 277).

[2]) Nomin. r. cath., reserv. pens. duc. 100 pro pers. nominandis, non exced . . . . 3am fr. (AC 13 f. 94), ob. m. Ian. 1604.

[3]) Nomin. r. cath., conc. ei pallium 18 Iul. 1605 (AV 15 ff. 5, 7); nat. in loco de S. Stephano dioec. Cathalaunen., pater eius fuit „Sebastianus de Falces" (P. Cons. 11 A. f. 338).

[4]) Nomin. r. cath., c. decr. . . . . prof. fidei, ac erig. theol., poenit., sem., et mont. piet., 22 Mart. 1638 conc. ei pallium (AC 16 ff. 156', 159).

tr. Franc. ad Monopolitan.	**Dionysius** Odriscol, O. M. Obs.[5])	5 Mart. 1640	AC 17 f. 206
ob. Dionysii	**Laurentius** de Reynoso[6])	19 Febr. 1652	AC 19 f. 207'
ob. Laurentii	**Franciscus** de Estrada[7])	28 Iul. 1659	AC 20 f. 83'

Buduen(sis) seu **Buduan(a)** (Buda) in Dalmatia.[1])

. . . .	**Franciscus** Cruta, vic. apost.[2])	7 Ian. 1634	S. Br.
. . . .	**Ioannes** Bactuta, vic. apost.[3])	5 Iul. 1646	S. Br.
. . . .	**Ioannes** Marchevich, vic. apost.[4])	15 Oct. 1648	S. Br.

Buenos Aires (de) v. **Trinitatis, Sanctissimae**

Bugiens(sis) (Bugia) in Africa, tit.

certo modo	**Ferdinandus** de Vera, O. E. S. Aug., fit suffr. Pacen.[1])	17 Febr. 1614	AC 14 f. 263

Burdegalen(sis) (Bordeaux) in Gallia, metrop.[1])

ob. Anton Prévost († Oct. 1591)	**Franciscus** d'Escoubleau de Sourdis, S. R. E. card.[2])	5 Iul. 1599	AC 13 f. 118
ob. card. de Sourdis	**Henricus** d'Escoubleau de Sourdis, ep. Malleacen.[3])	16 Iul. 1629	AC 16 f. 298
ob. Henrici	**Henricus** de Bethune, ep. Malleacen.[4])	18 Maii 1648	AC 19 f. 118

Burgen(sis) (Burgos) in Hispania, metrop.[1])

ob. Christophori Vela	**Antonius** Zapata y Cisneros, ep. Pampilonen.[2])	11 Sept. 1600	AC 13 f. 144'
Ant. fit card.	**Alphonsus** Manrique[3])	20 Oct. 1604	AC 13 f. 200'
ob. Alphonsi	**Ferdinandus** de Azevedo, ep. Oxomen.[4])	2 Iun. 1613	AV 15 f. 104'
ob. Ferdinandi	**Iosephus** Gonzalez de Villalobos, archiep. Compostellan.[5])	12 Aug. 1630	AC 16 f. 338'

[5]) Nomin. r. cath., 26 Mart. 1640 conc. ei pallium, petente Domino Cecchino (AC 17 ff. 206, 207), ob. m. Aug. 1650.

[6]) Nomin. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 300 scut. pro pers. nominandis, non exced . . . . 3am fr., c. decr. . . . . vac. par. eccl., quam obtinet, ac repar. cathedr., necnon erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 207'); nat. in civitate Guadalaxara Toletan. dioec., mag. theol., rector par. eccl. S. Petri, Matriti (P. Cons. 51 ff. 783'—84), nomin. r. cath. 22 Aug. 1651 (l. c. f. 788), ob. m. Mart. 1656. Post mortem „Laurentii" apud *Gams* (p. 863) habetur quidem „Didacus de Prado", O. Merc., qui m. Iun. 1656 a rege cath. ad eccl. Brundusin. praesent. fuit ac deinde m. Apr. 1658 ob.

[7]) Cum ret. compat., reserv. pens. 300 duc. etc., ut supra, c. decr. . . . . erig. ut supra, 1 Sept. 1659 conc. ei pallium (AC 20 ff. 83', 88); nat. in civitate de Montiglia dioec. Corduben., aet. circ. 60 an., iur. utr. doct., can. eccl. Guadicen. (P. Cons. 57 f. 664'), ob. m. Nov. 1671.

Buduen.

[1]) Ultimus ep. eccl. Buduen. sub archiepo Ragusin. in Dalmatia, quae a longo tempore tit. fuerat, fuit „Antonius Ciurlit" (el. 4 Febr. 1558, *Eubel* III[2], 142). Nunc est potius missio.

[2]) Per breve apost. 7 Ian. 1634 „Franc. Cruta", pbr. Antibaren., deput. vic. apost. ecclesiae Buduan. iuxta decr. Sacrae Congr. Prop. die 13 Aug. 1633 (S. Br. 806 f. 49).

[3]) Per breve apost. 5 Iul. 1646 „Ioan. Bactuta", Buduan., deput. vic. apost. dioec. Buduan. iuxta decr. Sacrae Congr. Prop. die 13 Iun. 1646 (S. Br. 1012 f. 44).

[4]) Per breve apost. 15 Oct. 1648 „Ioan. Marchevich", decan. can.orum Buduae, deput. vic. apost. dioec. Buduan. (S. Br. 1040 f. 1).

Bugien.

[1]) Fit suffr. epi Pacen. cum decr., ne possit pontificalia exercere nec cons. suscipere, nisi prius sibi rite et legitime fuisset per consanguineos assignata pens. ann. scut. 400, quae non possit alienari durante ipsius vita (AC 14 f. 263); postea fit ep. S. Dominici, deinde de Cuzco, et Liman.

Burdegalen.

[1]) A. 1646: Eccl. metrop. est sub invocatione S. Andreae, in ea sunt 9 dign. et 26 can., valor ann. fr. mens. archiepalis 2700 libr. (P. Cons. 48 ff. 412 413), taxa 4000 flor. (*Eubel* III[2], 142).

[2]) Nomin. r. xmo, promovetur c. disp. . . . . aet., 15 Ian. 1601 conc. ei pallium (AC 13 ff. 118, 150); cf. S. R. E. card. I, 32.

[3]) Nomin. r. xmo, absolv. a vinc. Malleacen., cum ret. mon. B. Mariae de Royaulmant, O. Cist., dioec. Belvacen., et alterius S. Iovini de Marvis, O. S. B., dioec. Pictaven. (AC 16 f. 298'), 20 Aug. 1629 conc. ei pallium (AC 16 f. 303'), ob. 18 Iun. 1645.

[4]) Absolv. etc., ut supra, c. decr. . . . . erig. poenit. et mont. piet., cum ret. compat., 15 Iun. 1648 conc. ei pallium (AC 19 ff. 118, 120); nomin. r. xmo ad eccl. Burdegalen. 21 Nov. 1646 (P. Cons. 48 f. 402), ob. 11 Maii 1680.

Burgen.

[1]) A. 1604: Civitas Burgen. est caput regni Castellae Veteris, et habet eccl. metrop. sub invocatione Assumptionis B. M. V., in qua sunt plures dign. et 44 can.; valor ann. fr. mens. archiepalis 40000 duc. illarum partium, taxa 2400 flor. (AM 97 f. 242).

[2]) Absolv. a vinc. Pampilonen., nomin. r. cath., reserv. pens. novarum scut. 9300, c. decr. . . . . prof. fidei, 25 Sept. 1600 conc. ei pallium (AC 13 ff. 144' 145'); fit card. 17 Sept. 1603 (cf. S. R. E. card. I, 38).

[3]) Nomin. r. cath., salvis pens. antiquis, reserv. pens. novae duc. Hispan. 4000, c. decr. . . . . prof. fidei, 25 Oct. 1604 conc. ei pallium (AC 13 f. 200'); aet. 44 an., theol. doct., iur. can. lic. (AM 97 f. 242), ob. m. Sept. 1612.

[4]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Oxomen., cum ret. unius simplicis benef. compatibilis (AV 15 f. 104'), ob. m. Febr. 1629.

[5]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Compostellan., reserv. pens. ann. 400 duc. Hispan. pro collegio sive domo orphanorum in civit. Burgen., videlicet 50 statim et 350 quandocumque cessaverint pens.nes antiquae usque ad dictam summam, 9 Sept. 1630 conc. ei pallium (AC 16 ff. 338', 341'), ob. m. Mart. 1631.

ob. Iosephi	**Ferdinandus** de Andrade y Sotomayor, ep. Palentin.[6])	10 Nov.	1631	AC 16 f. 376
tr. Ferd. ad Seguntin.	**Franciscus** Manso y Zuniga, ep. Carthaginen.[7])	8 Oct.	1640	AC 18 f. 26
ob. Francisci	**Ioannes** Perez Delgado, ep. Salamantin.[8])	15 Ian.	1657	AC 20 f. 5
ob. Ioannis	**Antonius** Payno, ep. Zamoren.[9])	25 Febr.	1658	AC 20 f. 35
tr. Ant. ad Hispalen.	**Didacus** de Texada y Guardia, ep. Pampilonen.[10])	26 Nov.	1663	AC 21 f. 31
ob. Didaci	**Henricus** de Peralta y Cardenas, ep. Palentin.[11])	13 Apr.	1665	AC 21 f. 91'

Burgi S. Domnini (Borgo San Donnino, Fidenza) in Italia[1]) Er. a. 1601.

noviter erecta	**Papirius** Picedi[2])	8 Ian.	1603	AC 13 f. 175
tr. Papirii ad Parmen.	**Ioannes** Linati[3])	4 Dec.	1606	AC 14 f. 51'
tr. Ioan. ad Placentin.	**Thomas** al. **Alphonsus** de Puteo (Pozzi)[4])	30 Mart.	1620	AC 15 f. 140
ob. Alphonsi	**Ranutius** Scotti[5])	22 Mart.	1627	AC 16 f. 180
libera cess. Ranutii	**Philippus** Casoni[6])	27 Febr.	1651	AC 19 f. 187'
ob. Philippi	**Alexander** Pallavicini, O. S. B. Congr. Cassinen.[7])	12 Ian.	1660	AC 20 f. 102'

Burgi S. Sepulcri (Borgo San Sepolcro) in Italia (Tuscia).[1])

ob. Nicolai Tornabuoni	**Alexander** Burgus (Borghi)[2])	22 Iun.	1598	AC 13 f. 95
lib. dim. Alexandri	**Hieronymus** Incontri[3])	19 Dec.	1605	AC 14 f. 25
cess. et postea ob. Hieronymi	**Ioannes** Gualterius (Gualtieri)[4])	2 Dec.	1615	AC 15 f. 35
ob. Ioannis	**Philippus** Salviati[5])	12 Aug.	1619	AC 15 f. 127'
ob. Philippi	**Zenobius** Medici, O. P.[6])	20 Nov.	1634	AC 17 f. 78
ob. Zenobii	**Dionysius** Bussotti, gen. O. S. M.[7])	19 Apr.	1638	AC 17 f. 160'
ob. Dionysii	**Cherubinus** Malaspina, O. P.[8])	30 Aug.	1655	AC 19 f. 269'
ob. Cherubini	**Ioannes** Baldovinetti[9])	12 Dec.	1667	AC 21 f. 178

[6]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Palentin. cum ret. compat., 15 Dec. 1631 conc. ei pallium (AC 16 ff. 376, 378).

[7]) Praesent. etc., absolv. a vinc. Carthaginen., cum ret. compat., reserv. pens. 8500 duc. Hispan., computatis antiquis, pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet., 9 Nov. 1640 conc. ei pallium (AC 18 ff. 26, 32), ob. 27 Dec. 1655.

[8]) Absolv. a vinc. Salamantin., praesent. a rege cath., cum ret. compat., reserv. pens. unius 4000 duc. pro card.le Hieronymo Columna, et aliarum pens., comprehensis antiquis, usque ad summam 12874 duc. pro pers. a S.te S. nominandis etc. ut supra, 12 mart. 1657 conc. ei pallium (AC 20 ff. 5, 11), ob. m. Iul. 1657.

[9]) Absolv. etc. ut supra, reserv. pens. 12874 duc. pro pers. nominandis etc. ut supra, 18 Mart. 1658 conc. ei pallium (AC 20 ff. 35, 39).

[10]) Absolv. etc. ut supra, cum ret. compat., reserv. pens. 12300 duc. Hispan. etc. ut supra, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet., 10 Dec. 1663 conc. ei pallium (AC 21 ff. 31, 36'); nomin. r. cath. 24 Iul. 1663 (P. Cons. 60 f. 248), ob. m. Iul. 1664.

[11]) Absolv. etc., ut supra, reserv. pens. 11346 duc. Hispan. etc. ut supra, 22 Apr. 1665 conc. ei pallium (AC 21 ff. 91', 96'), ob. m. Nov. 1679.

Burgi S. Domnini.

[1]) Die 12 Febr. 1601 S.mus D. N. erexit oppidum Burgi S. Domnini in ducatu Parmae et Placentiae consistens, in civitatem et eccl. oppidi in cathedralem cum omnibus in cedula et litteris apost. conficiendis (AC 13 f. 151). Bulla erectionis ecclesiae S. Domnini S. Sedi immed. subi. pridie Idus Februarii 1601 invenitur apud S. Br. 378 f. 88. A. 1606: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Domnini, praetenditur exempta, in ea sunt octo can., valor ann. fr. mens. epalis 1800 scut., taxa 200 flor. (AM 97 f. 245).

[2]) Promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 175).

[3]) Promovetur cum ret. duarum praeceptoriarum O. Reg. S. Antonii Viennen., quas obtinet, scil. unius praeceptoriae in civitate Burgi S. Domnini et alterius in civitate Parmen. (AC 14 f. 51'); Parmen., iur. utr. doct., ex regulari ordine S. Antonii Viennen. (AM 97 f. 245).

[4]) Cons. Romae a card.le Ubaldino 5 Apr. 1620 (Misc. Arm. XIII 33 f. 156'), ob. m. Aug. 1626 (P. Cons. 24 f. 342).

[5]) Placentin., c. disp. . . . . sacr. ord., cum ret. compat., c. decr. . . . . 100 scut. repar. cathedr. et dom. epalis, sed postea S. S. declarat epum non teneri amplius expendere illa scuta 100 (AC 16 f. 180); nat. Parmae ex familia nob. 19 Iul. 1597, iur. utr. doct. Senen. 21 Nov. 1616, utr. sign. ref. (P. Cons. 24 ff. 358—361), fit assistens solio S.mi 22 Apr. 1630 (S. Br. 762 f. 908), nunt. apud Helvetios 22 Maii 1630 (Ep. ad Princ. 44 f. 240') usque ad 7 Sept. 1639, qua die fit nunt. apud regem Galliae (S. Br. 876 f. 453), absolv. a vinc. eccl. Burgi S. Domnini 5 Aug. 1645 (S. Br. 1000 f. 7), praef. palatii apost. 20 Dec. 1653 (S. Br. 1104 f. 34), fac. testandi 23 Sept. 1654 (S. Br. 1112 f. 5).

[6]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . repar. dom. eplis, necnon erig. theol., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 188); cons. Romae ab. em. Iulio card.le Roma 12 Mart. 1652 (Misc. Arm. XIII 33 f. 220), ob. 22 Iul. 1659 (P. Dat. a. 1659 f. 274').

[7]) C. decr. . . . . erig. mont. piet. (AC 20 f. 102'); nat. Parmae, aet. circ. 45 an., O. S. B. Congr. Cassinen. (P. Cons. 58 ff. 20'—23), ob. m. Maio 1675.

Burgi S. Sepulcri.

[1]) A. 1605: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Ioannis Evangelistae, archiepi Florentin. suffr., valor ann. fr. mens. epalis circ. 1650 scut., taxa 83 flor. (AM 97 f. 210).

[2]) Promovetur cum ret. compat., et cum cond. iur. (AC 13 f. 95); resignavit, deinde ob. Romae 9 Aug. 1613 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 75').

[3]) Reserv. pens. ann. scut. 370 pro epo cedente (AC 14 f. 25); nat. in civitate Volaterran., prior eccl. S. Petri dictae civitatis (AM 97 f. 210).

[4]) Cum ret. compat. (AC 15 f. 35); ortus Aretii, aet. 50 an., iur. utr. doct., iam vic. et aud. card. de Vicentia (AM 97 f. 270), cons. Romae a Metello card.le Bichio 6 Dec. 1615 (Misc. Arm. XIII 33 f. 142'), ob. Romae 20 Maii 1619 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 77).

[5]) Nat. Florentiae, aet. 41 an., iur. utr. doct. (AM 97 f. 211), cons. Romae a card.le Bandino 18 Aug. 1619 (Misc. Arm. XIII 33 f. 153').

[6]) C. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem., necnon erig. cathedr., ac instr. supellect. (AC 17 f. 78'); Florentin., mag. theol. O. P., iam poenit. Romae in bas. S. Mariae Maioris (P. Cons. 33 A f. 369).

[7]) Prior gen. O. S. M., promovetur c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AC 17 f. 160'); cons. Romae a rev.mo card.le Polo 25 Apr. 1638 (Misc. Arm. XIII 33 f. 200).

[8]) C. decr. ut supra (AC 19 f. 269), ob. m. Mart. 1667.

[9]) C. decr. . . . . ut supra (AC 21 f. 178), ob. m. Sept. 1671.

Buscoducen(sis) (Bois-le-Duc, s'Hertogenbosch) in ducatu Brabantiae.[1]

ob. Clementis Crabbeels	**Gibertus** Masius (Maes)[2]	25 Oct. 1593	AC 13 f. 29'
ob. Giberti	**Nicolaus** Zoes[3]	30 Mart. 1615	AV 15 f. 121'
ob. Nicolai	**Michael** Ophovius (van Ophoven), O. P.[4]	22 Iun. 1626	AC 16 f. 137'
ob. Michaelis	**Iosephus** de Bergaigne, O. M. Obs.[5]	13 Maii 1641	AC 18 f. 50'
. . . .	**Eugenius Albertus** d'Allamont, ep. Ruremonden., fit vic. apost.[6]	8 Nov. 1662	S. Br.

Caballicen(sis) v. **Cavallicen(sis)**

Cabillonen(sis) (Châlon-sur-Saône) in Gallia.[1]

cess. Pontii de Thyard	**Cyrus** de Thyard[2]	24 Ian. 1594	AC 13 f. 32
ob. Cyri	**Iacobus** Neuchéze[3]	7 Oct. 1624	AV 17 f. 38
ob. Iacobi	**Ioannes** Maupeou[4]	21 Apr. 1659	AC 20 f. 76'

Caceres(de) (Nueva Cáceres) in ins. Philippinis.[1] Er. 1595.

noviter erecta	**Ludovicus** de Maldonado, O. M. Obs.[2]	30 Aug. 1595	AM 52 f. 100
ob. Ludovici	**Franciscus** de Ortega, O. S. A.[3]	13 Sept. 1599	AC 13 f. 128'
ob.	**Balthasar** de Covarrubias, O. S. A.[4]	13 Ian. 1603	AC 13 f. 175'
tr. Balthasaris ad de Antequera	**Petrus** Godinez, O. M. Obs.[5]	12 Dec. 1605	AC 14 f. 24'
ob. Petri	**Petrus** Matias, O. M. Discalceatorum[6]	17 Sept. 1612	AC 14 f. 223
ob. Petri Matias	**Didacus** de Guevara, O. S. A.[7]	3 Aug. 1616	AC 15 f. 56
ob. Didaci	**Ludovicus** de Canizares, O. Minim.[8]	1 Iul. 1624	AC 15 f. 236'
ep. deput. coadi. de Comayagua	**Franciscus** de Zamudio y Abendano, O. S. A.[9]	10 Iul. 1628	AC 16 f. 252'
ob. Francisci	**Nicolaus** de Zaldivar y Zapata, O. S. A.[10]	2 Maii 1644	AC 18 f. 203
ob. Nicolai	**Antonius** de S. Gregorio, O. M. Obs.[11]	17 Nov. 1659	AC 20 f. 98

Buscoducen.

[1]) A. 1614: Epatus Buscoducen. situs est in finibus ducatus Brabantiae, eccl. cathedr. est sub invocatione S. Ioannis Evang., archiepi Mechlinien. suffr., valor ann. fr. mens. epalis 8000 flor. Brabantiae sed belli causa ep. habet multas expensas (P. Cons. 14 f. 4), taxa 1000 flor. (AM 97 f. 183).

[2]) Promovetur cum cond. iur. Sacri Coll., et Camerae (AC 13 f. 29').

[3]) Nomin. a principibus Belgii (AV 15 f. 121'); nat. 5 Aug. 1564, iur. utr. lic. Duacen. a. 1588, in ord. pbr. a. 1591, can. eccl. Tornacen. (P. Cons. 14 f. 441'), ob. 22 Aug. 1625 (P. Cons. 22 f. 297).

[4]) Nat. Buscoduci, aet. circ. 56 an., pbr. O. P., mag. theol., nomin. ab Isabella infante Hispaniarum 6 Febr. 1626 (P. Cons. 22 ff. 269, 277').

[5]) Praesent. a serenissimo card.le infante Hispaniarum de mandato regis cath. uti ducis Brabantiae (AC 18 f. 50'); nat. Antwerpiae et ib. bapt. in eccl. cathedr. 1 Maii 1588, in ord. pbr. 16 Iun. 1612, O. M. Obs. (P. Cons. 39 ff. 151—159), tr. ad eccl. Cameracen. 28 Maii 1646.

[6]) Per breve apost. 8 Nov. 1662 deput. vic. apost. dioec. Buscoducen. (S. Br. 1266 f. 1), 7 Iun. 1666 transfertur ab eccl. Ruremonden. ad eccl. Gandaven. (cf. Gandaven.). In minutis dicti brevis apost. dicitur quod experientia constat numerum magnum catholicorum in dioec. Buscoducen. a simplici pbr. saeculari cum titulo vicarii gen. iam defuncti archiepi Ephesin., non posse sufficienter provideri, ac proinde vic. apost. pro ipsa dioec. deput. (l. c. f. 2). Per breve apost. Iacobus de Turre, pbr. de Hollandia, deput. coadi. Philippi Rovenii, archiepi Philippen. et vic. apost. in Hollandia, et mortuo Philippo [11 Oct. 1651], idem Iacobus, archiep. Ephesin. deput. vic. apost. in partibus Hollandiae et Zelandiae (S. Br. 1085 f. 529), et ob. 16 Sept. 1661. Iuxta *Gams* (p. 253) habentur vic. generales (ipsius vic. apostolici): a. 1645 „Henricus van dem Leemputte", et a. 1658 „Iodocus Houbrahen".

Cabillonen.

[1]) A. 1624: Civitas Cabilonen. in ducatu Burgundiae habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Vincentii, archiepi Lugdunen. suffr., in qua sunt 7 dign. et 25 can., taxa 700 flor. (AM 97 f. 541).

[2]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. ann. scut. 1000 pro epo cedente (AC 13 f. 32), ob. 3 Ian. 1624.

[3]) Nomin. r. xmo, cum ret. compat., c. admon. . . . . repar. cathedr. (AV 17 f. 38); pbr. Pictaven. dioec., aet. 32 an., theol. mag. (AM 97 f. 541), ob. 1 Maii 1658.

[4]) Nomin r. xmo, cum ret. compat., c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis, instr. supellect., necnon erig. mont. piet. (AC 20 f. 76'); pbr. Parisien., aet. 35 an. [a. 1658], iur. can. doct. (P. Cons. 57 f. 396'), ob. 2 Maii 1677.

Cáceres (de).

[1]) Die 14 Aug. 1595 erecta fuit huiusmodi sedes (cf. Nominis Iesu). A. 1624: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Ioannis Bapt., in qua nondum sunt erectae dign., can.tus, nec praebendae, valor ann. fr. mens. epalis duc. 1500, taxa flor. 33 1/3 (AM 97 f. 544); suffr. archiepi Manilen.

[2]) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . prof. fidei, et c. decr., quod nuntius S.tis S. possit subdelegare personas ad dividendos, limitandos fines dioec. toties quoties opus fuerit, et cum facultate erigendi dign., can. etc. sicut in ceteris eccl. cathedr. (AM 52 f. 100).

[3]) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 13 f. 128').

[4]) Praesent. r. cath. (AC 13 f. 175'), ob. m. Iun. 1605.

[5]) Praesent. r. cath. (AC 14 f. 24').

[6]) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 14 f. 223).

[7]) Praesent. r. cath. (AC 15 f. 56); nat. in civitate Baëza dioec. Giennen., aet. an. 48, theol. mag., prior, visitator, definitor ac reformator fratrum Recollectorum et fundator illius ordinis in regno del Chapon (AM 97 f. 453).

[8]) Praesent. r. cath. (AC 15 f. 236'); fit coadi. c. f. s. epi de Comayagua (Honduras) 19 Iun. 1628.

[9]) Praesent. r. cath. aet. 64 an., theol. mag., O. S. Aug. cum ret. compat. (AC 16 f. 253).

[10]) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet., necnon cons. ab epo et 2 dign. (AC 18 f. 203); iuxta *Gams* (p. 114) ob. a. 1646 adhuc non cons.

[11]) Praesent. r. cath., c. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign., c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 20 f. 98); ob. circa a. 1661 et sedes vacat usque ad nomin. „Balthasaris de Herrera" a rege cath. a. 1671 (al. 1674), qui tamen ob. 1675 a S. Sede adhuc non confirm. M. Aug. 1679 „Andreas Gonzaly", O. P. nomin. a rege cath. (*Gams*, 114) et a S. Sede 10 Sept. 1685 confirm. (AC 23 f. 170').

Caesaraugustan(a) (Saragozza, Zaragoza) in Hispania. metrop.[1]

. . . .	**Alphonsus** Gregorio[2])	10 Mart. 1593	AV 13 f. 42'
ob. Alphonsi	**Thomas** Borja (Borgia), ep. Malacitan.[3])	30 Apr. 1603	AC 13 f. 180
ob. Thomae	**Petrus** Manrique, ep. Dertusen.[4])	8 Apr. 1611	AC 14 f. 176'
ob. Petri	**Petrus** Gonzalez de Mendoza, ep. Granaten.[5])	8 Febr. 1616	AC 15 f. 43'
tr. Petri ad Seguntin.	**Ioannes** de Peralta, ep. Zamoren.[6])	29 Ian. 1624	AV 17 f. 18
ob. Ioannis	**Martinus** Terrer, ep. Tirasonen.[7])	22 Apr. 1630	AC 16 f. 331'
ob. Martini	**Ioannes** de Guzman, ep. Tarraconen.[8])	6 Iun. 1633	AC 17 f. 41
ob. Ioannis	**Petrus** Apaolaza, ep. Terulen.[9])	8 Ian. 1635	AC 17 f. 88
ob. Petri	**Ioannes** Cebrian, ep. Terulen.[10])	18 Apr. 1644	AC 18 f. 199
ob. Ioannis	**Franciscus** Gamboa, ep. Caurien.[11])	2 Iul. 1663	AC 21 f. 19'

Caesarien(sis) (Caesarea) in partibus infidelium.[1])

. . . .	**Gregorius** Carbonello, O. M. Obs.[2])	a. 1604	. . . . . .
certo modo	**Petrus** Nauso, patr. Indiarum[3])	9 Febr. 1609	AC 14 f. 119
certo modo	**Dominicus** Bonsi, fit coadi. c. f. s. Biterren.[4])	31 Aug. 1615	AV 15 f. 126
certo modo	**Claudius** de Saint-Bonet de Toiras, fit coadi. c. f. s. Nemausen.[5])	25 Oct. 1621	AC 15 f. 179
certo modo	**Ferdinandus** Boschetti[6])	a. 1622	. . . .
certo modo	**Franciscus** de Rye, fit coadi. c. f. s. Bisuntin.[7])	9 Ian. 1623	AC 15 f. 207
certo modo	**Carolus** de Bourbon, fit coadi. c. f. s. Suessionen.[8])	16 Dec. 1652	AM 40 f. 213
certo modo	**Coelius** Piccolomini[9])	16 Oct. 1656	AC 19 f. 283'
certo modo	**Bonaventura** Rousseau, fit suffr. Virdunen.[10])	6 Maii 1658	AC 20 f. 45'
cess. Coelii	**Federicus** Ubaldi al. Baldeschi[11])	6 Iul. 1665	AC 21 f. 98

Caesaraugustan.

[1]) A. 1611: Eccl. cathedr. et metrop. est sub invocatione S. Salvatoris, in ea sunt 12 dign., 24 can., et plures beneficiati, valor ann. fr. mens. epalis circ. 50000 duc., taxa 5000 flor. (AM 97 f. 503).

[2]) Pbr. dioec. Legionen., promovetur cum reserv. pens. antiquarum, non exced. . . . . 3am fr. (AV 13 f. 42'), ei conc. pallium 15 Mart. 1593 (AV 13 f. 22).

[3]) Promovetur c. decr. . . . . prof. fidei, reserv. pens. duc. 550 pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr., ei conc. pallium 9 Maii 1603 (AC 13 f. 180).

[4]) Praesent. r. cath., salvis pens. antiquis, reserv. pens. duc. 6400 pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr., ei conc. pallium 2 Maii 1611 (AC 14 ff. 176', 178).

[5]) Conc. ei pallium 24 Febr. 1616 (AC 15 f. 45).

[6]) Praesent. r. cath., reserv. pens. duc. 2000 pro pers. nominandis ultra pens. antiquas, conc. ei pallium 29 Apr. 1624 (AV 17 ff. 18, 27).

[7]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Tirasonen., reserv. pens. 2069 duc. ad rationem 12 regalium pro quolibet ducato, salvis pens. antiquis (AC 16 f. 331').

[8]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Tarraconen., cum ret. compat., reserv. pens. 12000 duc. Hispan., comprehensis pens. antiquis, pro pers. nominandis, conc. ei pallium 18 Iul. 1633 (AC 17 ff. 41, 45').

[9]) Praesent. r. cath., absolv. etc., reserv. 12000 duc. etc. ut supra, conc. ei pallium 29 Ian. 1635 (AC 17 ff. 88, 89').

[10]) Praesent. r. cath., reserv. pens. 12650 duc. Hispan., comprehensis antiquis, pro pers. nominandis, conc. ei pallium 23 Maii 1644 (AC 18 ff. 199, 207).

[11]) Praesent. r. cath., absolv. etc., reserv. pens. 5672 duc. auri de Camera etc. ut supra, c. decr. . . . . erig. sem., conc. ei pallium 30 Iul. 1663 (AC 21 ff. 19', 22), ob. 22 Maii 1674.

Caesarien.

[1]) Animadvertendum est quod quatuor habentur sedes tit. cum titulo *Caesarien.*: Caesarien. in prima Palaestina, et est *metrop.*; Caesarien. in Cappadocia etiam *metrop.*; Caesarien. in Mauretania, hodierna *Cherchell* in Algeria; Caesarien. Philippi, hodierna *Banias* in prima Phoenicia sub archiepo Tyren. Tamen inter has sedes acta non satis distinguunt, ac proinde hic in una serie ponuntur, et pro singulis provisis particularia, ubi adsunt, notantur.

[2]) *Battandier* in Annuaire Pontifical Catholique XIX (Paris 1916), 386 ponit „Gregorium" uti archiepum Caesarien. in Palaestina a. 1604. De eo amplius desideratur.

[3]) Patr. Indiarum, promovetur cum ret. dicti patr.tus, c. decr. . . . . prof. fidei, c. ind. . . . . pontif. ubicumque habeatur consensus ordinarii loci, firmo remanente decr. in prov. dicti patr.tus, ob. eodem a. 1609 in itinere ad Indias Orintales (*Battandier*, l. c., 385). In bulla prov.nis dicitur eccl. Caesarien. archiepalis (S. Br. 612 f. 1608).

[4]) Utr. sign. ref., cler. Florentin., promovetur c. decr. . . . . non resid., deput. coadi. c. f. s. epo Biterren., cum ret. prioratus conventualis SS. Petri et Pauli, O. S. B., Cenomanen. dioec., reserv. pens. 1000 scut. pro Dominico, 1200 scut. pro Thoma Bonsio, nepote card. Bonsii, reliqui fructus sunt pro ipso card.le Bonsio (AV 15 f. 126); non successit epo Biterren. et ob. m. Apr. 1621. In praedictis actis (AC 15 f. 17') dicitur Caesarien. in Cappadocia.

[5]) Pbr. Nemausen. dioec., deput. coadi. c. f. s. Nemausen., cum cond. iur., et ret. can.tus, praebendae, et archidiac. Montis Pessulan. coadiutoriae officio durante, reserv. pens. ann. 2000 libr. Turonen. super fructibus Nemausen. pro Claudio (AC 15 f. 179'); successit epo Nemausen., Sept. 1625, resignavit a. 1633, † m. Maio 1642 (*Gams*, 587).

[6]) Ex processu informativo Datariae 4 Maii 1622 Ferdinandi Boschetti ad eccl. *metrop.* Caesarien.: „comes et nob. Mutinen., aet. circ. 45 an., pbr., camerarius **Pauli PP. V** et nunc **Gregorii PP. XV** (P. Dat. a. 1622 f. 314')". Ipsa prov., licet adhuc non inveniatur, videtur fuisse paulo post tempus formationis dicti processus. Per breve apost. 8 Maii 1624 Ferdinando Boschetti, *archiepo* Caesarien., conc. ind. exercendi pontificalia et se denominandi archiepum, licet pallium non susceperit (S. Br. 702 f. 117), et 15 Sept. 1626 fit assistens solio pontificio (S. Br. 717 f. 220).

[7]) Pbr. et decan. eccl. Bisuntin., deput. coadi. c. f. s. epo Bisuntin. (AC 15 f. 207); successit Ferdinando, epo Bisuntin. eius avunculo 20 Aug. 1636, ob. 17 Apr. 1637.

[8]) Deput. coadi. c. f. s. Suessionen., cum ret. prioratus conventualis non curati S. Theobaldi de Bazzocchiis, O. S. B., dioec. Suessionen., et aliorum compat., ei assign. ann. pens. 300 duc. auri super fructibus mensae epalis Suessionen. durante officio coadiutoriae etc. (AM 40 f. 213); nat. Parisiis, aet. 40 an. [a. 1651], pbr., doct. Sorbonicus, eleemos. r. xmi, nomin. r. xmo 28 Aug. 1651 (P. Cons. 51 ff. 818, 833). Successit epo Suessionen. 28 Oct. 1656, ob. 26 Oct. 1685 (*Battandier*, l. c., 385).

[9]) Can. bas. S. Petri de Urbe, corrector libellorum supplicationum, intimus cubic. S.mi D. N. (AC 19 f. 283'); nunt. ad regem Galliae 27 Oct. 1656 (S. Br. 1162 f. 586) usque ad Aug. 1663, fit card. 14 Ian. 1664 (cf. S. R. E. card. VII, 20).

[10]) Deput. suffr. Virdunen. ad pontif., cum ret. compat., et mon. B. M. V. de Sacra Cella Senonen. dioec., ei assign. pens. ann. 300 duc. auri super fructibus Virdunen. (AC 20 f. 45'); pbr., eleemos. et capell. ducis Aurelianen. (P. Cons. 54 f. 400).

[11]) Utr. sign. ref. (AC 21 f. 98), 12 Iun. 1673 creatus card. sed reservatus in pectore et 17 Dec. 1674 pbr. card. declaratus fuit (AC 22 f. 172), ob. a. 1691. In bulla provisionis apud S. Br. 1821 f. 477 expresse dicitur eccl. vacare per ob. Coelii Piccolominei.

Caesenaten(sis) (Cesena) in Italia.[1])

ob. Camilli Gualando	**Michael Angelus** Tonti, archiep. Nazaren., S. R. E. card.[2])	11 Mart. 1609	AV 15 f. 55'
ob card. Tonti	**Franciscus** Sacrati, S. R. E. card.[3])	23 Maii 1622	AC 15 f. 192'
ob. card. Sacrati	**Laurentius** Campeggi[4])	8 Dec. 1623	AC 15 f. 223'
tr. Laurentii ad Senogallien.	**Petrus** Bonaventura[5])	14 Mart. 1629	AC 16 f. 286'
ob. Petri	**Flaminius** Marcellini[6])	21 Apr. 1655	AC 19 f. 260

Caiacen(sis) (Caiazzo) in Italia inferiori.[1])

tr. Octavii ad Tricaricen.	**Horatius** Acquaviva d'Aragona, O. Cist.	19 Iun. 1592	AC 13 f. 11
ob. Horatii	**Paulus** Philomarinus (Filomarino), Theatin.[2])	18 Sept. 1617	AC 15 f. 81
ob. Pauli	**Philippus Benedictus** de Sio (seu a Cava), O. M. Ref.[3])	8 Dec. 1623	AC 15 f. 223
tr. Philippi ad Boianen.	**Sigismundus** Taddei, ep. Bitecten.[4])	27 Nov. 1641	AC 18 f. 74'
ob. Sigismundi	**Franciscus** Perrone[5])	23 Nov. 1648	AC 17 f. 133'
ob. Francisci	**Iosephus** Petagna[6])	15 Ian. 1657	AC 20 f. 5'

Caietan(a) seu **Caetan(a)** (Gaëta) in partibus Neapolitan.[1])

tr. Alphonsi ad Calaritan.	**Ioannes** de Gante(s)[2])	25 Maii 1598	AC 13 f. 94
tr. Ioannis ad Mazarien.	**Petrus** de Oña, O. Merc., ep. de Venezuela[3])	27 Iun. 1605	AC 14 f. 8
ob. Petri	**Hyacinthus** del Cerro, O. P.[4])	3 Apr. 1634	AC 17 f. 71
ob. Hyacinthi	**Hieronymus** Domin, O. Carm.[5])	14 Dec. 1637	AC 17 f. 146'
ob. Hieronymi	**Gabriel** Ortiz ab Orve[6])	28 Oct. 1651	AC 19 f. 196'
ob. Gabrielis	**Ioannes** Paredes, ep. Castri Maris[7])	17 Apr. 1662	AC 20 f. 179'
ob. Ioannis	**Balthasar** de Valdés y Noriega[8])	6 Iul. 1665	AC 21 f. 98'

Cairo (de) v. **Mempheos** seu **Memphiten(sis)**

Caesenaten.

[1]) A. 1623: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Ioannis, metrop. Ravennaten. suffr., in ea sunt 2 dign. et 15 can., valor. ann. fr. mens. epalis 2000 scut., taxa 180 flor. (AM 97 f. 370).

[2]) Absolv. a vinc. Nazaren., cum ret. denom. archiepi Nazaren., et omnium quae obtinet (AV 15 f. 55'); cf. S. R. E. card. III, 15.

[3]) Cf. S. R. E. card. IV, 3.

[4]) Utr. sign. ref., et Sacrae Congr. Episcoporum et Regularium secr., promovetur c. disp. retinendi omnia compatibilia, et primiceriatum eccl. Bononien. ad triennium, c. disp. . . . . sacr. ord., reserv. pens. scut. Roman. 1000 pro pers. nominandis (AC 15 f. 223').

[5]) Iur. utr. doct., aet. 50 an., archidiac. Urbinaten., promovetur cum ret. compat. (AC 16 f. 286'), ob. a. 1653.

[6]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. sem. et mont. piet., necnon repar. cathedr. (AC 19 f. 260); nat. Romae, aet. circ. 43 an., m. Maio 1654 in ord. pbr. const., m. Nov. 1654 fit doct. theol. (P. Cons. 51 ff. 1018'—21), ob. m. Mart. 1677.

Caiacen.

[1]) A. 1617: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Stephani epi huius civitatis, in ea sunt 3 dign. et 18 can., valor ann. fr. mens. epalis minus quam 1000 duc., taxa 130 flor. (AM 97 f. 450), suffr. metrop. Capuan. Haec sedes vocatur etiam Calatien.

[2]) Aet. 55 an., Theatin., theologiae professor (AM 97 f. 450).

[3]) Nat. Cavae, bapt. ut „Benedictus de Sio" 30 Nov. 1585, theol. doct. Parisien., regis x^mi a concionibus, reginae x^mae eleemos., O. Ref. S. Francisci de Observantia (P. Cons. 19 ff. 211—214), cons. Romae a card.^le Marquemont 31 Dec. 1623 (Misc. Arm. XIII 33 f. 171'), ob. 21 Oct. 1641 (*Gams.* 864). In religione „Philippus a Cava" nuncupatur.

[4]) Absolv. a vinc. Bitecten., c. decr. . . . . erig. theol. et poenit., necnon 200 scut. repar. cathedr. (AC 18 f. 74').

[5]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . repar. cathedr., necnon erig. theol. et poenit. (AC 19 f. 133'); nat. Neapoli, aet. supra 34 a., can. eccl. Neapolitan., doct. legum (P. Cons. 48 f. 453), ob. Romae 2 Oct. 1656 (*Galletti* in Vat. Lat 7900 f. 98').

[6]) Pbr. Neapolitan., iur. utr. doct., cum ret. compat., reserv. pens. 300 scut. pro pers. a Ste S. nominandis, c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis, necnon erig. theol., poenit., et mont. piet. (AC 20 f. 5'); nat. Neapoli, aet. circ. 33 an., iur. utr. doct. (P. Cons. 54 f. 405'), ob. 12 Sept. 1679 (*Gams.* 864).

Caietan.

[1]) A. 1605: Civitas Caietan. in regno Neapolitan. habet eccl. cathedr. sub invocatione Assumpt. B. M. V. et SS. Erasmi et Martiani, S. Sedi immed. subi., in qua sunt 4 dign. et 17 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 1000 duc., taxa 250 flor. (AM 97 f. 513).

[2]) Nomin. r. cath. (AC 13 f. 94).

[3]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. de Venezuela (AC 14 f. 8), ob. 13 Oct. 1626.

[4]) C. decr. . . . . erig. sem., theol., et poenit., si non adessent (AC 17 f. 71); ex dioec. Toletan. ortus, aet. ultra 50 a., mag. theol. O. P., nomin. r. cath. 6 Sept. 1633 (P. Cons. 33 A ff. 257—267).

[5]) C. decr. . . . . erig. theol. et poenit. (AC 17 f. 146'); nat. in civitate Calataiutio dioec. Tirasonen., mag. theol. O. Carm., commiss. gen. provinciarum Indiarum O. Carm., nomin. r. cath. 30 Dec. 1636 (P. Cons. 30 ff. 702', 727), ob. circa m. Maium 1650 (P. Cons. 51 f. 848).

[6]) Nomin. r. cath., cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. theol. poenit. sem., et mont. piet. (AC 19 f. 196'); nat. in castello Mendieta Burgen. dioec., aet. ultra 50 a., doct. iur. utr. Salamantin., iam vic. gen. epi Pacen. (P. Cons. 51 ff. 849', 852).

[7]) Absolv. a vinc. Castri Maris, nomin. r. cath., cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. etc., ut supra (AC 20 f. 179'), ob. 22 Aug. 1622 (*Gams*, 881).

[8]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. etc., ut supra (AC 21 f. 98'); nat. in dioec. Oveten., aet. circ. 47 an., theol. mag. (P. Cons. 63 f. 166'), ob. 29 Dec. 1667 (*Gams*, 881).

Calaguritan(a) (Calahorra) et **Calceaten(sis)** (La Calzada) in Hispania.[1]

tr. Petri ad Corduben.	**Petrus** Manso[2]	23 Mart. 1594	AM 51 f. 354
ob. Petri Manso	**Petrus** de Zamora[3]	29 Iul. 1613	AV 15 f. 107
ob. Petri de Zamora	**Petrus** Gonzalez del Castillo[4]	17 Febr. 1614	AV 15 f. 111'
ob. Petri Gonzalez	**Michael** del Ayala, ep. Palentin.[5]	5 Maii 1628	AC 16 f. 243'
ob. Michaelis	**Gundisalvus** Chacon y Velasco[6]	31 Ian. 1633	AC 17 f. 35
ob. Gundisalvi	**Ioannes** Pineiro y Osorio[7]	13 Iul. 1643	AC 18 f. 160'
tr. Ioan. ad Pampilonen.	**Ioannes** Juaniz de Echalaz, ep. Mindonien.[8]	16 Dec. 1647	AC 19 f. 104'
ob. Ioannis	**Martinus** Lopez de Hontiveros[9]	18 Iun. 1657	AC 20 f. 19
tr. Martini ad Valentin.	**Ferdinandus** Heras Manrique[10]	2 Dec. 1658	AC 20 f. 60'
ob. Ferdinandi	**Bernardus** de Hontiveros, O. S. B.[11]	9 Iun. 1659	AC 20 f. 80
ob. Bernardi	**Ioannes** de Peña, ep. Aurien.[12]	27 Aug. 1663	AC 21 f. 26'
ob. Ioannis	**Franciscus** Rodriguez Castañon, ep. Aurien.[13]	12 Dec. 1667	AC 21 f. 179

Calamen(sis) (Calama) in Africa, tit.[1]

. . . .	**Didacus**[2]		
ob. Didaci	**Hieronymus** Carrerio, O. E. S. Aug.[3]	11 Mart. 1598	AC 13 f. 87
certo modo	**Edmundus** O'Dwyer, fit coadi. c. f. s. Limiricen.[4]	6 Febr. 1645	AC 19 f. 29'
tr. Edmundi ad Limiricen.	**Terentius** O'Brien, O. P., fit coadi. c. f. s. Imolacen.[5]	11 Mart. 1647	AC 19 f. 88'
certo modo	**Andreas** Rodulphius (Ridolfi), O. M. Conv., suffr. Constantinopolitan.[6]	12 Febr. 1663	AC 21 f. 7'

Calamonen(sis) v. **Rethymen(sis)**

Calaguritan. et Calceaten.

1) A. 1617: Dictae civitates sunt in provincia [ecclesiastica] Burgen., in qualibet illarum est eccl. cathedr., Calaguritan. sub invocatione B. M. V. et Calceaten. sub invocatione S. Dominici, valor ann. fr. mens. epalium duc. 20000, taxa flor. 1300 (AM 97 f. 497).

2) Nomin. r. cath., reserv. pens. duc. 1300 pro pers. nominandis, salvis antiquis; aet. ultra 40 a., theol. mag., et can. Burgen. (AM 51 f. 354).

3) Nomin. r. cath., reserv. pens. ann. 4000 pro pers. nominandis, computatis antiquis (AV 15 f. 107).

4) Nomin. r. cath., reserv. pens. ann. duc. 900 pro pers. nominandis, salvis antiquis (AV 15 f. 111'); ex civitate Granaten., aet. 50 an., theol. mag., iam can. eccl. Guadicen., et nunc capell. et concionator maiestatis cath. (AM 97 f. 497), ob. 5 Aug. 1627 (*Gams*. 22).

5) Absolv. a vinc. eccl. Palentin., cum ret. compat., reserv. pens. 4400 duc., comprehensis antiquis, pro pers. nominandis (AC 16 f. 243'); nomin. r. cath. ad eccl. Calaguritan. 22 Dec. 1627 (P. Cons. 25 f. 369), ob. 19 Aug. 1632 (*Gams*, 22).

6) Cum ret. compat. praeter quam capellaniae maioris, et can.tus ac praebendae in eccl. Toletan., reserv. 4400 duc. etc., sicut supra (AC 17 f. 36); nat. Matriti, can. et thesaur. eccl. Toletan., capell. regius conventus Discalceatorum Matriti, nomin. r. cath. 8 Nov. 1632 (P. Cons. 31 ff. 40'—54), ob. 27 Maii 1642 (*Gams*, 22).

7) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet., reserv. pens. 4000 duc. etc. ut supra (AC 18 f. 161); nat. in civitate de Villena dioec. Carthaginen., aet. 44—45 an. [a. 1642], doct. theol., can. eccl. Conchen., consultor S. Inquisitionis (P. Cons. 42 ff. 262'—264).

8) Absolv. a vinc. Mindonien., praesent. etc., cum ret. compat., reserv. pens. 5200 duc. etc. ut supra (AC 19 f. 104').

9) Praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 5500 duc. etc., ut supra, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 20 f. 19); nat. in civitate Salamantin., aet. circ. 60 an., doct. canonum (P. Cons. 54 f. 420).

10) Praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. ut supra, c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 20 f. 61).

11) Praesent. r. cath., reserv. pens. ut supra, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet. in utraque eccl., et sem. in civit. Calaguritan. (AC 20 f. 80); nat. in oppido de Ocaña dioec. Toletan., aet. 62 an., abb. O. S. B., mag. theol. (P. Cons. 57 f. 530).

12) Absolv. a vinc. Aurien., praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 5000 duc. Hispan. etc., ut supra in n. 9, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. in utraque civitate (AC 21 f. 26'), ob. a. 1667.

13) Absolv. a vinc. Aurien., praesent. r. cath., c. decr. . . . . erig. ut supra, reserv. pens. 5773 duc. pro pers. nominandis (AC 21 f. 179), ob. a. 1669.

Calamen.

1) Civitas Calamen. est in Africa inter Hipponem et Citrum, et sedes huiusmodi tit. est sub archiepo Carthaginen. (S. Br. 1375 f. 168).

2) Per breve apost. 15 Ian. 1596 licentia suscipiendi munus consecrationis ab uno epo, assistentibus duobus abbatibus, conc. Didaco. . . . . *nuper electo* epo eccl. Calamen. certo modo vacantis (S. Br. 235 f. 71), et in sequente prom. Hieronymi dicitur ecclesiam Calamen. vacare per ob. Didaci. Amplius de Didaco desideratur.

3) Deput. suffr. Goan. ad pontif., ei assign. pens. 500 cruciatorum Portugalliae (AC 13 f. 87); in actis non dicitur esse O. E. S. Aug., sed in brevi apost. 12 Sept. 1598, per quod licentia suscipiendi munus cons. ab archiepo Goan. ei conc., expresse dicitur O. E. S. Aug. (S. Br. 274 f. 187).

4) Deput. coadi. c. f. s. Limiricen., promovetur cum ret. compat. (AC 19 f. 29'), successit epo Limiricen.

5) Deput. coadi. c. f. s. Imolacen. (AC 19 f. 88'), in odium Fidei occisus est 31 Oct. 1651.

6) Promovetur iuxta decr. Sacrae Congr. Prop. (AC 21 f. 7'); nat. in terra de Fractis Urbini dioec. Forosempronien., aet. ultra 50 a., theol. doct. Romae a. 1643, pbr. O. M. Conv., iam vic. gen. patr. Constantinopolitan., et a 9 annis vic. gen. epi Zacynthien. (P. Cons. 65 ff. 199, 204). Paulo post fit suffr. et vic. apost. patriarchae Constantinopolitan. sed breve apost. huius officii adhuc non invenitur, et bulla, data pridie Idus Februarii *a. Incarnationis* 1662 [12 Febr. 1663] (S. Br. 1375 f. 168), est bulla provisionis eccl. Calamen. et non breve nominationis in suffr.tum et vic.tum apost. Constantinopolitan. (*Lemmens* in Orientalia Christiana, n. 5 pp. 273, 283 erronee ponit hanc bullam ut breve apost. die 12 Febr. 1662 quo Andreas deput. suffr. et vic. apost. Constantinopolitan.). Iam in congr. generali Congr.nis Prop. 12 Iul. 1661 dicitur praeferendum esse fratrem Rodulphium pro suffr.tu Constantinopolitan. (Arch. Congr. Prop., Congr.nes Gen. a. 1661 f. 83'). Per litteras ab eo scriptas 31 Maii 1674 ipse supplicavit Congr. Prop. ut ei daretur licentia redeundi in Italiam salutis infirmae causa (Arch. Congr. Prop., Congr.nes Gen. 27 Nov. 1674 f. 348), et per breve apost. 31 Maii 1677 Gaspar Gasparini, O. M. Conv., qui iam 5 Apr. 1677 archiep. Spigacen. el. fuerat, deput. fuit vic. apost. et suffr. patriarchae Constantinopolitan. (S. Br. 1610 f. 19). Andr. ob. 15 Apr. 1677 (Orientalia Christiana, n. 5 p. 273), et erronee ab aliquibus dicitur obiisse a. 1686.

Calaritan(a) (Cagliari) in ins. Sardinia, metrop.[1])

ob. Francisci de Val	**Alphonsus** Lasso Sedeno, ep. Caietan.[2])	7 Febr. 1596	AM 52 f. 175
tr. Alphonsi ad Maioricen.	**Franciscus** Desquivel[3])	20 Iun. 1605	AC 14 f. 7'
	Laurentius Nieto[4])		
ob. Laurentii Nieto	**Ambrosius** Machin, O. Merc., ep. Algaren.[5])	20 Sept. 1627	AV 17 f. 107
ob. Ambrosii	**Bernardus** de la Cabra, ep. Barbastren.[6])	13 Ian. 1643	AC 18 f. 92'
ob. Bernardi	**Petrus** de Vico, archiep. Arboren.[7])	27 Aug. 1657	AC 20 f. 22'

Calatien(sis) v. **Caiacen(sis)**

Calcedonen(sis) v. **Chalcedonen(sis)**, **Calceaten(sis)** v. **Calaguritan(a)**

Calinen(sis) seu **Carinolen(sis)** (Carinola) in Italia inferiori.[1])

. . . .	**Ioannes** Vitellius (Vitelli), ep. Tiberiaden., fit coadi. c. f. s.[2])	4 Mart. 1592	AC 13 f. 4
tr. Ioan. ad Caputaquen.	**Archangelus** de Rubeis (Rossi), O. Can. Reg. Lateranen.	11 Ian. 1610	AC 14 f. 142'
ob. Archangeli	**Alexander** Bosco[3])	20 Nov. 1619	AC 15 f. 131'
tr. Alex. ad Hieracen.	**Antonius** Bonfiliolus (Bonfiglioli)[4])	19 Sept. 1622	AC 15 f. 198
libera res. Antonii	**Honuphrius** Sersalius (Sersagli)[5])	7 Oct. 1624	AC 15 f. 241
ob. Honuphrii	**Vincentius** Cavase(i)lice[6])	13 Aug. 1640	AC 18 f. 12
ob. Vincentii	**Paulus** Airoli, O. Cler. Reg. Min.[7])	9 Iun. 1664	AC 21 f. 60

Callien(sis) (Cagli) in Italia.[1])

ob. Ascanii Libertano	**Timocrates** Aloisi[2])	14 Maii 1607	AC 14 f. 67
ob. Timocratis	**Philippus** Bilius (Bigli), Theatin.[3])	17 Maii 1610	AC 14 f. 152'
ob. Philippi	**Franciscus** Passionei[4])	3 Dec. 1629	AC 16 f. 317
tr. Franc. ad Pisauren.	**Pacificus** Trassi, O. M. Obs.[5])	24 Mart. 1642	AC 18 f. 101'
ob. Pacifici	**Castracanus** Castracani[6])	5 Maii 1660	AM 41 f. 156'

Calaritan.

[1]) A. 1604: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Caeciliae, valor ann. fr. mens. epalis 10000 duc. (P. Cons. 2 f. 252'), a. 1596 taxa 433 flor. (AM 92 f. 175).

[2]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Caietan., promovetur cum ret. compat. (AM 51 f. 175), conc. ei pallium 3 Apr. 1596 (AC 13 f. 62).

[3]) Salvis pens. antiquis, reserv. pens. ann. libr. Barchinonen. 2000 pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr., conc. ei pallium 4 Iul. 1605 (AC 14 ff. 7', 10'); nat. in oppido de Victoria dioec. Calaguritan., aet. 50 an. [a. 1604], iur. utr. doct. (P. Cons. 2 f. 247), iuxta *Gams* (p. 836) ob. 21 Dec. 1624 sed iuxta quendam pbr. coaetaneum ipsius civitatis Calaritan. ob. m. Dec. 1625 (P. Cons. 24 f. 532).

[4]) In subsequente prom. „Ambrosii Machin" dicitur ecclesiam vacare per ob. „Laurentii Nieto", et in nomin. r. cath. dicti Ambrosii ad eccl. Calaritan. (cf. n. 5) pariter dicitur ecclesiam vacare per ob. „fratris Laurentii Nieto". De eo amplius non refertur. Tamen 21 Oct. 1621 Laurentius tr. fuit ab eccl. Algaren. ad Arboren. et in prom. „Gavini Magliano" ad Arboren. 22 Mart. 1627 dicitur eamdem eccl. vacare per ob. Laurentii (cf. Arboren.).

[5]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Algaren., reserv. pens. usque ad 4am fructuum, computatis antiquis, pro pers. nominandis, conc. ei pallium in eodem consist. 20 Sept. (AV 17 f. 107); nomin. r. cath. 18 Mart. 1627 (P. Cons. 24 f. 519), ob. 23 Oct. 1640 (P. Cons. 40 f. 189').

[6]) Absolv. a vinc. Barbastren., reserv. pens. 3000 duc., comprehensis antiquis, pro pers. nominandis, conc. ei pallium 10 Febr. 1643 (AC 18 ff. 93, 95), ob. 23 Dec. 1655.

[7]) Absolv. a vinc. Arboren., praesent. r. cath., reserv. pens. 1916 duc. etc. ut supra, conc. ei pallium 24 Sept. 1657 (AC 20 ff. 22', 28), ob. ante 19 Oct. 1676 (AC 22 f. 207').

Calinen.

[1]) A. 1622: Eccl. est sub invocatione B. M. V., S. Ioannis Bapt., et S. Ioannis Evang., archiepi Capuan. suffr., in ea sunt 4 dign. et 16 can., valor ann. fr. mens. epalis 700 duc., taxa 50 flor. (AM 97 f. 324). Vocatur tum Calinen. tum Carinolen.

[2]) Fit ep. Tiberiaden. et deput. coadi. c. f. s. epi Calinen. etc. (cf. Tiberiaden.), successit epo Calinen. a. 1594.

[3]) Nat. Bononiae, aet. supra 50 a., iur. utr. doct., nunc vic. archiepi Neapolitan. (AM 97 f. 291).

[4]) Pbr. Bononien. (AC 15 f. 198), iur. utr. doct., utr. sign. ref. (AM 97 f. 324); resignavit, deinde ob. Romae 1 Nov. 1624 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 80').

[5]) Promovetur cum ret. compat. (AC 15 f. 241); nat. in civitate Surrentin., aet. 45 an. (AM 97 f. 337).

[6]) Nat. in civitate Salernitan., aet. circ. 50 an., can. eccl. Salernitan. (P. Cons. 39 f. 209).

[7]) Promovetur c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet. (AC 21 f. 60), ob. m. Sept. 1702.

Callien.

[1]) Annis 1607, 1610: Civitas Callien. in Umbria sub temporali dominio ducis Urbini sita habet eccl. cathedr. sub invocatione Assumpt. B. M. V., suffr. archiepi Urbinaten., in ea sunt 2 dign. et 9 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 1000 scut., taxa $126^{2}/_{3}$ flor. (AM 97 ff. 390, 405).

[2]) Nat. in ducatu Urbinaten., aet. 64 an., iur. utr. doct., pbr., in Cur. Rom. causarum patronus (AM 97 f. 390), ob. m. Febr. 1610.

[3]) Eugubii nat., pbr. Theatin. de Urbe, praedicator egregius (AM 97 f. 405), ob. m. Aug. 1629.

[4]) Cum ret. compat., c. disp. . . . . sacr. ord., c. decr. . . . . erig. sem. (AC 16 f. 317).

[5]) C. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AC 18 f. 101); nat. Romae 10 Mart. 1600, in ord. pbr. 23 Mart. 1624 (P. Cons. 40 f. 214), ob. Romae 1 Ian. 1660 al. 31 Dec. 1659 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 99').

[6]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis, necnon erig. mont. piet. (AM 41 f. 156'); nat. Senigalliae ex patre Callien. et bapt. in cathedr. Senigallien. 23 Maii 1623, pbr., iur. utr. doct. (P. Cons. 58 ff. 477—481), ob. Romae 17 Oct. 1669 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 105').

Calli(o)politan(a) (Callipolis) in Thracia, tit.

certo modo	**Petrus** Deodata, O. M. Obs., fit coadi. c. f. s. Sophien.[1])	13 Febr. 1638	S. Br.

Calven(sis) (Calvi) in Italia inferiori.[1])

ob. Fabii Maranta	**Gregorius** de Bubalis (del Bufalo)[2])	8 Apr. 1619	AC 15 f. 122
ob. Gregorii	**Ianuarius** Philomarinus (Filomarino), Theatin.[3])	18 Dec. 1623	AV 17 f. 16'
ob. Ianuarii	**Franciscus Maria** Falcutius (Falcucci)[4])	19 Dec. 1650	AC 19 f. 182
ob. Francisci	**Vincentius** Carafa, O. Can. Reg. S. Salvatoris[5])	8 Aug. 1661	AC 20 f. 158'

Camenecen(sis) (Caminiecz) in Polonia.[1])

tr. Stanislai ad Chelmen.	**Paulus** Wolucki[2])	5 Dec. 1594	AC 13 f. 46'
tr. Pauli ad Luceorien.	**Ioannes Andreas** Prochnicki[3])	13 Aug. 1607	AC 14 f. 72
tr. Ioan. Andreae ad Leopolien.	**Adam** Nowodworski[4])	26 Ian. 1615	AC 15 f. 7'
tr. Adami ad Praemislien.	**Paulus** Piasecki[5])	20 Dec. 1627	AC 16 f. 217
tr. Pauli ad Chelmen.	**Andreas** de Leszno Leszczinski[6])	16 Dec. 1641	AC 18 f. 76'
tr. Andreae ad Culmen.	**Michael** Dzialynski, ep. Hipponen[7])	17 Dec. 1646	AC 19 f. 78'
Michael sen.	**Ludovicus** Stempkowski, fit ep. Heliopolien. et coadi. c. f. s.[8])	20 Mart. 1651	AC 19 f. 189
ob. Ludovici	**Sigismundus** Czyzewski, ep. Lacedemonien.[9])	1 Sept. 1664	AC 21 f. 70'
tr. Sigismundi ad Luceorien.	**Albertus** Koryczynski[10])	7 Mart. 1667	AC 21 f. 145

Calli(o)politan.

[1]) Fit ep. Calliopolitan. et deput. coadi. c. f. s. Eliae Marini, epi Sophien. (bulla provisionis apud S. Br. 970 f. 47); per breve apost. 28 Sept. 1640 fit vic. apost. Walachiae et Moldaviae durante absentia epi Baccovien. a sua residentia (S. Br. 889 f. 5), a. 1642 successit epo Sophien., et per bullam datam octavo Idus Decembris 1642 archiepatus Sardicen., Sophien. nuncupatus, in regno Bulgariae restituitur cum nova provisione Petri olim epi Sophien. (S. Br. 974 f. 252), ob. circa a. 1670.

Calven.

[1]) A. 1623: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Clastresii [Casti], archiepi Capuan. suffr., in ea sunt 1 dign. et 8 can., valor ann. fr. mens. epalis 500 scut., taxa 100 flor. (AM 97 f. 371).

[2]) Roman. (AC 15 f. 122).

[3]) Reserv. pens. scut. 500 monetae illarum partium pro Ascanio Filomarino, ipsius promoti fratre germano (AV 17 f. 16'); ortus est ex nobilissima familia in civitate Neapolitan., aet. 32 an., pbr. Theatin. (AM 97 f. 371), ob. m. Oct. 1650.

[4]) Promovetur cum ret. compat., et c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 182); nat. in civitate Eugubin., aet. supra 40 a., can. eccl. S. Mariae in Via Lata de alma Urbe (P. Cons. 48 f. 468').

[5]) Ex. congr.ne can. regularium S. Salvatoris, promovetur c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis, ac erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 20 f. 158'), ob. a. 1679.

Camenecen.

[1]) A. 1614: Eccl. cathedr. est sub invocatione SS. Petri et Pauli [a. 1607 dicitur Assumpt. B. M. V. (AM 97 f. 394)], in ea sunt 4 dign. et 8 can., valor ann. fr. mens. epalis 3000 aureorum, taxa 33 1/3 flor. (AM 97 f. 305), suffr. archiepi Leopolien.

[2]) Supplic. r. Polon., promovetur cum ret. plebanatus eccl. oppidi Raski dioec. Gnesnen., quae fuerit solita cura animarum ib. a primaeva erectione exerceri per vic. perpetuum, et cum cond. iur. (AC 13 f. 46'); nob. ex dioec. Gnesnen., aet. an. 35 et a biennio pbr., can. Cracovien., et secr. r. Polon. (AM 51 f. 487).

[3]) Supplic. r. Polon., cum ret. infradictae abbatiae, c. disp. . . . . gradus, et c. decr. . . . . prof. fidei (AC 14 f. 72'); pbr., abb. commend. Secechovien., praepos. Cracovien., internuntius r. Polon. in regno Neapolitan. (AM 97 f. 394).

[4]) Supplic. r. Polon., c. disp. . . . . gradus, cum ret. abbatiae Praemeten., et cond. iur. (AC 15 f. 7); nat. in dioec. Plocen., aet. circ. 41 an., iam can. Gnesnen. deinde abb. Praemeten. (P. Cons. 14 f. 722).

[5]) Supplic. r. Polon., cum ret. mon. Clarae Tumbae (AC 16 f. 217); iur. utr. doct. Romae 19 Iul. 1610, abb. [commend.] Clarae Tumbae, archidiac. Varmien. (P. Cons. 24 ff. 872, 873).

[6]) Supplic. r. Poloniae, c. disp. . . . . gradus, c. decr. . . . . erig. poenit., sem., et mon. piet., necnon singulis annis impendendi 50 florenos monetae illarum partium pro aedificatione campanilis, et reparatione coemeterii (AC 18 f. 76'); nat. in Golukow, oppido paterno, dioec. Gnesnen., aet. 37 an., can. Cracovien., deinde praepos. coll. eccl. Lencicien. Gnesnen. dioec., abb. commend. abbatiae Praemeten. O. Cist. (P. Cons. 39 f. 173'). Manu propria subscripsit nomen suum: „Andreas de Leszno Leszczinski" (P. Cons. 39 f. 180).

[7]) Supplic. r. Polon., absolv. a vinc. Hipponen., cum ret. abbatiae de Moghilno in admin.nem ad eius vitam, et can.tus Varmien. ad triennium (AC 19 f. 78'), ob. a. 1648.

[8]) Fit ep. Heliopolien. et deput. coadi. c. f. s. Camenecen. etc. (cf. Heliopolien.); successit a. 1648, ob. a. 1660.

[9]) Absolv. a vinc. Lacedemonien., supplic. r. Polon., cum ret. decan.tus Plocen., ac can.tus Varsavien., quos obtinet (AC 21 f. 71).

[10]) Cum ret. compat. (AC 21 f. 145); nat. in dioec. Cracovien., can. Cracovien., et praepos. Miechowien. (P. Cons. 65 f. 335), tr. ad Leopolien. 30 Iun. 1670 (AC 22 f. 43).

Cameracen(sis) (Cambrai) in Gallia, metrop.[1])

ob. Francisci Ludovici de Berlaymont	**Ioannes** Saracenus (Sarrazin), O. S. B.[2])	12 Aug. 1596	AC 13 f. 67
ob. Ioannis	**Guilelmus** Grimbergh(e), ep. Antwerpien.[3])	9 Apr. 1601	AC 13 f. 153'
ob. Guilelmi	**Ioannes** Richardot, ep. Atrebaten.[4])	17 Aug. 1609	AV 15 f. 60'
ob. Ioannis	**Franciscus** Buisseret, ep. Namurcen.[5])	9 Febr. 1615	AC 15 f. 8'
ob. Francisci	**Franciscus** van der Burch, ep. Gandaven.[6])	2 Maii 1616	AC 15 f. 50
ob. Franc. van der Burch	**Iosephus** de Bergaigne, ep. Buscoducen.[7])	28 Maii 1646	AC 19 f. 63
ob. Iosephi	**Gaspar** Nemius, ep. Antwerpien.[8])	27 Nov. 1651	AC 19 f. 200

Camerinen(sis) (Camerino) in Italia.[1])

ob. Hieronymi de Buoi	**Gentilis** Delphinus (Delfino al. Dolfino)	18 Dec. 1596	AM 52 f. 325
ob. Gentilis	**Innocentius** de Bubalis (del Bufalo)[2])	14 Maii 1601	AC 13 f. 155
cess. card. de Bubalis	**Ioannes** Severini[3])	20 Febr. 1606	AC 14 f. 32'
tr. Ioan. ad Sipontin.	**Caesar** Gherardi, S. R. E. card.[4])	2 Maii 1622	AV 16 f. 32'
ob. card. Gherardi	**Ioannes Baptista** de Alteriis (Altieri)[5])	26 Febr. 1624	AV 17 f. 20'
cess. Ioan. Bapt.	**Aemilius** Altieri[6])	29 Nov. 1627	AV 17 f. 111'
libera dim. Aemilii	**Iacobus** Franzoni, S. R. E. card.[7])	7 Iun. 1666	AC 21 f. 123'

Camplen(sis) v. **Orthonen(sis)**

Campanien(sis) (Campagna) et **Satrianen(sis)** (Satriano) in Italia inferiori.[1])

ob. Caesaris Guarneri	**Barzellinus** Barzellini[2])	14 Maii 1607	AC 14 f. 67
ob. Barzellini	**Alexander** Scappi[3])	12 Febr. 1618	AC 15 f. 93
tr. Alex. ad Placentin.	**Constantinus** Testa, O. P.[4])	24 Ian. 1628	AC 16 f. 229'

Cameracen.

[1]) A. 1616: Eccl. metrop. est sub invocatione B. M. V. et S. Ioan. Bapt., in ea sunt 6 dign. et 50 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 8000 aureorum, taxa 6000 flor. (AM 97 f. 451).

[2]) Reserv. pens. 800 scut. pro pers. nominandis, salvis pens. antiquis, et cum ret. abbatiae S. Vedasti Atrebaten. dioec., conc. ei pallium 23 Sept. 1596 (AC 13 ff. 67, 69'), ob. 3 Mart. 1598 (*Gams*, 527).

[3]) S.mus nullam, cassam, et irritam declaravit postul. nuper factam a capitulo et can.cis Cameracen. de persona ipsius Guilelmi, et decrevit liberam eccl. Cameracen. dispositionem ad Sed. Apost. spectasse, et proinde absolvit dictum Guilelmum a vinc. eccl. Antwerpien. cum decr., quod, antequam possess. eccl. Cameracen. adipiscatur, expresse renuntiet postul.ni praefatae, et declaret talem possess. adipisci ratione huius provisionis a Sed. Apost. de se factae, secus praesens provisio nulla et irrita sit eo ipso, conc. ei pallium 28 Maii 1601 (AC 13 ff. 153', 156), ob. 27 Apr. 1609.

[4]) Absolv. a vinc. Atrebaten. cum ret. compat., decr. de irritatione postul. can.orum [ut supra apud n. 3] etiam hac vice promulgatur, 1 Mart. 1610 conc. ei pallium (AV 15 ff. 60, 66'), ob. 28 Febr. 1614.

[5]) Absolv. a vinc. Namurcen., cum clausulis et decretis appositis sicut in aliis eiusdem eccl. expeditionibus, 16 Mart. 1615 conc. ei pallium (AC 15 ff. 8', 9), ob. 2 Maii 1615.

[6]) Absolv. a vinc. Gandaven., c. decr. . . . . de irritatione postul. can.orum sicut in praecedentibus expeditionibus, 19 Maii 1616 conc. ei pallium (AC 15 ff. 51', 60'), ob. 23 Maii 1644.

[7]) Absolv. etc., c. decr. . . . . prof. fidei, et de irritatione postul. etc. ut supra, 10 Sept. 1646 conc. ei pallium (AC 19 ff. 68, 71'), ob. 24 Oct. 1647.

[8]) Absolv. etc., c. decr. ut supra, 22 Ian. 1652 conc. ei pallium (AC 19 ff. 200, 206), ob. m. Nov. 1667.

Camerinen.

[1]) A. 1622: Eccl. cathedr. habet 2 dign. et 15 can., valor ann. fr. mens. epalis 1500 scut., taxa 200 flor. (AM 97 f. 323), S. Sedi immed. subi.

[2]) Roman., utr. sign. ref., promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 155); 14 Iun. deput. nunt. ad regem Galliae (S. Br. 309 f. 193), fit card. 9 Iun. 1604 (cf. S. R. E. card. I, 44).

[3]) Reserv. pens. scut. 450 pro rev.mo cedente, dummodo remaneant 1000 pro epo, et cum ret. compat. (AC 14 f. 32').

[4]) Promovetur cum ret. omnium, quae obtinet (AV 16 f. 32'), ob. 30 Sept. 1623 (cf. S. R. E. card. III, 67).

[5]) Promovetur cum ret. compat., et c. decr. . . . . vac. can.tus bas. S. Petri (AV 17 f. 20'); nat. Romae in paroecia S. Marci et in eadem par. eccl. bapt. 20 Iun. 1589, can. bas. S. Petri de Urbe, theol. doct., in ord. pbr. a card.le vicario Urbis 1 Dec. 1613 (P. Cons. 19 ff. 403—413), a. 1627 resignavit in favorem fratris sui, fit card. 13 Iul. 1643, ep. Tudertin. 31 Aug. 1643, ob. 26 Nov. 1654 (cf. S. R. E. card. V, 65).

[6]) Cum ret. compat., reserv. pens. scut. Roman. 500 pro epo cedente (AV 17 f. 111'); nat. Romae 12 Iul. 1590 (testim. fidei baptismatis in par. eccl. S. Marci apud P. Cons. 24 f. 221), 6 Apr. 1624 in ord. pbr. (l. c. ff. 221—223), utr. iur. doct., olim aud. nuntii ad regem Poloniae (l. c. f. 218), card. 29 Nov. 1669 (AC 22 f. 31), el. Sum. Pont. **Clemens** X 29 Apr. 1670.

[7]) Cum ret. omnium quae obtinet., c. decr. . . . . repar. cathedr. (AC 21 f. 123'); cons. ep. a Nerio card.le Corsino Romae 15 Iun. 1666 (Vat. Lat. 12333 f. 115'), card. in pectore 29 Apr. 1658 et publicatus 5 Apr. 1660 (cf. S. R. E. card. VII, 13), resignavit eccl.ae Camerinen. ante 23 Nov. 1693 (AC 24 f. 72).

Campanien. et Satrianen.

[1]) A. 1618: Istae civitates sunt in regno Neapolitan. in provincia Lucaniae, epi residentia est in civitate Campanien., cuius eccl. cathedr. est sub invocatione B. M. V. de Pace, et archiepi Salernitan. suffr. Satrianen. vero dioec. est valde exigua ex 4 oppidis constans, archiepi Compsan. suffr. Eccl. cathedr. Campanien. habet 7 dign. et 18 can., valor ann. fr. mens. epalis 1500 duc., taxa 87 flor. (AM 97 f. 349).

[2]) Ortus in civitate Caesenaten., iur. utr. doct., utr. sign. ref., excedit 60 a., iam abb. eccl. S. Barbarae Mantuae (AM 97 f. 392).

[3]) Ortus Bononiae, iur. utr. doct., aet. 46 an., pbr. a multis annis (AM 97 f. 349).

[4]) Aet. an. 43, theol. mag., socius commissarii gen. S. Officii in Urbe, c. decr. . . . . repar. cathedr., necnon erig. . . . . sem., cum cond. iur. (AC 16 f. 229'), ob. m. Febr. 1637 (P. Dat. a. 1637 f. 253). Recte nuncupatur „Testa“ et non „Testi“ ut nonnulli volunt (cf. P. Cons. 25 f. 720).

ob. Constantini	**Alexander** Liparuli, ep. Guardien.[5]	14 Dec. 1637	AC 17 f. 147
ob. Alexandri	**Franciscus** Carducci[6]	12 Dec. 1644	AC 19 f. 15'
tr. Franc. ad Valven.	**Iosephus Maria** Avila, O. P.[7]	12 Apr. 1649	AC 19 f. 148
ob. Iosephi	**Ioannes** Caramuel [Lobkowicz], abb. O. S. B.[8]	9 Iul. 1657	AC 20 f. 21

Canarien(sis) (Canarias) in ins. Canariis.[1]

tr. Ferd. de Figueroa ad Zamoren.	**Franciscus** Martinez de Ceniceros	14 Apr. 1597	AM 52 f. 359
tr. Franc. ad Carthaginen.	**Franciscus** de Sosa, O. M. Obs.[2]	3 Sept. 1607	AV 15 f. 38
libera res. Francisci	**Nicolaus** Valdés de Carriazo[3]	26 Apr. 1610	AV 15 f. 68
tr. Nicolai ad Guadicen.	**Lupus** de Valesco al. de Valdevieso[4]	14 Nov. 1611	AC 14 f. 193
ob. Lupi	**Antonius** Corrionero[5]	6 Oct. 1614	AC 14 f. 274
tr. Antonii ad Salamantin.	**Petrus** Herrera, O. P.[6]	7 Iun. 1621	AV 16 f. 17'
tr. Petri ad Tuden.	**Ioannes** de Guzman, O. M. Obs.[7]	11 Iul. 1622	AM 97 f. 524
tr. Ioan. ad Tarraconen.	**Christophorus** de la Camara y Murga[8]	15 Nov. 1627	AC 16 f. 212'
tr. Christ. ad Salamantin.	**Franciscus** Sanchez de Villanueva, archiep. Tarentin., ep. Mazaren.[9]	9 Iul. 1635	AC 17 f. 96
cess. Francisci	**Rodericus** Gutierrez[10]	3 Iul. 1651	AC 19 f. 193'
ob. Roderici	**Ioannes** de Toledo, O. S. Hier.[11]	9 Iun. 1659	AC 21 f. 79'
tr. Ioan. ad Legionen.	**Bartholomaeus** Garcia Ximenes[12]	16 Mart. 1665	AC 21 f. 89'

Canadien(sis) v. **Csanadien(sis)** **Candien(sis)** v. **Creten(sis)** **Caneen(sis)** v. **Agien(sis)**
Canusin(a) v. **Baren(sis)**

---

5) Absolv. a vinc. Guardien., cum ret. compat., c. decr. . . . . repar. cathedr., necnon erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 17 f. 147).

6) Cum ret. compat. (AC 19 f. 15').

7) C. decr. . . . . erig. sem. et mont. piet. in eccl. Campanien. (AC 19 f. 148), ob. m. Sept. 1656.

8) C. decr. . . . . repar. cathedr. Campanien., necnon erig. ut supra (AC 21 f. 21); nat. Matriti, abb. Montisserrati O. S. B. (P. Dat. a. 1657 f. 111'), tr. ad eccl. Viglevanen. 25 Sept. 1673 (AC 22 f. 152).

Canarien.

1) A. 1614: Civitas Canarien. sita est in praestantiori ex 7 insulis de Canaria, et habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Annae, in qua sunt 8 dign. et 16 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 20000 duc., taxa 1000 flor. (AM 97 f. 394), archiepi Hispalen. suffr.

2) Praesent. r. cath. (AV 15 f. 38); aet. 56 an., pbr. O. M. Obs., Hispaniarum Inquisitionis consultor (AM 97 f. 510); resignavit, deinde 23 Sept. 1613 el. ep. Oxomen. (cf. Oxomen.).

3) Praesent. r. cath., reserv. pens. ann. duc. Hispan. 4200 pro Francisco cedente, salvis pens. antiquis, cum ret. compat. (AV 15 f. 68). Desideratur apud *Gams*.

4) Praesent. r. cath. (AC 14 f. 193); aet. 50 an., iur. can. doct., iam can. eccl. Giennen., capell. maiestatis cath. (AM 97 f. 504), ob. m. Oct. 1613. In actis vocatur „de Velasco" et a *Gams* (p. 23) „de Valdevieso".

5) Praesent. r. cath. (AC 14 f. 274); aet. 60 an., pbr. dioec. Salamantin., iam vic. gen. epi Conchen., nunc cancellarius regius Hispalen. (AM 97 f. 394).

6) Praesent. r. cath., reserv. pens.num: duc. 800 pro Alphonso Bezerra, 200 pro Ioan. Bapt. Magno, O. P., 200 pro Didaco de la Fuentes, O. P., 200 pro Ioan. de Herrera, cler. dioec. Vallesoletan.; ulterius reserv. alterius pens. duc. 1000, ad rationem 11 regalium Hispan., pro pers. a S.te S. nominandis, salvis pens. antiquis (AV 16 f. 17').

7) Aet. 50 an., pbr., iam definitor et provincialis O. S. Francisci (AM 97 f. 528).

8) Cum ret. compat., reserv. pens. 4200 duc., comprehensis antiquis (AC 16 f. 213); nat. in dioec. Burgen., aet. 57 an., nunc can. magistralis eccl. Toletan., vic. gen. archiepi Toletan. (P. Cons. 23 f. 683), nomin. r. cath. 16 Iun. 1627 (l. c. f. 680).

9) Praesent. r. cath., absolv. etc., cum ret. compat., reserv. pens. 4200 duc. etc., ut supra, c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis (AC 17 f. 96).

10) Praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 6600 duc. monetae illarum partium pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fruct., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet., necnon repar. dom. epalis (AC 19 f. 193'); nat. Matriti, aet. ultra 50 a., can. magistralis eccl. Conchen. (P. Cons. 48 ff. 476'—78). In actis et dicto processu vocatur „Gutierrez" et *Gams* (p. 23) eum „Rodericum de Rozas" nuncupat.

11) Praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 4500 duc. etc., ut supra, c. decr. . . . . erig. etc., ut supra (AC 21 f. 79'); nat. Matriti, aet. 54—55 an., pbr. O. S. Hieronymi (P. Cons. 57 f. 476').

12) Praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 4912 duc. pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr., c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 21 f. 89'); nat. in oppido Calamia La Real dioec. Hispalen. et ib. in par. eccl. bapt. 19 Oct. 1622, can. magistralis metrop. Hispalen. (P. Cons. 63 f. 210), ob. a. 1690.

Caprien(sis) seu **Caprinaten(sis)** (Capri) in ins. eiusdem nominis.[1])

ob. Francisci Liparuli	**Traianus** Bozzuti[2])	17 Mart. 1608	AC 14 f. 91
ob. Traiani	**Raphael** Rastellius (Rastelli), Theatin.[3])	16 Mart. 1626	AC 16 f. 109
ob. Raphaelis	**Lauretus** de Franchis[4])	22 Mart. 1634	AC 17 f. 70
tr. Laureti ad Minoren.	**Alexander** Sibilia[5])	20 Apr. 1637	AC 17 f. 139
ob. Alexandri	**Franciscus Antonius** Blondus (Biondo), O. M. Conv.[6])	14 Dec. 1637	AC 17 f. 147
tr. Francisci ad Orthonen.	**Paulus** Pellegrini al. Peregrini[7])	18 Mart. 1641	AC 18 f. 48

Caprulan(a) seu **Caprularum** (Caorle) in ins. eiusdem nominis.[1])

ob. Hier. Ragazzino	**Angelus** Casarino, O. P.[2])	5 Iul. 1593	AC 13 f. 26
ob. Angeli	**Ludovicus** de Grigis, O. M. Obs.[3])	24 Ian. 1601	AC 13 f. 151
ob. Ludovici	**Benedictus** de Benedictis (Benedetti)[4])	18 Aug. 1610	AC 14 f. 157'
libera cess. Benedicti	**Angelus** Castellarius (Castellari), O. Minim.[5])	17 Sept. 1629	AC 16 f. 307'
ob. Angeli	**Vincentius** Milani[6])	1 Iul. 1641	AC 18 f. 55'
tr. Vinc. ad Pharen.	**Iosephus** Pizzini, O. P.[7])	20 Mart. 1645	AM 40 f. 57
ob. Iosephi	**Georgius** Darmini[8])	24 Nov. 1653	AC 19 f. 239
tr. Georgii ad Aemonien.	**Petrus Martyr** Rusca, O. M. Conv.[9])	14 Febr. 1656	AC 19 f. 277

Capuan(a) (Capua) in Italia inferiori, metrop.[1])

ob. Caesaris Costa	**Robertus** Bellarmino, S. R. E. card.[2])	18 Mart. 1602	AC 13 f. 164
res. card. Bellarmino	**Antonius** Caetani[3])	31 Aug. 1605	AC 14 f. 16
. . . .	**Aloysius** Caetani, patr. Antiochen., fit coadi. c. f. s.[4])	14 Nov. 1622	AC 15 f. 200
libera dim. card. Caetani	**Hieronymus** Constantius (Costanzo), ep. Triventin.[5])	1 Mart. 1627	AC 16 f. 176

Caprien. seu Caprinaten.

[1]) A. 1626: Civitas Caprinaten. est in ins. Caprea prope Neapolim, in ea est eccl. cathedr. sub invocatione S. Constantii, archiepi Amalphitan. suffr., in qua sunt 4 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 200 scut., taxa 40 flor. (AM 97 f. 538).

[2]) Neapoli nat., aet. 45 an., iur. utr. doct. (AM 97 f. 460).

[3]) Neapoli nat., aet. 68 an., pbr. Theatin., iur. utr. doct. (AM 97 f. 538), ob. m. Aug. 1632 (P. Cons. 33 A f. 394').

[4]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AC 17 f. 70); nat. in castello di Sangro dioec. Triventin., aet. ultra 55 a., pbr. ab a. 1604, iur. utr. et theol. doct. (P. Cons. 33 A f. 392).

[5]) C. decr. etc. ut supra (AC 17 f. 139); nat. Capuae, aet. circ. 45 an., theol. doct. (P. Cons. 30 f. 858'); ob. Romae paucos post dies a sua inauguratione (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 82').

[6]) C. decr. ut supra (AC 17 f. 147).

[7]) C. decr. ut supra (AC 18 f. 48); nat. Neapoli, aet. circ. 44 an., iur. utr. doct. Bononien. (P. Cons. 39 f. 188), ob. a. 1683.

Caprulan. seu Caprularum.

[1]) A. 1610: Civitas Caprulan. est in ins. maris Adriatici circuitus trium milliarium, quae adiacet provinciae Foriiulii, sub dominio reipublicae Venetae, quae ins. non habet incolas ultra civitatem ad numerum 700 circ. In dicta civitate habetur eccl. cathedr. sub invocatione S. Stephani, patr. Venetiarum suffr. [olim suffr. Graden.], in ea sunt 4 can., valor ann. fr. mens. epalis 200 duc. Venetorum, taxa 40 flor. (AM 97 f. 466), a. 1629 taxa $33^1/_3$ flor. (AC 16 f. 307').

[2]) Promovetur cum cond. iur. (AC 13 f. 26).

[3]) Bulla provisionis apud S. Br. 377 f. 63.

[4]) Nat. Venetiis, aet. an. 54, pbr. a 25 annis (AM 97 f. 466).

[5]) C. decr. . . . . repar. cathedr., et dom. eplis, necnon instr. supellect. (AC 16 f. 307').

[6]) C. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet., necnon repar. ut supra (AC 18 f. 55'); nat. Tarvisii, aet. circ. 44 an., can. poenit. et vic. capitularis eccl. Tarvisin., iur. utr. doct. (P. Cons. 39 f. 239').

[7]) C. decr. . . . . erig. et repar. ut supra (AM 40 f. 57); mandatum capiendi possess. dictae eccl. datur per breve apost. 6 Maii 1645 (S. Br. 998 f. 272).

[8]) C. decr. . . . . instr. supellect., repar. dom. epalis et cathedr., necnon erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 239); nat. in civitate Tinen. in Candia, iur. can. doct., can. et poenit. eccl. Caneen. (P. Cons. 51 f. 881). Manu propria subscripsit ut supra (P. Cons. 51 f. 878).

[9]) C. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis, necnon erig. ut supra (AC 19 f. 277); nat. Venetiis, aet. ultra 40 a., O. Min. Conv. S. Francisci, mag. theol. (P. Cons. 51 ff. 860'–61), ob. a. 1674.

Capuan.

[1]) A. 1622: Civitas Capua in provincia Terrae Laboris habet eccl. metrop. sub invocatione S. Stephani Prothomartyris, in ea sunt 2 dign. et 40 can., valor ann. fr. mens. epalis 8000 duc. Neapolitan., pens. antiquae 1600 scut. Roman., taxa 2000 flor. (AM 97 f. 561).

[2]) Reserv. pens. scut. Roman. 2000: 1000 pro rev.mo Silvio card.le Antoniano, et 1000 pro Ioan. card.le Deza, salvis pens. antiquis, 22 Apr. 1602 conc. ei pallium (AC 13 ff. 164, 166'); cf. S. R. E. card. I, 30.

[3]) Reserv. pens. ann. scut. 1900 pro card.le Bellarmino, cum ind. conferendi et retinendi compat., 12 Sept. 1605 conc. ei pallium (AC 14 ff. 16, 17'); fit card. 19 Apr. 1621, ob. 17 Mart. 1624 (cf. S. R. E. card. IV, 2).

[4]) Deput. coadi. c. f. s. cum ret. patr.tus Antiochen. et compat., praesertim praeceptoriae S. Leonardi de la Mattina Sipontin. dioec. cuius fructus sunt duc. 10000 (AC 15 f. 200); successit archiepo Capuan. 17 Mart. 1624, fit card. 19 Ian. 1626 (cf. S. R. E. card. V, 5).

[5]) Absolv. a vinc. Triventin., cum ret. pens. 330 duc. super fructibus mensae epalis Triventin., et mon. S. Petri de Ebulo Salernitan. dioec., reserv. pens. 1000 scut. pro card.le cedente, 17 Maii 1627 conc. ei pallium (AC 16 ff. 176', 188); nat. Neapoli, aet. 38—40 an., iur. utr. doct. (P. Cons. 24 f. 372'), ob. m. Sept. 1633.

ob. Hieronymi	**Hieronymus** de Franchis, ep. Neritonen.[6])	27 Nov. 1634	AC 17 f. 80
ob. Hier. de Franchis	**Camillus** Meltius (Melzi)[7])	18 Febr. 1636	AC 17 f. 113'
ob. card. Meltii	**Ioannes Antonius** Meltius (Melzi)[8])	14 Mart. 1661	AC 20 f. 149'

Caputaquen(sis) (Capaccio) in Italia inferiori.[1])

[4]) Fit ep. Ascalonen. et deput. coadi. c. f. s. (cf. Ascalonen.); 2 Dec. 1641 successit, conc. ei pallium 25 Oct. 1655 (AC 19 f. 272'), ob. 3 Sept. 1659 (*de Almeida*, l. c., 955). Per breve apost. 17 Dec. 1659 „Iosephus a Sancta Maria", O. Carm. Disc. et ep. Hieropolitan., deput. commiss. apost. et admin. provinciae Serrae Malabarium seu S. Thomae in India orientali et archiepatus Angamalen. (S. Br. 1262 f. 270), et per breve apost. 3 Iul. 1666 „Alexander de Campo", ep. Megaren., deput. vic. apost. in archiepatu Angamalen. (S. Br. 1366 f. 424). Per breve apost. 7 Febr. 1689 „Hieronymus a Santiago" [al. a S. Tiago], O. S. B, fit archiep. Cranganoren. (S. Br. 1751 f. 313a), qui 15 Aug. 1720 ob. (*de Almeida*, l. c., 955).

Cremen.

[1]) A. 1612: Eccl. cathedr. Assumptioni B. M. V. dicata est archiepi Bononien. suffr., in ea sunt 2 dign. et 12 can., valor ann. fr. mens. epalis 3000 duc. Venetorum (AM 97 f. 923); a. 1629: taxa 300 flor. (AC 16 f. 317).

[2]) Fit. ep. Larissen et deput. coadi. c. f. s. Cremen. (cf. Larissen.); successit Ioanni Diedo 6 Iun. 1616, ob. Romae 28 Sept. 1629 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 93).

[3]) Nob. Venetianus, aet. 40–41 an., utr. sign. ref., iur. utr. doct., in ord. pbr. Venetiis 28 Sept. 1626 (P. Cons. 26 ff. 253–254, 264), tr. ad Ceneten. 12 Ian. 1633, ad Vicentin. 3 Oct. 1639, fit card. 16 Dec. 1641, ob. 28 Mart. 1658 (cf. S. R. E. card. V, 48).

[4]) Promovetur cum ret. compat. (AC 17 f. 37), ob. a. 1677.

Cremonen.

[1]) Suffr. archiepi Mediolanen., taxa 500 flor. (*Eubel* III[2], 181).

[2]) Reserv. pens. ann. scut. Roman. 6000 pro pers. a S.te S. nominandis, cum ret. compat. (AV 15 f. 38); creatus card. a Gregorio XV 19 Dec. 1590 (*Eubel* III[2], 54), deinde resignavit eccl. Cremonen., ob. Tiburi 14 Febr. 1618 et sepultus Romae in eccl. S. Caeciliae (AC 15 f. 93').

[3]) Pbr. Mediolanen., utr. sign. ref., reserv. pens. ann. scut. Roman. 5000 pro card.le cedente, salvis pens. antiquis (AC 14 f. 155'); cons. Romae a Fabritio card.le Verallo 8 Sept. 1610 (Misc. Arm. XIII 33 f. 129), ob. 2 Febr. 1621 (*Cappelletti*, Le chiese d' Italia [Venetiis 1844 seq.] XII, 220).

[4]) Salvis pens. antiquis, cum ret. omnium, quae obtinet (AV 16 f. 9); card. 19 Sept. 1616 (cf. S. R. E. card. III, 45), cons. Romae a Ioanne Bapt. card.le Lenio 16 Maii 1621 (Misc. Arm. XIII 33 f. 160), ob. Cremonae 4 Febr. 1643 (P. Cons. 42 f. 385').

[5]) Absolv. a vinc. Alexandrin., reserv. pens. 2000 scut. ultra pens. antiquas pro pers. a S.te S. nominandis, cum ret. compat., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 18 f. 141'); resignavit ante 6 Oct. 1670 (AC 22 f. 48'), ob. Romae 4 Oct., 1681 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 113).

Creten(sis) seu **Candien(sis)** (Creta) in ins. cognominata, metrop.[1])

ob. Laurentii Victurii[2])	**Thomas** Contarini[3])	4 Iul.	1597	AC 13 f. 77
ob. Thomae	**Aloysius** Grimani[4])	7 Ian.	1605	AC 13 f. 204'
ob. Aloysii	**Petrus** Valerius (Valier), ep. Famagustan.[5])	18 Maii	1620	AV 15 f. 183
tr. card. Valerii ad Ceneten.	**Lucas** Stella, archiep. Iadren.[6])	4 Dec.	1623	AV 17 f. 10
tr. Lucae ad Vicentin.	**Leonardus** Mocenicus (Mocenigo al. Mozzenigo)[7])	20 Iun.	1633	AC 17 f. 42'
ob. Leonardi	**Ioannes** Quirino[8])	19 Nov.	1644	S. Br.
	a. 1669 Creta a Turcis capta fuit.			

S. Crucis de Sierra (**Santa Cruz de la Sierra**) in America meridionali (Bolivia). Erecta 4 Iul. 1605.[1])

noviter erecta	**Antonius** Calderon, ep. de Panama[2])	4 Iul.	1605	Er. 4 Iul. 1905
. . . .	**Ferdinandus** de Ocampo, O. M. Obs., fit ep. Usulen. et coadi. c. f. s.[3])	14 Dec.	1620	AC 15 f. 152
ob. Ferdinandi	**Ioannes** Zapata et Figueroa[4])	9 Iul.	1635	AC 17 f. 96
ob. Ioannis	**Ioannes** de Arguinao, O. P.[5])	10 Sept.	1646	AC 19 f. 68
tr. Ioan. ad S. Fidei	**Ioannes** de Riviera, O. S. Aug.[6])	17 Nov.	1659	AC 20 f. 97
ob. Ioannis	**Bernardinus** de Cardénas, ep. S. Assumptionis[7])	7 Iun.	1666	AC 21 f. 124'

Csanadien(sis) (Csanád) in Hungaria.[1])

ob. Pauli Szegedy	**Faustus** Verantius (Veranchich)[2])	20 Dec.	1600	AC 13 f. 149'
. . . .	**Matthias** Herovics[3])	a. 1608		. . . .
. . . .	**Emericus** Lósy[4])	a. 1622		. . . .
tr. Emerici ad Varadien.	**Georgius** Dubovszky[5])	3 Dec.	1635	AC 17 f. 102'
ob. Georgii	**Ioannes** Püsky (Püspöky?)[6])	16 Apr.	1640	AC 17 f. 208

Creten.

[1]) A. 1644: Civitas Candien. seu Creten. in ins. eiusdem nominis habet circ. 11000 animas et est sub dominio reipublicae Venetiarum, in ea est eccl. metrop. cum 5 dign. et 9 can., valor ann. fr. mens. archiepalis 6500 duc. (P. Cons. 44 f. 521); taxa 500 flor. (*Eubel* III[2], 181).

[2]) Ob. Romae 5 Febr. 1597 aet. 54 an. (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 67).

[3]) Promovetur c. disp. . . . . gradus et sacr. ord., reserv. pens. scut. 1000 pro card.[le] Mantica, et 300 pro pers. nominandis, 1 Sept. 1597 conc. ei pallium (AC 13 ff. 77, 79').

[4]) Salvis pens. antiquis, cum ret. compat., 26 Ian. 1605 conc. ei pallium (AC 13 ff. 204', 207), ob. m. Febr. 1620.

[5]) Absolv. a vinc. Famagustan., cum ret. compat., reserv. pens. ann. scut. 800 pro pers. nominandis, 1 Iun. 1620 conc. ei pallium (AV 15 f. 183, AC 15 f. 143'); fit card. 11 Ian. 1621 (cf. S. R. E. card. III, 53), tr. ad Ceneten. 2 Oct. 1623, ad Patavin. 18 Aug. 1625.

[6]) Absolv. a vinc. Iadren., promovetur cum ret. compat., 11 Mart. 1624 conc. ei pallium (AV 17 ff. 10, 23).

[7]) C. disp. . . . . gradus et sacr. ord. (AC 17 f. 42').

[8]) Per cedulam consistorialem 19 Nov. 1644 „Ioannes Quirinus" fit archiep. eccl.[ae] Creten. per ob. „Aloysii Mozzenigo" vacantis (S. Br. 1133 f. 401); nat. Venetiis, in ord. pbr. m. Sept. 1644, aet. ultra 50 a. (P. Cons. 44 f. 519'), cons. Romae ab em. Federico card.[le] Cornelio 15 Ian. 1645 (Misc. Arm. XIII 33 f. 214).

S. Crucis de Sierra.

[1]) Die 4 Iul. 1605 S. S. dismembravit ab eccl. de la Plata in provincia de las Charcas in Indiis occidentalibus del Perù . . . . provinciam S. Crucis de la Sierra, in qua eccl. S. Laurentii, oppidi de la Barranca, in eccl.[am] cathedr. erexit, et de iurepatronatus regis cath. esse voluit et declaravit (AC 14 f. 10). A. 1620: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. M. Virg., in ea sunt 3 dign. et plures can., valor ann. fr. mens. epalis duc. 8000, taxa in libris Camerae 33 1/3 flor. (AM 98 f. 835); a. 1666: suffr. archiepi de la Plata (P. Cons. 64 f. 151').

[2]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. de Panama, c. decr. . . . . prof. fidei (AC 14 f. 10').

[3]) Fit. ep. Usulen. et deput. coadi. c. f. s. S. Crucis de Sierra etc. (cf. Usulen.); successit epo S. Crucis de Sierra.

[4]) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . erig. poenit., theol., et sem. necnon 1000 duc. repar. dom. epalis (AC 17 f. 96).

[5]) Praesent. r. cath., c. ind. . . . : cons. ab epo et 2 dign. (AC 19 f. 68); nat. in Civitate Regum, aet. 50 an., O. P., mag. theol., ad praesens cathedraticus primarius in universitate de Perù (P. Cons. 46 f. 390').

[6]) Praesent. r. cath., c. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign. (AC 20 f. 97); ex civitate Liman. oriundus, aet. 64 an., pbr. O. S. Aug., qualificator S. Officii (P. Cons. 57 1210).

[7]) Absolv. a vinc. de Paraguay, praesent. r. cath. (AC 21 f. 124'), ob. ante 16 Maii 1672 (AC 22 f. 120').

Csanadien.

[1]) Archiepi Colocen. suffr., taxa 900 flor. (*Eubel* III[2], 161).

[2]) Promovetur cum cond. iur., c. disp. . . . . gradus, et c. decr. . . . . iterum prof. fidei (AC 13 f. 149'); resignavit a. 1608, ob. a. 1617 (*Gams*, 370).

[3]) Iuxta *Gams* (370) fuit ep. Csanadien. ab a. 1608 ad a. 1622; ei deest confirmatio S. Sedis.

[4]) A. 1622 fit ep. Csanadien. et tr. a rege ad eccl. Varadien. m. Oct. 1625 (*Gams*, 370), a S. Sede confirm. ep. Varadien. 22 Apr. 1630. Electio Emerici ad eccl. Csanadien. non invenitur sed in subsequenti promotione expresse dicitur eccl.[am] Csanadien. vacare per tr. Emerici Lósy ad Varadien.

[5]) Can. et scholasticus eccl. Strigonien., nomin. a maiestate caesarea uti rege Hungariae, promovetur c. disp. . . . . gradus, cum cond. iur. et ret. praepositurae de Vichel, can.[tus] et lectoratus eccl. Strigonien. pro ipsius sustentatione, cum redditus eccl. Csanadien. a Turcis occupentur (AC 17 f. 102').

[6]) Nomin. a maiestate ut supra (AC 17 f. 208). Hoc in loco acta consist. vocant eum „Stephanum Bosucják" sed est prorsus error materialis ipsius scriptoris cum in subsequente promotione ad eccl. Quinqueecclesien. [AC 17 f. 208] in eodem consist. eadem acta „Stephanum Bosucjak" ut el. Quinqueecclesien. referunt. Cf. etiam bullam provisionis apud S. Br. 972 f. 383. Pro aliis a rege nominatis inter „Ioannem" et „Matthiam" sequentem cf. *Gams*, 370—371.

tr. Ioannis ad Colocen.	**Matthias** Tarnóczy[7])	4 Apr. 1650	AC 19 f. 171
tr. Matthiae ad Vacien.	**Thomas** Pálffy de Erdöd[8])	2 Aug. 1655	AC 19 f. 267
. . . .	**Hyacinthus** Macripodari, O. P.[9])	a. 1659	. . . .

Cuba (de) v. **S. Iacobi**

Culmen(sis) (Chelmno, Kulm) in Polonia.[1])

ob. Petri Kostka	**Petrus** Tylicki[2])	17 Iul. 1595	AM 53 f. 83
tr. Petri ad Varmien.	**Laurentius** Gembicki[3])	10 Nov. 1600	AC 13 f. 146'
tr. Laurentii ad Vladislavien.	**Matthias** de Konopath al. Konopacki[4])	17 Aug. 1611	AC 14 f. 188
ob. Matthiae	**Ioannes** Kuczborski[5])	28 Apr. 1614	AV 15 f. 113'
ob. Ioannis	**Iacobus** Zadzik[6])	2 Dec. 1624	AV 17 f. 41
tr. Iacobi ad Cracovien.	**Ioannes** Lipski[7])	1 Oct. 1635	AC 17 f. 100'
tr. Ioan. ad Gnesnen.	**Caspar** Dzialynski[8])	27 Ian. 1639	AC 17 f. 177'
ob. Gasparis	**Andreas** de Leszno Leszczinski, ep. Camenecen.[9])	3 Dec. 1646	AC 19 f. 77
tr. Andr. ad Gnesnen.	**Ioannes** Gembicki[10])	21 Apr. 1653	AC 19 f. 228'
tr. Ioan. ad Plocen.	**Ioannes** de Leszno Leszczinski, ep. Chiovien.[11])	10 Ian. 1656	AC 19 f. 274'
ob. Ioannis	**Adam** Coss al. Koss[12])	19 Nov. 1657	AC 20 f. 28
ob. Adami	**Andreas** Olszowski[13])	8 Aug. 1661	AC 20 f. 159'

Cuman(a) v. **Comen(sis)**

Cupersanen(sis) v. **Conversanen(sis)**

---

[7]) Nomin. etc. ut supra, promovetur cum ret. compat. (AC 19 f. 171); nat. in loco Lelotz dioec. Strigonien. et comitatus Nitrien., aet. circ. 34 an. [a. 1649], in ord. pbr. die S. Matthiae [24 Febr.] 1639 ab archiepo Strigonien., praepos. coll. eccl. S. Thomae de Monte, Strigoniae, el. ep. Bachien. [a rege] (P. Cons. 51 ff. 1089', 1101). Iuxta *Gams* (371) iam a. 1651 habetur ut successor [a rege nomin.] quidam „Stephanus Rohonczy".

[8]) Nomin. etc. ut supra, cum ret. compat., ac can.tus eccl. Strigonien. necnon praepositurae eccl. S. Thomae in Monte etiam Strigonien. (AC 19 f. 267); tr. ad Vaccien. a. 1658 (*Gams*, 371) sed a S. Sede non confirm. ep. Vacien. Decr. fuit 31 Maii 1655 ut expeditio litt. fieret gratiosa (AC 19 f. 263').

[9]) A. 1659 fit ep. Csanadien., ob. a. 1672 (*Gams*, 371). Confirmatio S. Sedis non invenitur sed in subsequente promotione „Ferdinandi Pálffy" ad eccl. Csanadien. 27 Febr. 1673 expresse dicitur dictam eccl. per ob. „Hyacinthi Macripodarii" vacare (AC 22 f. 139').

Culmen.

[1]) A. 1611: Civitas Culmen. in provincia Prussiae est epo in spiritualibus et temporalibus subi., eccl. cathedr. S.mae Trinitati dicata habet 5 can. et nullam dign. [a. 1597 archiepi Gnesnen. suffr.], valor ann. fr. mens. epalis circ. 7000 aureorum, taxa flor. 700 (AM 97 f. 363); a. 1655: suffr. Gnesnen., valor ann. fr. mens. epalis iam 60000 flor. Polonicorum sed nunc propter bella 40000, nulla pens.ne oneratur (P. Cons. 54 f. 849'). Epi Culmen. iam per multum tempus iura et nomen eporum Pomesanien. adsumpserant, et unio eccl. Pomesanien. cum eccl. Culmen. modo explicito fuit confirm. per breve apost. 16 Apr. 1601 (S. Br. 307 f. 275).

[2]) Supplic. r. Polon., c. disp. . . . . gradus, promovetur cum ret. compat. ad vitam et incompat. ad triennium (AM 52 f. 83).

[3]) Supplic. r. Polon., c. disp. . . . . gradus (AC 13 f. 146').

[4]) Supplic. r. Polon., c. disp. . . . . gradus et sacr. ord., cum cond. iur. pro tertia parte fructuum (AC 14 f. 113'); aet. circ. 60 an., pbr. sed non ultra 6 menses (AM 97 f. 363), 21 Maii 1611 in 4 ord.bus min. const., diebus 29 et 30 Iun. in ord. subdiac. et diac. (litt. testim., P. Cons. 12 f. 192), ob. a. 1613.

[5]) Supplic. r. Polon., cum cond. iur., solutis tantummodo ducatis auri de Camera 195 (AV 15 f. 113'); nat. in dioec. Plocen., aet. circ. 40 an., theol. doct. Romae, habuit can.tum Plocen., archidiac.tum Varsavien., et praeposituram Cracovien. (P. Cons. 14 f. 330').

[6]) Supplic. r. Polon., cum ret. praepositurae Plocen. quamdiu eccl. Culmen. praeerit, et decan.tus Posnanien. ad annum (AV 17 f. 41).

[7]) Suppl. r. Polon., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AC 17 f. 100').

[8]) Suppl. r. Polon., cum ret. compat., c. disp. . . . . gradus, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet., et c. decr. . . . . flor. 500 repar. dom. eplis (AC 17 f. 177'); in ducatu Prussiae ex familia nob. nat., aet. 40 an. [m. Aug. 1638], in ord. pbr. Romae a. 1632, decan. eccl. Vladislavien. (P. Cons. 37 f. 430).

[9]) Absolv. a vinc. Camenecen., supplic. r. Polon., cum ret. compat., et praepositurae Plocen. ad quinquennium iuxta decr. Congr. Consist., c. decr. . . . . repar. dom. epalis, ac erig. ut supra (AC 19 f. 77).

[10]) Supplic. r. Polon., c. decr. . . . . instr. supellect., ac repar. dom. epalis, necnon erig. ut supra (AC 19 f. 229); in dioec. Gnesnen. nat., aet. 50 an. [a. 1652], decan. Cracovien., custos eccl. Gnesnen., regis Poloniae secr. (P. Cons. 51 f. 1274).

[11]) Absolv. a vinc. Chiovien., supplic. r. Polon., c. decr. . . . . instr. et repar. ut supra necnon erig. poenit. et mont. piet. (AC 19 f. 274').

[12]) Pbr. Vladislavien., supplic. r. Polon., promovetur cum ret. archidiaconatus Varsavien., et can.tus in coll. eccl. Kielcen., Cracovien. dioec., donec fructus mensae epalis Culmen., ad praesens ab haereticis occupati, recuperentur (AC 20 f. 28), ob. ante m. Iun. 1661 (P. Dat. a. 1660—1661 f. 383).

[13]) Supplic. r. Polon., cum ret. compat., et ad quadriennium tantum decan.tus Cracovien., ac praepositurae Posnanien., c. decr. . . . . repar. dom. epalis, ac erig. mont. piet. (AC 20 f. 159'); nat. in dioec. Gnesnen., aet. circ. 40 an., iur. can. doct., can. eccl. Gnesnen. (P. Dat. a. 1660—1661 f. 384'), tr. ad Gnesnen. 1 Oct. 1674 (AC 22 f. 170).

Curien(sis) (Chur, Coira) in Helvetia.[1])

ob. Petri Rascher	**Ioannes** Flugius (Flugi)[2])	9 Apr. 1601	AC 13 f. 154
res. et ob. Ioannis	**Iosephus** Mohr[3])	10 Sept. 1627	AC 16 f. 205
ob. Iosephi	**Ioannes** Flugius (Flugi) de Aspermont[4])	22 Sept. 1636	AC 17 f. 123
ob. Ioannis	**Uldaricus** de Monte (de Mont de Villa)[5])	19 Dec. 1661	S. Br.

Curzolen(sis) (Curzola, Korzul) in ins. in mari Adriatico.[1])

tr. Augustini Quinctii ad Massalubren.	**Raphael** Ripa (Riva), O. P.[2])	12 Sept. 1605	AC 14 f. 18
tr. Raph. ad Clodien.	**Theodorus** Dedo, O. P.[3])	14 Mart. 1611	AC 14 f. 174'
ob. Theodori	**Iacobus** Fagagna (al. Faganeo), O. S. Hier.[4])	28 Ian. 1626	AC 16 f. 99'
ob. Iacobi	**Franciscus** Manolla[5])	12 Ian. 1643	AC 18 f. 136'
ob. Francisci	**Hieronymus** Andreis[6])	13 Apr. 1665	AC 21 f 92'

Cuschen(sis) seu **Cuzquen(sis)** (Cuzco) in America meridionali (Perù).[1])

ob. Gregorii de Montalvo	**Antonius** de la Roya[2])	6 Iun. 1594	AC 13 f. 41
ob. Antonii	**Ferdinandus** de Mendoza, S. I.[3])	12 Ian. 1609	AC 14 f. 116'
ob. Ferdinandi	**Laurentius** de Grado, ep. S. Assumptionis[4])	18 Mart. 1619	AC 15 f. 122
ob. Laurentii	**Ferdinandus** de Vera, archiep. S. Dominici[5])	16 Iul. 1629	AC 16 f. 298
ob. Ferdinandi	**Didacus** de Montoya et Mendoza, ep. de Truxillo[6])	16 Iul. 1640	AC 18 f. 8'

Curien.

[1]) A. 1601: Taxa 500 flor. (AM 53 f. 249); a. 1627: eccl. cathedr. est sub invocatione B. M. Virg. et SS. Lucii et Florini, archiepi Moguntin. suffr., in ea sunt 4 dign. et 13 can., valor ann. fr. mens. epalis nunc exiguus propter tumultus bellicos et usurpationem haereticorum (P. Cons. 27 f. 299).

[2]) Confirm. electio a capitulo et can. eccl. Curien. facta, c. decr. . . . . prof. fidei, cum cond. iur. (AC 13 f. 154); iam vic. gen. epi Curien. defuncti (AM 53 f. 249), resignavit in manibus nuntii apost. 24 Aug. 1627 (S. Br. 939 f. 357 a.), deinde ob. 1 Sept. 1627 (*Mayer*, Geschichte des Bistums Chur [Stans 1907—1908] II, 305).

[3]) Per breve apost. 10 Sept. 1627 electio a capitulo et can. eccl.ae Curien. per res. et ob. Ioannis de persona Iosephi facta confirm. ab ipsa S. Sede, et idem Iosephus ad dictam eccl. promovetur c. decr. . . . . vac. scholastria et can.tus eccl.ae Curien. (S. Br. 939 f. 354 seq.); nat. in pago „Mals" Vallis Venustae, aet. circ. 50 an., in ord. pbr. a. 1605, can. eccl. Curien., theol. doct. Mediolani 20 Iul. 1605, el. a capitulo eccl. Curien. 25 Aug. 1627 (P. Cons. 23 ff. 296—298), ob. 6 Aug. 1635 (P. Cons. 35 f. 172). Per breve apost. 13 Nov. 1627 declaratur, quod Iosephus non teneatur solvere iura provisionis sui epatus Camerae Apost. et aliis debita, attentis necessitatibus dictae eccl. Curien. (S. Br. 940 f. 460). Provisio Iosephi ad eccl. Curien. invenitur etiam apud AC 16 f. 205 non tamen in consist. sed 10 Sept. 1627 et expresse dicitur hanc provisionem factam fuisse per breve apost. die 10 Sept. 1627 expeditum.

[4]) Confirm. electio ut supra, c. decr. . . . . erig. sem. (AC 17 f. 123); nat. a. 1598 in pago Camogasca in Engadina superiori dioec. Curien. ex patre Catholico et matre haeretica et ib. eodem a. a „Christiano Hornio" ministro Calvinista bapt., tamen educatus in fide Catholica ad quam mater eius postea conversa fuit, theol. doct. Papiae 8 Oct. 1621, in ord. pbr. a. 1621 et quidem a *suo avunculo* „Ioanne Flugio", epo Curien., el. a capitulo eccl. Curien. 1 Febr. 1636 (P. Cons. 35 ff. 162—172), ob. 24 Ian. 1661 (P. Cons. 59 f. 502). A patruo suo „Ioanne Flugio", epo Curien., accepit castellum Aspermont prope Molinera et titulum nob. „de Aspermont" (*Mayer*, l. c. II, 331).

[5]) In consist. 26 Sept. 1661: „Confirm. electio etc. ut supra iuxta decr. Sacrae Congr. Consist., c. disp. . . . . gradus, c. decr. . . . . erig. poenit., theol., et mont. piet." (AC 20 f. 164); in consist. vero 19 Dec. 1661 iterum habetur provisio „Uldarici" ad eccl. Curien. supradictis verbis facta additis tamen sequentibus: „cum sanatione quorumcumque defectuum, si qui in electione huiusmodi intervenerint" (AC 20 f. 169'). Ipsa cedula consist. habet datum 18 [al. 19] Dec. 1661 (S. Br. 1821 f. 372), ac proinde posterior provisio in actis, scil. 19 Dec. 1661, est provisio definitiva. Nat. in pago Villa in Valle Lunganitiae [Lungnez] dioec. Curien. 10 Ian. 1624, a. 1649 in ord. pbr. (litt. testim. apud P. Cons. 59 ff. 505—507), el. a capitulo eccl. Curien. 23 Febr. 1661 (l. c. f. 502), ob. 28 Febr. 1692 (*Mayer*, l. c. II, 430).

Curzolen.

[1]) A. 1626: Civitas Curzolen. in provincia Dalmatiae in insula eiusdem nominis, reipublicae Venetiarum in temporalibus subiecta, habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Marci, suffr. archiepi Ragusin., in qua sunt 2 dign. et 6 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 600 duc. Venetorum, taxa $46^2/_3$ flor. (AM 97 f. 535).

[2]) Venetiis nat., pbr. O. P., aet. ultra 35 a., theol. mag. (AM 97 f. 476).

[3]) Theol. mag., aet. ultra 40 a., pbr. O. P., nunc prior conventus SS. Ioannis et Pauli Venetiarum (AM 97 f. 502), ob. m. Aug. 1625 (P. Cons. 22 f. 6).

[4]) Nat. Venetiis, aet. circ. 48 an., theol. doct., O. S. Hieronymi proc. gen. (P. Cons. 22 f. 3'), ob. m. Aug. 1642 (P. Dat. a. 1642 f. 499). Vocatur „Fagagna" (P. Cons. 22 ff. 1—14, P. Dat. a. 1642 f. 499, AC 18 f. 136') et raro „Faganeo".

[5]) Promovetur c. decr. . . . . erig. poenit., theol., sem., et mont. piet. (AC 18 f. 136'); nat. Spalati, aet. circ. 45 an. [a. 1642], pbr., vic. gen. epi Spalaten., can. Romae in eccl. S. Hieronymi Illyricorum (P. Dat. a. 1642 ff. 492—493), ob. m. Aug. 1664 (P. Cons. 64 f. 140).

[6]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 21 f. 92'); nat. in dioec. Traguricn., aet. 50 an., pbr., nunc abb. (P. Cons. 64 f. 129'), ob. m. Ian. 1673 (P. Cons. 72 f. 295'). Manu propria subscripsit ut supra (prof. fidei in P. Cons. 64 f. 132), et Italice ab aliis „de Andreis" vocatur.

Cuschen.

[1]) A. 1643: Civitas de Cuzco in regno Perù habet 1500 incolas Hispanos et 28000 Indianos, in ea est eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B. M. V., archiepi Liman. suffr., in qua sunt 5 dign. et 5 can., valor ann. fr. mens. epalis 20000 petiorum auri (P. Cons. 42 f. 400); taxa in libris Camerae $33^1/_3$ flor. (a. 1594, AM 51 f. 399).

[2]) Praesent. r. cath., promovetur cum ret. pens. duc. 60, quam obtinet, et c. decr. . . . . prof. fidei (AC 13 f. 41); inquisitor apost. in civitate et regno Granaten., aet. 55 an., iur. utr. doct. (AM 51 f. 399).

[3]) Praesent. r. cath. (AC 14 f. 116').

[4]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. S. Assumptionis, c. decr. . . . . prof. fidei (AC 15 f. 122), ob. a. 1627.

[5]) Absolv. a vinc. S. Dominici (AC 16 f. 298); nomin. r. cath. 8 Mart. 1629 (P. Cons. 26 f. 359).

[6]) Absolv. a vinc. de Truxillo, praesent. r. cath., c. decr. . . . . erig. theol. et poenit., ac prof. fidei (AC 18 f. 8').

ob. Didaci	**Ioannes Alphonsus** Ocón, ep. de Yucatan[7])	31 Aug. 1643	AC 18 f. 171
tr. Ioan. ad de Plata	**Petrus** de Ortega et Sotomayor, ep. de Arequipa[8])	27 Nov. 1651	AC 19 f. 200'
ob. Petri	**Augustinus** Muñoz de Sandoval[9])	17 Nov. 1659	AC 20 f. 97'
ob. Augustini	**Bernardus** de Izaguirre, ep. de Panama[10])	31 Iul. 1662	AC 20 f. 187

Cusentin(a) (**Cosenza**) in Italia inferiori, metrop.[1])

ob. Ioannis Bapt. Constantii	**Paulus Aemilius** Sanctorius (Santori al. Santorio)[2])	3 Iul. 1617	AC 15 f. 77'
tr. Pauli ad Urbinaten.	**Iulius Antonius** Sanctorius (Santori al. Santorio)[3])	29 Ian. 1624	AV 17 f. 17'
ob. Iulii	**Martinus** Aliferius (Alfieri), ep. Insulan.[4])	11 Apr. 1639	AC 17 f. 183'
ob. Martini	**Antonius** Ricciulli, ep. Casertan.[5])	27 Nov. 1641	AC 18 f. 74
ob. Antonii	**Alphonsus** Maurellius (Maurelli)[6])	31 Aug. 1643	AC 18 f. 172
ob. Alphonsi	**Iosephus** Sanfelicius seu Sanfelicis (Sanfelice)[7])	22 Aug. 1650	AC 19 f. 177
ob. Iosephi	**Ianuarius** Sanfelicius seu Sanfelicis (Sanfelice)[8])	21 Nov. 1661	AC 20 f. 167

Cydonien(sis) v. **Agien(sis)**

Cyren(sis) v. **Cyrenen(sis)** n. 6.

Cyrenen(sis) (**Cyrene**) in partibus infidelium.[1])

ob. Laurentii (Fabricii)	**Ioannes** Nopelius, fit suffr. Colonien.[2])	10 Sept. 1601	AC 13 f. 159
ob. Ioannis	**Theodorus** Riphahn, fit suffr. Colonien.[3])	30 Aug. 1606	AM 97 f. 506
certo modo	**Antonius** Govea, O. E. S. Aug.[4])	19 Aug. 1611	S. Br.
ob. Theodori	**Otho Gereon** von Guttmann fit suffr. Colonien.[5])	13 Iul. al. 23 Sept. 1616	. . . .

[7]) Absolv. a vinc. de Yucatan, c. decr. . . . . erig. etc. ut supra (AC 18 f. 171); nomin. r. cath. 3 Nov. 1642 (P. Cons. 42 f. 404).

[8]) Absolv. a vinc. de Arequipa, praesent. r. cath., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet., ac prof. fidei (AC 19 f. 200').

[9]) Nomin. r. cath., c. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign., c. decr. . . . . vac. abbatia de Covarruccias et alia benef., quae obtinet, cum ret. aliorum compat., c. decr. . . . . erig. ut supra (AC 20 f. 97'); nat. Matriti, aet. 58 an., iur. can. doct. (P. Cons. 57 f. 1153).

[10]) Absolv. a vinc. de Panama, praesent. r. cath., c. decr. . . . . prof. fidei et iuram. fidel., ac erig. ut supra (AC 20 f. 187).

Cusentin.

[1]) A. 1623—1624: Civitas Cusentin. in provincia Calabriae citerioris habet eccl. metrop. sub invocatione Assumptionis B. M. V., in qua sunt 4 dign. et 17 can., valor ann. fr. mens. archiepalis 4000—5000 scut., gravatur pens.bus 1500 scut., taxa 600 flor. (AM 97 f. 334).

[2]) Consultor et ref. S. Officii, reserv. fructus, exceptis 1000 ducatis, pro card.le Cusentin., cum ret. compat. ac cond. iur., ut fieri solet cum consultoribus S. Officii, 17 Iul. 1617 conc. ei pallium (AC 15 ff. 77, 78).

[3]) Promovetur cum ret. compat. reserv. omnes fructus, exceptis 1000 ducatis pro el., ad favorem Pauli Aemilii, c. disp. . . . . sacr. ord. (AV 17 f. 17'), 12 Febr. 1624 conc. ei pallium (l. c. f. 20'); nat. Casertae, iur. utr. doct., aet. 43 an. (AM 97 f. 334), ob. m. Oct. 1638 (P. Cons. 37 f. 417),

[4]) Absolv. a. vinc. Insulan., reserv. pens. 1800 scut. Roman. pro pers. nominandis, comprehensa pens. antiqua, c. decr. . . . . prof. fidei, ac 300 scut. Roman. repar. cathedr. (AC 17 f. 183'), 10 Sept. 1640 conc. ei pallium (AC 18 f. 16').

[5]) Absolv. a vinc. Casertan., reserv. pens. 300 scut. Roman. pro pers. nominandis (AC 18 f. 74), 10 Febr. 1642 conc. ei pallium (AC 18 f. 95'), ob. Neapoli m. Maio 1643 (P. Cons. 42 f. 427).

[6]) Reserv. pens. 100 scut. pro pers. a S.te S. nominanda (AC 18 f. 172), 5 Oct. 1643 conc. ei pallium (l. c. f. 174'); nat. Romae, aet. 46 an., pbr., theol. doct. (P. Cons. 42 f. 421'), ob. m. Febr. 1649 (P. Cons. 48 f. 841).

[7]) D. 19 Sept. 1650 conc. ei pallium (AC 19 f. 178); nat. Neapoli, aet. 35—36 an., in ord. pbr. in sacra domo Lauretana 25 Maii 1649, utr. sign. ref. (litt. testim. in P. Cons. 48 f. 847), ob. 20 Nov. 1660 (P. Cons. 59 f. 694').

[8]) Promovetur cum ret. compat., ac c. decr., quod quandocumque una vel plures ex personis, quibus pens. antiquae 2200 scut. reservatae sunt, cessaverint, eaedem pens. tamen non ultra 1800 scut., nunc reservantur pro pers. nominandis, 19 Dec. 1661 conc. ei pallium (AC 20 ff. 167, 171); nat. Neapoli, aet. circ. 39 an., iur. utr. doct., pbr. (P. Cons. 59 f. 691), ob. m. Febr. 1694.

Cyrenen.

[1]) Variae habentur eccl.ae Cyrenen. tit.: Cyrenen. *archiepalis* in Libia, hodierna Qrennah; Cyrenen. seu Ceraunen. in Cypro. Ad singulas promotiones eporum Cyrenen. particularia de quanam eccl. Cyrenen., ubi adsunt, ponentur. D. 6 Oct. 1631: „In congregatione card.lium capitum ordinis cui praeterea interfuerunt Sacri Coll. camerarius, et S. R. E. vice—cancellarius taxata est de mandato S.mi D. N. eccl. Cyrenen. in partibus infidelium ad 60 flor. cuius redditus ann. sunt 300 scut." (AC 16 f. 375).

[2]) Deput. suffr. Colonien. ad pontif. cum ret. can.tus eccl. Colonien., et rectoratus par. eccl. S. Columbae Colonien. civitatis, assign. ei pens. ann. 300 duc. super fructibus eccl. Colonien., c. decr. . . . . iterum prof. fidei (AC 13 f. 159).

[3]) Pbr., theol. doct., can. coll. eccl. S. Gereonis Colonien. et rector par. eccl. S. Laurentii Colonien., deput. suffr. Colonien. ad pontif. (AM 97 f. 506), ob. ante m. Mart. 1616 (P. Cons. 22 f. 18).

[4]) Per breve apost. 19 Aug. 1611 „Andreas Govea", O. E. S. Aug., promovetur ad eccl. tit. Cyrenen. certo modo vacantem (S. Br. 471 f. 1); residet Matriti, ob. a. 1651 (*Battandier* in Annuaire Pontifical Catholique XIX [1916], 399). Videtur esse eccl.am tit. Cyrenen. in Cypro. Certe non est Cyrenen. archiepalis. Nam in ipso brevi provisionis invenitur quidem „eccl. tit. metrop. Cyrenen." sed ab eadem manu ipsum verbum metrop. deletur.

[5]) Die 13 Iun. 1616: „Otho Gereon promovetur ad eccl. Cyrenen. et deput. suffr. Colonien. ad pontif." (AC 15 f. 52'). Tamen per breve apost. 23 Sept. 1616 idem Otho iterum promovetur ad eccl. Cyrenen. et deput. suffr. archiepi Colonien. (S. Br. 603 f. 269). Theol. mag., can. eccl. metrop. Colonien., vic. gen. in spiritualibus eiusdem eccl., in ord. pbr. Romae a. 1598 (P. Cons. 22 ff. 18, 20'), ob. a. 1638 (*Ennen*, Geschichte der Stadt Köln V [Düsseldorf 1880], 648). In actis, in brevi apost., et in dicto processu consist. simpliciter „Otho Gereon" vocatur. In dicto brevi eccl. vocatur Cyrenen. seu Libarien. et vacat „per ob. Theodori".

certo modo	**Thomas** Caracciolo, Theatin.[6])	10 Nov. 1631	AC 16 f. 376'
tr. Thomae ad Tarentin.	**Stephanus** Vaius (Vai)[7]	20 Apr. 1637	AC 17 f. 139
ob. Stephani	**Thomas** Lollius (Lolli), Cler. Min. Reg.[8])	19 Sept. 1650	AC 19 f. 177
ob. Thomae	**Marius** Fani[9]	21 Mart. 1667	S. Br.

Cytren(sis) v. **Citren(sis)**

Damascen(a) (Damascus) in Phoenicia II, metrop., tit.

cess. Iacobi (Maistret)	**Robertus** Bartholot, O. Carm., fit suffr. Lugdunen.[1])	26 Nov. 1601	AC 13 f. 161'
certo modo	**Decius** Carafa[2])	17 Maii 1606	AV 15 f. 22
libera cess. Decii	**Franciscus** Sacrati[3])	5 Nov. 1612	AC 14 f. 224'
prom. Francisci ad card.	**Augustinus** Maurocenus (Morosini)[4])	17 Maii 1621	AV 16 f. 16
certo modo	**Antonius** Sotomayor, O. P.[5])	16 Iul. 1632	S. Br.
certo modo	**Bernardinus** Roccius (Rocci)	9 Apr. 1668	AC 21 f. 194'

Damiaten(sis) seu **Tamiathitan(a) (Damiat, Damietta)** in Aegypto, metrop., tit.

certo modo	**Bernardinus** Spada[1])	4 Dec. 1623	AV 17 f. 10'
certo modo	**Caesar** Facchinetti[2])	5 Sept. 1639	AM 39 f. 362
certo modo	**Nerius** Corsini[3])	12 Aug. 1652	AC 19 f. 215
certo modo	**Angelus** Ranutius (Ranuzzi)	30 Apr. 1668	AC 21 f. 200

Dardan(i)en(sis) (Dardanus) in provincia Hellesponti, tit.

certo modo	**Nicolaus** Coëffeteau, fit suffr. Meten.[1])	12 Iun. 1617	AC 15 f. 76
ob. Nicolai	**Stephanus** de Puget, fit suffr. Meten.[2])	4 Dec. 1623	AV 17 f. 11

---

[6]) Tr. ad eccl. Tarentin. 30 Mart. 1637. Ipsa acta simpliciter eccl.am Cyrenen. referunt. In quadam bulla data 12° Kal. Iunii a. 1633 (S. Br. 968 f. 445) pens. 200 duc. super fructibus eccl. Tropien. datur seu confirmatur „Timotheo archiepo *Cyren.*" De Timotheo archiepo Cyren. [Cyrrhen.] prorsus nihil amplius invenitur. Estne quaestio de supradicto Thoma?

[7]) Promovetur cum ret. compat. (AC 17 f. 139); nat. in terra Prati in Tuscia, aet. circ. 40 an., pbr. a tempore Nativitatis Domini a. 1636, iur. utr. doct. (P. Dat. a. 1637 f. 150), praeceptor S. Spiritus Romae (AC 17 f. 139), ob. Romae 1 Sept. 1650 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 95').

[8]) Pbr. dioec. Triventin., Congr. Clericorum regularium minorum, promovetur cum ret. compat. (AC 19 f. 177').

[9]) Per breve apost. 21 Mart. 1667 „Marius Fanus", pbr. Roman., can. bas. S. Ioannis Lateranen. de Urbe, et utr. sign. ref., promovetur ad eccl. Cyrenen. cum ret. dicti can.tus aliorumque, quae obtinet (S. Br. 1355 f. 104); ob. Romae 16 Febr. 1682 (*Galletti*, l. c. f. 113'). AC 21 f. 153: „Attenta Pontificis infirmitate, expeditae fuerunt per secretas litt. apost. in forma brevium nonnullae eccl. . . . . Cyrenen. ec." (est sine dato praeciso sed m. Apr. a. 1667).

Damascen.

[1]) Deput. suffr. Lugdunen. ad pontif., salva pens. alias reservata Iacobo praecedenti epo suffr., reserv. pens. nova duc. 300 pro Roberto, c. decr. . . . . non pontif. (nisi Lugdunen.), et prof. fidei (AC 13 f. 161').

[2]) Utr. sign. ref. (AV 15 f. 22), collector gen. in regno Portugalliae 16 Mart. 1598 (Arm. 44, 42 f. 80'), nunt. apost. apud regem cath. in Hispania 22 Maii 1607 (l. c. f. 24), card. 17 Aug. 1611, archiep. Neapolitan., ob. Neapoli 23 Ian. 1626 (cf. S. R. E. card. III, 20).

[3]) Pbr. Ferrarien., palatii apost. aud., promovetur cum ret. omnium (AC 14 f. 224'); utr. sign. ref. (Registra Supplicationum 3767 f. 54), fit praef. Datariae 12 Febr. 1621 (S. Br. 645 f. 8) et card. 19 Apr. 1621 (cf. S. R. E. card. IV, 3), ep. Caesenaten. 23 Maii 1622.

[4]) Nob. Venetus, promovetur c. decr. . . . . non resid., c. disp. . . . . sacr. ord., et cum ret. compat. (AV 19 f. 16); cons. Romae a rev. mo Vulpiano Vulpio, archiepo Theatin., 1 Iun. 1621 (Misc. Arm. XIII 33 f. 160).

[5]) Per breve apost. 16 Iul. 1632 eccl. Damascen. providetur de persona „Antonii Sotomayor", O. P., confessarii regis cath. (S. Br. 789 f. 1); fit inquisitor Hispaniarum 15 et 17 Iul. 1632 (l. c. ff. 5, 7), ob. Matriti 6 Sept. 1648 (Sched. Garampi, Ind. 489 f. 36'). Quoad „Sergium Risium", archiepum Damascen., qui ob. Romae 29 Aug. 1638 et ib. sepultus in eccl. Maronitarum (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 83'), est quaestio de eccl. Damascen. ritus *Maronitarum*. De epis rituum Orientalium sermo iam fuit supra in Antiochen. Maronitarum n. 1. In quadam relatione visitationis Sacrae Congr. Prop. ad collegium Maronitarum m. Iunio a. 1629 factae sermo est de quodam eiusdem collegii alumno, „Iosepho Aufonio Esdronita", nepote ex sorore „di Mons. Sergio arcivescovo di Damasco" (AA. Arm. I—XVIII 1784 f. 16). Die 28 Apr. 1633 „Sergius Risius", *archiep. Damascen.*, et religionis S. Antonii abb. gen., necnon domini patr. Antiochen. apud S. Sedem Apost. orator, Romae prope collegium Maronitarum . . . . vertit in linguam Latinam quae scripta sunt Arabice in hoc libro memorabilium pagina XXIIII (AA. Arm. I—XVIII 1784 f. 25).

Damiaten.

[1]) In vigesimo nono a., septem mensibus, et nonnullis diebus aet. suae, pbr., a S.te S. destinatus nunt. apud maiestatem xmam, cum ret. cler.tus Cam. Apost., secr.tus apost., locorum montium, et officiorum Cur. Rom. vacabilium, aliorumque compat., c. decr. . . . . non resid., et c. disp. . . . . aet. (AV 17 f. 10'); cons. Romae a Guidone card.le Bentivolo 8 Dec. 1623 (Misc. Arm. XIII 33 f. 171), fit card. 19 Ian. 1626 (cf. S. R. E. card. V, 8).

[2]) Nunt. apud regem cath., promovetur c. decr. . . . . non resid., et cum ret. compat. (AM 39 f. 362); 18 Maii 1643 tr. ad eccl. Senigallien. cum ret. denom.nis archiepi Damiaten., fit card. 13 Iul. 1643 (cf. S. R. E. card. V, 62).

[3]) Promovetur cum ret. compat., et clericatus Camerae, c. disp. . . . . sacr. ord., c. decr. . . . . non resid. (AC 19 f. 215); cons. Romae ab em. Fabio card.le Chisio 1 Sept 1652 (Misc. Arm. XIII 33 f. 221'), fit card. in pectore 14 Ian. 1664 sed non publicatus nisi 15 Febr. 1666 (cf. S. R. E. card. VII, 26).

Dardanien.

[1]) Deput. suffr. Meten. ad pontif., c. decr. . . . . non resid., assign. ei pens. ann. 6000 libr. Turonen. (AC 15 f. 76); nat. a. 1574 apud Saint-Calais, 22 Aug. 1621 nomin. r. xmo ad eccl. Massilien. sed non invenitur aliqua nomin. ad talem sedem in actis consist.; certe bullae non fuerunt expeditae et usque ad mortem [Parisiis 21 Apr. 1623] vocatus fuit ep. Dardanien. et ep. electus Massilien. (cf. *Albanès*, Armorial et Sigillographie des Evêques de Marseille [1884], 151—152).

[2]) Deput. suffr. Meten. ad pontif., c. decr. . . . . non resid., ei assign. pens. ann. 1000 aureorum solarium (AV 17 f. 11); pbr., iur. can. lic. (AM 97 f. 567), nomin. r. xmo 17 Nov. 1623 (P. Cons. 18 f. 131), fit ep. Massilien. 18 Apr. 1644.

certo modo	**Iacobus** Ribier, fit coadi. c. f. s. Vencien. al. Veneten.[3])	23 Iun. 1636	AC 17 f. 119'
certo modo	**Guilelmus Ludovicus** Benzi, fit suffr. Eystetten.[4])	31 Ian. 1655	AC 19 f. 275

Daren(sis) seu **Dariocellen(sis)** v. **Kildarien(sis)**

Darien(sis) in Mesopotamia, tit.

certo modo	**Ioannes** Fiernhammer, fit suffr. Frisingen.[1])	30 Ian. 1630	AC 17 f. 205
certo modo	**Antonius** Vigo, O. Merc., fit suffr. Liman.[2])	10 Nov. 1664	AC 21 f. 78

Davalien(sis) seu **Daulien(sis)** (Daulia) in Graecia, tit.[1])

ob. Henrici Fabritii	**Dionysius** Burkhard, fit suffr. Spiren.[2])	11 Mart. 1596	AC 13 f. 61'
ob. Dionysii	**Theobaldus** Mansharter, fit suffr. Spiren.[3])	3 Apr. 1606	AC 14 f. 34
certo modo	**Ioannes** Streck, fit suffr. Spiren.[4])	30 Maii 1611	AV 15 f. 80
certo modo	**Gangolphus** Rallingius (Rallinger al. Railinger), fit suffr. Spiren.[5])	20 Nov. 1623	AV 17 f. 8'

Derrien(sis) seu **Deren(sis)** (Derry) in Hibernia, suffr. Armachan.

pastoris solatio destitutae[1])	**Lucas** Rothford al. Rochfort, fit vic. apost.[2])	13 Maii 1622	S. Br.
. . . .	**Eugenius** Suibneus (Swiney al. Sweeney), fit vic. apost.[3])	10 Sept. 1626	S. Br.
. . . .	**Terentius** Kelly, fit vic. apost.[4])	10 Ian. 1629	S. Br.
. . . .	**Eugenius** Convallius (Conwell), fit vic. apost.[5])	30 Iun. 1671	S. Br.

Dertonen(sis) seu **Terdonen(sis)** (**Tortona**) in Italia superiori.[1])

ob. Caesaris de Gambara	**Maphaeus** de Gambara[2])	11 Maii 1592	AC 13 f. 8
ob. Maphaei	**Cosmus** Dossenius (Dossena), Congr. Barn.[3])	27 Febr. 1612	AC 14 f. 206'

[3]) Nomin. r. x[mo], deput. coadi. c. f. s. epo Vencien., cum ret. compat., c. decr. . . . . loc. success. (AC 17 f. 119'); in aliis actis consist. habetur deput. coadi. c. f. s. epo Veneten., c. disp. . . . . aet. (AM 39 f. 309). Amplius de eo desideratur sed certe non successit epo Veneten. neque epo Vencien.

[4]) Deput. suffr. Eystetten. ad pontif., cum ret. compat., ei assign. pens. 300 duc. auri de Camera super fructibus mensae epalis Eystetten., c. decr. . . . . prof. fidei (ante cons.) (AC 19 f. 275).

Darien.

[1]) Deput. suffr. Frisingen. ad pontif., ei assign. pens. 300 duc. aureorum de Camera super fructibus eccl. Frisingen. (AC 17 f. 205); nat. in civitate Frisingen. 22 Nov. 1586, ob. 19 Febr. 1663 (*Baumgärtner*, Geschichte der Stadt Freising, Freising 1854), in ord. pbr. 2 Apr. 1611, theol. doct. Ingolstadien. (P. Cons. 38 f. 305 seq.).

[2]) Deput. suffr. Liman. ad pontif., c. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign., ei assign. pens. 3650 petiorum de octo regalibus super fructibus eccl. Liman. (AC 21 f. 78), ob. ante 9 Sept. 1669 (AC 22 f. 29').

Davalien.

[1]) A. 1623: Eccl. Davalien. est in Graecia sub archiepo Athenien. (AM 97 f. 570).

[2]) Deput. suffr. Spiren. ad pontif., reserv. pens. ann. duc. auri de Camera 225 pro Dionysio, c. decr. . . . . non pontif. (nisi Spiren.) (AC 13 f. 61').

[3]) Deput. suffr. Spiren. ad pontif., assign. pens. ann. duc. 200 super fructibus Spiren. pro Theobaldo, cum ret. decanatus coll. eccl. SS. Germani et Mauritii Spiren., et aliorum compat. (AC 14 f. 34), ob. m. Sept. 1610 (P. Cons. 12 f. 222).

[4]) Deput. suffr. Spiren. ad pontif., c. decr. . . . . non pontif. (nisi Spiren.), assign. ei pens. ann. duc. 200, cum ret. beneficii simplicis, quod in eccl. Spiren. obtinet (AV 15 f. 80); nat. in oppido Udenheim dioec. Spiren., aet. ultra 40 a. (P. Cons. 12 f. 222').

[5]) Deput. suffr. Spiren. ad pontif., c. decr. . . . . non resid., assign. ei pens. ann. 200 duc. auri de Camera, cum ret. decanatus coll. eccl. SS. Germani et Mauritii civitatis Spiren. (AV 17 f. 8'); nat. in loco Ralingen dioec. Treviren., aet. 32 an. [al. 34—36 an.], theol. doct., pbr. a 4 annis, decan. coll. eccl. SS. Germani et Mauritii Spiren. (P. Cons. 17 f. 420), ob. m. Ian. 1663.

Derrien.

[1]) „Remundus O' Gallagher", qui 22 Ian. 1565 ad eccl. Derrien. prom. fuerat (*Eubel* III[2], 186), occisus est 15 Mart. 1601 (*Brady M.*, Episcopal Succession I [Romae 1876], 319). Deinde annis 1601—1683 eccl. haec a vicariis regitur.

[2]) Die 13 Mart. 1622 „Lucas Rothford" deput. vic. apost. in dioec. Derrien. pastoris solatio destituta (breve in S. Br. 665 f. 15).

[3]) Die 10 Sept. 1626 „Eugenius Suibneus", theol. bacc., deput. vic. apost. in dioec. Derrien. iuxta decr. S. Officii (breve in S. Br 717 f. 96).

[4]) Die 10 Ian. 1629 „Terentius Keli", pbr. Hibernus, alumnus collegii Hibernorum, deput. vic. apost. in dioec. Derrien., iuxta decr. S. Officii (breve in S. Br. 745 f. 89); suo officio privatus fuit a. 1668 (*Brady*, l. c., 318).

[5]) Die 30 Iun. 1671 „Eugenius Convallius", pbr. Derrien., deput. vic. apost. in dioec. Deren. iuxta decr. Sacrae Congr. Prop. 12 Maii 1671 a S.[mo] approbatum 16 Maii 1671 (breve in S. Br. 1473 f. 48).

Dertonen.

[1]) A. 1612: Civitas Dertonen. habet eccl. cathedr. archiepi Mediolanen. suffr., in qua sunt 18 can. inter quos 5 dign., valor ann. fr. mens. epalis circ. 2000 scut., taxa 800 flor. (AM 97 f. 581); a. 1592: eccl. cathedr. est sub invocatione S. Laurentii (AM 51 f. 42).

[2]) Promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., reserv. pens. scut. 400 pro pers. nominandis, cum ret. compat., quae obtinet (AC 13 f. 8); aet. circ. 35 an., iur. utr. doct., utr. sign. ref. (AM 51 f. 42).

[3]) Reserv. pens. ann. scut. Roman. 600 pro pers. nominandis, cum cond. iur. (AC 14 f. 206'); nat. in civitate Papien., aet. 64 an., praepos. gen. Clericorum Regularium S. Pauli Decollati (AM 97 f. 581). In actis „Dossenius" nuncupatur et in lingua Italica „Dossena" (cf. *Premoli O.*, Storia dei Barnabiti nel Seicento [Roma 1922], 483).

ob. Cosmi	**Paulus** Aresius, Theatin.[4])	20 Iul. 1620	AC 15 f. 145
libera cess. Pauli	**Franciscus** Fossati, O. S. B. Congr. Olivetan.[5])	23 Maii 1644	AC 18 f. 206'
ob. Francisci Fossati	**Carolus** Septalis (Settala)[6])	18 Aug. 1653	AC 19 f. 234

Dertusen(sis) (Tortosa) in Hispania.[1])

ob. Gasparis Punter	**Petrus** Manrique, O. C. S. Aug.[2])	12 Febr. 1601	AC 13 f. 151
tr. Petri ad Caesar-augustan.	**Isidorus** Aliaga, O. P., ep. Albarracinen.[3])	13 Iun. 1611	AV 15 f. 80
tr. Isidori ad Valentin.	**Alphonsus** Marquez de Prado[4])	14 Maii 1612	AV 15 f. 90'
tr. Alph. ad Carthaginen.	**Ludovicus** de Tena[5])	3 Aug. 1616	AV 15 f. 143'
ob. Ludovici	**Augustinus** Spinola, S. R. E. card.[6])	5 Mart. 1623	AV 16 f. 49'
tr. card. Spinola ad Granaten.	**Iustinus** Antolinez de Burgos[7])	5 Iul. 1627	AC 16 f. 195'
ob. Iustini	**Ioannes Bapt.** de Campania, O. M. Obs.[8])	16 Iul. 1640	AC 18 f. 6'
tr. Ioan. Bapt. ad Puteolan.	**Gregorius** Parcero, O. S. B., ep. Gerunden.[9])	29 Nov. 1655	AC 19 f. 273'
ob. Gregorii	**Iosephus** Faxeda, O. S. Hier., ep. Gerunden.[10])	21 Iul. 1664	AC 21 f. 66'

Dignen(sis) (Digne) in Gallia.[1])

res. Claudii Coquelet	**Antonius** de Bologne, O. Minim.[2])	27 Mart. 1602	AC 13 f. 165
Antonius sen.	**Ludovicus** de Bologne, fit ep. Sinopolitan. et coadi. c. f. s.[3])	17 Iun. 1613	AC 14 f. 246'
. . . .	**Raphael** de Bologne, fit ep. Megaren. et coadi. c. f. s.[4])	17 Apr. 1617	AC 15 f. 74'
Raphael sen.	**Toussaint** de Forbin-Janson, fit ep. Philadelphien. et coadi. c. f. s.[5])	5 Iul. 1655	AC 19 f. 264'

---

[4]) Promovetur cum cond. iur. pro medietate (AC 15 f. 145).

[5]) C. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis (AC 18 f. 207). In subsequente prom. dicitur eccl.am vacare per ob. „*Ioannis* Francisci Fossati".

[6]) Reserv. pens.nes usque ad summam 400 duc. pro pers. nominandis, c. decr. . . . . instr. supellect. (AC 19 f. 234), ob. Romae a. 1682 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 113').

Dertusen.

[1]) A. 1600: Civitas Dertusen. in principatu Cathalauniae habet eccl. cathedr. sub invocatione B. M. Virginis [Assumpt.], archiepi Tarraconen. suffr., in qua sunt 12 dign., 20 can. regulares O. S. Aug., et 60 beneficiati simplices, valor ann. fr. mens. epalis 15000 scut., pens.bus ad favorem diversarum personarum 4100 scut. gravatur (P. Cons. 3 f. 95'); annis 1611, 1612: taxa in libris Camerae 2660 flor. (AM 97 ff. 574, 578). Alibi erronee dicitur taxari 1660 florenis.

[2]) Praesent. r. cath., salvis pens. antiquis, reserv. pens. nova libr. Barchinonen. 1020 pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr. (AC 13 f. 151); nat. in civitate Cotronen. regni Neapolitan. ubi habitarunt parentes eius in servitio regis cath., aet. circ. 46 an., theol. mag., fuit prior O. C. S. Aug. Toleti, similiter et provincialis (P. Cons. 3 f. 88').

[3]) Absolv. a vinc. Albarracinen., reserv. pens. ann. libr. Barchinonen. 5000, computatis antiquis, pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr. (AV 15 f. 80).

[4]) Praesent. r. cath. (AV 15 f. 90'); nat. in oppido del Espinar dioec. Segobien., aet. circ. 54 an., iur. can. doct., et cathedraticus in universitate Salamantin. (P. Cons. 3 f. 19).

[5]) Salvis pens. antiquis, reserv. pens.nes in schedula exprimendae (AV 15 f. 143'); nat. in civitate Gadicen., aet. 60 an., theol. mag. et can. magistralis eccl. Toletan. (P. Cons. 3 f. 63), ob. m. Sept. 1622.

[6]) C. disp. . . . . aet. (deficiunt 2 a. cum dimidio), cum ret. compat., reserv. pens. ann. duc. 1000 pro pers. nominandis, salvis antiquis (AV 16 f. 49'); card. 11 Ian. 1621 (cf. S. R. E. card. III, 60).

[7]) Iuris pontificii doct., promovetur cum ret. compat., reserv. pens. usque ad 4am partem fructuum, salvis antiquis (AC 16 f. 195'); nat. Vallisoleti, iur. can. lic., can. et decan. eccl. Granaten. (P. Cons. 20 f. 156), nomin. r. cath. 14 Febr. 1627 (l. c. f. 152), ob. a. 1637.

[8]) C. decr. . . . . erig. poenit., theol., et mont. piet., reserv. pens. 2067 scut., salvis antiquis, non exced. . . . . 3am fr. (AC 18 f. 6'); nat. in civitate Campania provinciae Salernitan., O. M. Obs. gen., nomin. r. cath. 28 Oct 1639 (P. Cons. 38 ff. 314', 318).

[9]) Absolv. a vinc. Gerunden., praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 4666 duc. pro pers. nominandis, non exced. . . . . 3am fr. (AC 19 f. 273').

[10]) Absolv. a vinc. Gerunden., praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. 2403 duc. auri de Camera, computatis antiquis, pro pers. nominandis (AC 21 f. 66'), ob. a. 1685.

Dignen.

[1]) A. 1617: Civitas Dignen. in provincia Provinciae habet eccl. cathedr. sub invocatione B. M. Virginis nuncupatae de Burgo, archiepi Ebredunen. suffr., in qua sunt 4 dign., 10 can., et 14 beneficiati, valor ann. fr. mens. epalis circ. 6000 libr. Turonen., taxa 400 flor. (AM 97 f. 569).

[2]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. 500 scut. pro Stephano Bologne pbr., capell., et eleemos. r. xmi (AC 13 f. 165), ob. 24 Sept. 1615.

[3]) Fit ep. Sinopolitan. et deput. coadi. c. f. s. Dignen. (cf. Sinopolitan.); successit 24 Sept. 1615, ob. m. Febr. 1628.

[4]) Fit. ep. Megaren. et deput. coadi. c. f. s. Dignen. (cf. Megaren.); aet. circ. 27 an., iur. can. lic. (AM 98 f. 569), successit m. Febr. 1628, ob. a. 1664.

[5]) Fit ep. Philadelphien. et deput. coadi. c. f. s. Dignen. etc. (cf. Philadelphien.); successit a. 1664, tr. ad Massilien. 9 Iul. 1668 (AC 21 f. 209'). Dies dictae prom. est 5 Iul. 1655 et non 31 Iul. 1655, ut erronee alibi in actis habetur (cf. Philadelphien.).

Diocaesarien(sis) (Diocaesarea) in partibus infidelium.

certo modo	**Gregorius** Carbonelli, O. Minim.[1])	24 Oct. 1611	AV 15 f. 84'
ob. Gregorii	**Georgius** Rammer, fit suffr. Magdeburgen.[2])	26 Maii 1629	S. Br.
certo modo	**Martinus Paulus** Kemlick, fit suffr. Pragen.[3])	7 Febr. 1667	AC 21 f. 141'

Dioclen(sis) seu **Dioclean(a)** (Dioclea) in Phrygia, tit.

certo modo	**Ioannes Vincentius** de Tullia (de Tulles), fit coadi. c. f. s. Aurasicen.[1])	16 Mart. 1637	AC 17 f. 136'

Dionysien(sis) (Dionysias) in Arabia, tit.[1])

certo modo	**Stephanus** Strecheus, fit suffr. Leodien.[2])	6 Oct. 1614	AV 15 f. 117
ob. Stephani	**Theodoricus** de Grace, fit suffr. Leodien.[3])	11 Dec. 1628	AC 16 f. 266
certo modo	**Henricus** Sylvius, fit suffr. Leodien.[4])	19 Apr. 1638	AC 17 f. 160'
certo modo	**Richardus Paulus** Stravius, fit suffr. Leodien.[5])	21 Oct. 1641	AC 18 f. 65
ob. Richardi	**Ioannes Antonius** Blavier, O. M. Conv., fit suffr. Leodien.[6])	4 Maii 1654	AC 19 f. 249'

Dolen(sis) (Dol) in Gallia.[1])

ob. Caroli d'Espinay	**Antonius** de Révol[2])	5 Nov. 1603	AV 14 f. 90'
ob. Antonii	**Hector** Douvrier[3])	10 Iun. 1630	AC 16 f. 332'
tr. Hectoris ad Nemausen.	**Antimus Dionysius** Cohon, ep. Nemausen.[4])	19 Nov. 1646	AC 19 f. 73'
libera res. Antimi	**Robertus** Cupif, ep. Leonen.[5])	13 Nov. 1652	AC 19 f. 220
ob. Roberti	**Matthaeus** Thoreau[6])	8 Aug. 1661	AC 20 f. 160

Diocaesarien.

[1]) Promovetur cum ret. abbatiae S. Barbarae de Mantua, et cum cond. iur. (AV 15 f. 84'); nat. Paulae in dioec. Cusentin., aet. circ. 50 an., O. Minim. (AM 97 f. 573), ob. a. 1611 (*Roberti*, Disegno storico dei Minimi II [Roma 1909], 681). De „Ferdinando Boschetti" ut archiepo Diocaesarien. in Palaestina a. 1622 cf. Caesarien. n. 6.

[2]) Pbr. Salisburgen. dioec., fit ep. Diocaesarien. et deput. suffr. Magdeburgen. ad pontif. (breve in S. Br. 749 f. 134).

[3]) Deput. suffr. Pragen. ad pontif., assign. ei pens. 300 duc. auri super fructibus eccl. Pragen. (AC 21 f. 141').

Dioclen.

[1]) Fit ep. Dioclen. et deput. coadi. c. f. s. Aurasicen., cum. ret. mon. B. Mariae de Longues Baiocen. dioec., mon. S. Eusebii Apten. dioec., et prioratus B. Mariae Nazaren. de Avellerone Carpentoraten. (AC 17 f. 137); cons. Romae a rev. mo Ioanne Scanarolo, epo Sidonien., 13 Apr. 1637 (Misc. Arm. XIII 33 f. 195'), successit m. Oct. 1640, tr. ad Vauren. 27 Maii 1647.

Dionysien.

[1]) Eccl. Dionysien. est in Arabia sub archiepo Bostren. (AM 97 f. 624).

[2]) Deput. suffr. Leodien. ad pontif., c. decr. . . . . non resid., assign. ei pens. ann. duc. auri 100 super fructibus mensae epalis Leodien., cum ret. can.tus et praebendae coll. eccl. S. Petri Leodien. (AV 15 f. 117); in dioec. Leodien. nat., pbr., theol. lic. et professor in seminario Leodien. (AM 97 f. 624), ob. 6 Mart. 1628 (*Berlière*, Les evêques auxiliaires de Liége [Bruges-Paris 1919], 109).

[3]) Deput. suffr. Leodien. ad pontif., assign. ei pens. ann. duc. auri 200, cum ret. can.tus Leodien. (AC 16 f. 266); nat. in pago de Grace distante uno milliario Leodio, aet. circ. 45 an., in ord. pbr. 22 Sept. 1607, theol. lic. in universitate Lovanien. 24 Iun. 1611, can. eccl. Leodien. (P. Cons. 20 ff. 196', 198), ob. 4 Aug. 1636 (*Berlière*, l. c., 112).

[4]) Deput. suffr. Leodien. ad pontif., assign. ei pens. ann. 300 duc. auri de Camera (AC 17 f. 160'); ob. in fine a. 1640 vel principio a. 1641 (*Berlière*, l. c., 116).

[5]) Deput. suffr. Leodien. ad pontif., ei assign. pens. ann. 300 duc. auri de Camera, c. decr. . . . . prof. fidei (ante cons.) (AC 18 f. 65); nat. in dioec. Leodien., aet. ultra 50 a., can. et archidiac. eccl. Atrebaten. (P. Cons. 39 f. 263'), cons. Bruxellis a Iacobo Boonen, archiepo Mechlinien., 2 Febr. 1642, ob. Leodii 24 Ian. 1654 (*Berlière*, l. c., 118, 124).

[6]) Deput. suffr. Leodien. ad pontif., c. decr. . . . . non resid., ei assign. pens. 300 duc. auri de Camera (AC 19 f. 248'); dimisit suffraganeatum a. 1692, ob. 9 Iul. 1699 (*Berlière*, l. c., 132, 136).

Dolen.

[1]) Archiepi Turonen. suffr., taxa 4000 flor. (*Eubel*, III², 186).

[2]) Nomin. r. xmo, promovetur cum ret. prioratus conventualis B. Mariae de Villanz dioec. Turonen., reserv. pens. libr. Turonen. 4000 pro Edmundo de Révol dummodo remaneant 1000 duc. pro proviso (AV 14 f. 9'), ob. 6 Aug. 1629 (P. Cons. 27 ff. 332, 334').

[3]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. ann. 2000 libr. Turonen. pro Francisco Vautier, cler. Arelaten. dioec., de consensu r. xmi, c. decr. . . . . 1000 libr. Turonen. repar. dom. epalis et cathedr. (AC 16 f. 333); nat. in provincia Tolosae, iur. can. doct., reginae xmae consiliarius et eleemos. (P. Cons. 27 f. 325'), tr. ad Nemausen. 2 Maii 1644.

[4]) Absolv. a vinc. Nemausen., nomin. r. xmo, cum ret. compat., et prioratus, quem in commendam obtinet (AC 19 f. 73'); resignavit, deinde 27 Aug. 1657 iterum el. ep. Nemausen.

[5]) Absolv. a vinc. Leonen., nomin. r. xmo, cum ret. compat., c. decr. . . . . repar. dom. epalis, ac erig. sem. et mont. piet. (AC 19 f. 220).

[6]) Promovetur cum ret. compat. (AC 20 f. 160); oriundus ex civitate Pictavien., aet. 47 an., iur. can. doct. (P. Cons. 59 f. 312'), nomin. r. xmo 28 Febr. 1661 (l. c. f. 303), ob. m. Ian. 1692.

S. Dominici (San Domingo) in ins. Hispaniola (Haiti), metrop.[1])

tr. Alphonsi Lopez de Avila ad S. Fidei	**Nicolaus** Ramos, ep. de Puerto Rico[2])	13 Iul. 1592	AC 13 f. 14
ob. Nicolai	**Augustinus** Davila et Padila, O. P.[3])	17 Aug. 1599	AV 14 f. 34‘
ob. Augustini	**Dominicus** de Valderrama, O. P.[4])	25 Sept. 1606	AC 14 f. 46‘
tr. Domin. ad de Pace	**Christophorus** Rodriguez, O. P.[5])	2 Iun. 1608	AC 14 f. 96‘
tr. Christoph. ad de Arequipa	**Didacus** de Contreras, O. S. Aug.[6])	18 Iun. 1612	AC 14 f. 213‘
ob. Didaci	**Petrus** Solier, O. S. Aug., ep. de Puerto Rico[7])	16 Dec. 1619	AC 15 f. 133
ob. Petri	**Petrus** de Oviedo, O. Cist.[8])	11 Ian. 1621	AC 15 f. 158
tr. Petri ad de Quito	**Ferdinandus** de Vera, O. E. S. Aug., ep. Bugien.[9])	13 Nov. 1628	AC 16 f. 261‘
tr. Ferd. ad Cuschen.	**Bernardinus** de Almanza[10])	17 Sept. 1629	AC 16 f. 306‘
tr. Bern. ad S. Fidei	**Facundus** de la Torre, O. S. B.[11])	2 Ian. 1632	AC 17 f. 7‘
ob. Facundi	**Didacus** de Guevara[12])	13 Ian. 1642	AC 18 f. 92
ob. Didaci	**Franciscus** Pius de Guadalupe et Felles[13])	23 Nov. 1648	AC 19 f. 133
ob. Francisci	**Franciscus** de la Cueva et Maldonado[14]	21 Aug. 1662	AC 20 f. 190‘

Domitiopolitan(a) (Domitiopolis) in Isauria, tit.

certo modo	**Zacharias** Stumpf, fit suffr. Herbipolen.[1])	22 Sept. 1636	AC 17 f. 123
certo modo	**Adamus** Gross, fit suffr. Herbipolen.[2])	13 Iul. 1644	AC 18 f. 212‘
ob. Adami	**Ioannes Melchior** Söllner, fit suffr. Herbipolen.[3])	7 Dec. 1648	AC 19 f. 136‘
ob. Ioan. Melchioris	**Stephanus** Weinberger, fit suffr. Herbipolen.[4])	3 Aug. 1667	AC 21 f. 166‘

Dragonen(sis) (Drago) in Macedonia, tit.

certo modo	**Antonius** Vespoli, Theatin., fit coadi. c. f. s. Potentin.[1])	5 Maii 1599	AC 13 f. 116‘
ob. Antonii	**Gaspar** Cardosius, O. S. B., fit coadi. c. f. s. Potentin.[2])	7 Apr. 1603	AC 13 f. 177‘

S. Dominici.

[1]) A. 1619: Eccl. metrop. est sub invocatione B. M. Virginis, in ea sunt 5 dign. et 8 can., valor ann. fr. mens. archiepalis 3000 duc., taxa 500 flor. (AM 97 f. 571).

[2]) Nomin. r. cath., 27 Iul. 1592 conc. ei pallium, licet proc.rem in Urbe non habeat (AC 13 f. 14).

[3]) Nomin. r. cath., 15 Mart. 1600 conc. ei pallium (AV 14 ff. 34‘, 49), ob. m. Oct. 1605 (*Nouel C.*, Historia Eclesiastica de la Arquidiocesis de Santo Domingo I [Roma 1913], 225).

[4]) Nomin. r. cath., conc. ei pallium 9 Oct. 1606 (AC 14 ff. 46‘, 47‘); nat. in civitate de Lerida, theol. mag. O. P. (AM 97 f. 572).

[5]) Nomin. r. cath., conc. ei pallium 2 Iun. 1608 (AC 14 ff. 96‘, 97); theol. mag. O. P., concionator egregius (AM 97 f. 587).

[6]) Nomin. r. cath., c. decr. . . . . prof. fidei, ei conc. pallium 4 Iul. 1612 (AC 14 ff. 213‘, 217); aet. 50 an., theol. mag., cathedraticus primarius sacrae scripturae in universitate Mexican., iam provincialis O. S. Aug. (AM 97 f. 579), ob. 24 Apr. 1618 (*Nouel*, l. c., 240).

[7]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. de Puerto Rico, c. decr. . . . . prof. fidei, 13 Ian. 1620 conc. ei pallium (AC 15 ff. 133, 137).

[8]) Nomin. r. cath., 3 Mart. 1621 conc. ei pallium (AC 15 ff. 158, 163); nat. Matriti, theol. mag., O. S. Bernardi, iam abb. suae religionis (AM 97 f. 584).

[9]) Absolv. a vinc. Bugien., praesent. r. cath., c. decr. . . . . erig. theol. et poenit. de proxime vacaturis canonicatibus, conc. ei pallium 8 Ian. 1629 (AC 16 ff. 261‘, 278); nat. in civitate de Merida, aet. 46 an. (P. Cons. 31 f. 918), ep. Bugien. et suffr. Pacen. 17 Febr. 1614 (cf. Bugien.).

[10]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. . . . . prof. fidei, c. indulto recipiendi munus cons. in Hispania, 17 Oct. 1629 conc. ei pallium, postulante Iulio Cencio advoc. consist. (AC 16 ff. 306‘, 318‘).

[11]) C. decr. . . . . cons. ab epo et 2 dign., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 17 f. 7‘); nat. in oppido de Sahagun, aet. circ. 60 an., concionator regius (P. Cons. 31 f. 349), nomin. r. cath. 17 Iul. 1631 (l. c. f. 346), ob. 25 Sept. 1640 (*Nouel*, l. c., 261).

[12]) C. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign., c. decr. . . . . prof. fidei, et erig. theol., poenit., ac mont. piet., quatenus non extent, conc. ei pallium 10 Febr. 1642 (AC 18 ff. 92, 95‘); nat. in civitate Mexican., pbr. a 30 annis, nomin. r. cath. 19 Iun. 1641 (P. Cons. 40 ff. 332‘, 337); mortuo in itinere ad eccl. S. Dominici, non accepit possess. dictae eccl. (*Nouel*, l. c., 266).

[13]) Nomin. r. cath., c. ind. . . . . ab epo et 2 dign., c. decr. vacandi omnia, quae obtinet, praeter pens.nes, conc. ei pallium 7 Dec. 1648 (AC 19 f. 133); nat. Segobiae, iur. utr. doct., can. eccl. Segobien. (P. Cons. 48 f. 853‘), ob. a. 1660 (*Nouel*, l. c., 270).

[14]) Nomin. r. cath., c. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign., c. decr. . . . . vac. omnia benef., quae obtinet, retentis tamen aliis compatibilibus (AC 20 f. 190‘), ob. 15 Oct. 1667 (*Nouel*, l. c., 271).

Domitiopolitan.

[1]) Deput. suffr. Herbipolen. ad pontif., ei assign. pens. ann. 300 duc. auri super fructibus eccl. Herbipolen. pro congrua eius sustentatione, c. decr. . . . . prof. fidei (AC 17 f. 123), nat. in civitate Fladungen dioec. Herbipolen., aet. circ. 44 an., can. eccl. Herbipolen., theol. doct. Herbipolen. annis 1620—1621, pbr., ut alumnus Collegii Germanici in ord. diac. Romae 9 Iun. 1618 (P. Cons. 35 ff. 277—278, 284), ob. 30 Ian. 1641 (*Reininger N.*, Die Weihbischöfe von Würzburg [Würzburg 1865], 232).

[2]) Deput. etc. ut supra in n. 1 (AC 18 f. 212‘); ex loco Thungersheim, theol. doct., rector universitatis Iulii Ecker [scil. Herbipolen.], ob. 11 Ian. 1645 (*Reininger*, l. c., 232—233). In supradicto loco acta consist. eum minus accurate „Adrianum“ vocant.

[3]) Deput. etc. ut supra in n. 1 (AC 19 f. 136‘); nat. in terra Neustadt dioec. Herbipolen., aet. 54 an., pbr. a. 1626, theol. doct. ex universitate Herbipolen. ab a. 1624 (P. Cons. 48 f. 876), ob. 16 Maii 1666 (*Reininger*, l. c., 245).

[4]) Deput. etc. ut supra in n. 1 (AC 21 f. 166‘), ob. 13 Iun. 1703 aet. 74 an. (*Reininger*, l. c., 255).

Dragonen.

[1]) Neapolitan., deput. coadi. c. f. s. Potentin., assign. ei pens. ann. 300 duc. Neapolitan. super fructibus eccl. Potentin., c. decr. . . . . loc. success. (AC 13 f. 116‘); non successit epo Potentin.

[2]) Nomin. r. cath., deput. coadi. c. f. s. Potentin., assign. ei pens. ann. 300 duc. ut supra (AC 13 f. 177‘); successit epo Potentin. a. 1606, ob. a. 1615.

. . . .	**Gregorius** de S. Cruce, O. S. B., fit coadi. c. f. s. Iuvenacen.[3])	12 Iun. 1606	AC 14 f. 40
certo modo	**Ioannes** Stelrich seu Estelrich, fit suffr. Tarraconen.[4])	17 Maii 1610	AC 14 f. 152'
certo modo	**Camillus** Piazza[5])	10 Nov. 1659	AC 20 f. 91'

Drivasten(sis) (Drivasto, Drivost) in Macedonia seu Albania.

vac. complures annos	**Hieronymus** Lucich, O. M. Obs.[1])	3 Mart. 1636	AC 17 f. 114

Dromoren(sis) (Dromore) in Hibernia, suffr. Armachan.

certo modo[1])	**Eugenius** Maguibhin (Mac Gibbon?), fit vic. apost.[2])	20 Febr. 1598	S. Br.
. . . .	**Patritius** Hanratinus (Hanratty), fit vic. apost.[3])	13 Aug. 1625	S. Br.
vac. a pluribus annis	**Oliverius** Darcy, O. P.[4])	11 Mart. 1647	AM 40 f. 93
. . . .	**Romanus** Magin al. Ghineus, fit vic. apost.[5])	30 Iun. 1671	S. Br.

Duacen(sis) (Kilmacduagh) in Hibernia.

. . . .[1])	**Oliverius** de Burgo, O. P., fit vic. apost.[2])	28 Nov. 1629	S. Br.
vac. a pluribus annis	**Hugo** de Burgo, O. M. Obs.[3])	11 Mart. 1647	AC 19 f. 88
. . . .	**Michael** Lynch, fit vic. apost.[4])	30 Iun. 1671	S. Br.

Dublinen(sis) (Dublin) in Hibernia, metrop.[1])

ob. . . . .[2])	**Matthaeus** de Oviedo, O. M. Obs.[3])	5 Maii 1600	AC 13 f. 139'
ob. Matthaei	**Eugenius** Matthaei (Matthews), ep. Clogherien.[4])	2 Maii 1611	AC 14 f. 177
ob. Eugenii	**Thomas** Fleming, O. M. Obs.[5])	23 Oct. 1623	AC 15 f. 219'
. . . .	**Iacobus** Dempsy, fit vic. apost.[6])	17 Apr. 1657	S. Br.
. . . .	**Richardus** Bluter, fit vic. apost.[7])	24 Nov. 1665	S. Br.
ob. ultimi epi	**Petrus** Talbot[8])	8 Mart. 1669	S. Br.

[3]) Pbr. O. S. B., iur. utr. doct., deput. coadi. c. f. s. Iuvenacen. ad nomin. r. cath. (AC 14 f. 40); successit Ioanni Antonio de Viperano, epo Iuvenacen., a. 1610.

[4]) Pbr. Maioricen., deput. coadi. [scil. suffr.] Tarraconen. ad pontif., assign. ei pens. ann. 300 duc. auri super fructibus Tarraconen., cum ret. compat., can.tus vero eccl. Tarraconen. ad 6 menses (AC 14 f. 152').

[5]) Promovetur cum ret. compat. (AC 20 f. 91'); nat. in civitate Forolivien., m. Apr. 1657 adhuc tantum cler., iur. utr. doct. (P. Cons. 57 f. 885'), 12 Dec. 1668 conc. ei ind. percipiendi in absentia fructus can.tus bas. S. Ioannis Lateranen. (S. Br. 1420 f. 610); 11 Oct. 1690 Romae ob. in aetate circ. 78 an. Camillus Piazza, can. Lateranen. bas., et assessor S. Officii (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 116').

Drivasten.

[1]) Promovetur c. decr. . . . . prof. fidei et c. disp. . . . . gradus (AC 17 f. 114). Die 20 Apr. 1641 Franciscus, ep. Scutaren., deput. vic. apost. tempore absentiae epi Drivasten. (breve in S. Br. 895 f. 5).

Dromoren.

[1]) Ultimus ep., „Patritius Maccual" (al. Macival), el. fuit 26 Ian. 1576 (*Eubel* III², 188).

[2]) Pbr. Dromoren., deput. vic. apost. eccl. Dromoren. (breve in S. Br. 267 f. 244).

[3]) Pbr. Clogherien. dioec., deput. vic. apost. in eccl. et civitate Dromoren. (breve in S. Br. 704 f. 257); iam vic. apost. eccl. Dunen. et Connoren. (cf. Dunen. et Connoren.).

[4]) Fit ep. Dromoren. c. decr. . . . . prof. fidei (AM 40 f. 93).

[5]) Deput. vic. apost. in civitate et dioec. Dromoren. etc. (idem breve ac pro Eugenio Conwell [cf. Derrien. n. 5], S. Br. 1473 f. 48); iam ab a. 1668 vic. gen. eccl. Dromoren. (*Brady M.*, Episcopal Succession I, 301).

Duacen.

[1]) „Malachias O'Molony", ep. Duacen. proxime praecedens [el. 22 Aug. 1571], ob. a. 1610 vel iuxta alios a. 1603 (*Brady*, l. c. II, 159—161).

[2]) Deput. vic. apost. eccl. Duacen. 28 Nov. 1629 (breve in S. Br. 757 f. 30).

[3]) O. Min. S. Francisci strictioris observantiae, promovetur c. decr. . . . . prof. fidei (ante cons.) (AC 19 f. 87); dicitur eum obiisse in Anglia a. 1653 (*Brady*, l. c., 165).

[4]) D. 30 Iun. 1671 „Michael Lynch" deput. vic. apost. eccl. Deren. iuxta decr. Sacrae Congr. Prop. 12 Maii 1671 a S.mo approbatum 16 Mai 1671 (breve in S. Br. 1473 f. 48).

Dublinen.

[1]) A. 1623: Eccl. metrop. est sub invocatione S. Patritii, in ea sunt 5 dign.tes et 12 can.tus, sed ab haereticis occupatur, qui in ea omnia exercent, valor ann. fr. mens. archiepalis 4000 duc. sed fructus ab haereticis nunc occupantur, taxa in libris Camerae 2600 flor. (AM 97 f. 583).

[2]) Iuxta acta consist. ep. Dublinen. proxime praecedens Matthaeum est „Hugo Corensis" (Curwin), qui a. 1559 apostata factus ob. a. 1569 (*Eubel* III², 188). In prom. Matthaei acta consist. referunt eccl.am vacare per ob. . . . . sed in bulla provisionis dicti Matthaei expresse dicitur eccl.am vacare per ob. *Donaldi* (S. Br. 376 f. 154).

[3]) Conc. ei pallium 21 Maii 1601 (AC 13 f. 156); Hispanus ex civitate Segobien. (Arm. XII 216 f. 13).

[4]) Absolv. a vinc. Clogherien., promovetur cum cond. iur., conc. ei pallium 18 Maii 1611 (AC 14 ff. 177), ob. Romae 1 Sept. 1623 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 80').

[5]) C. decr. . . . . prof. fidei, cum expeditione gratuita prout fieri solet pro Hibernis, conc. ei pallium 26 Febr. 1624 (AC 15 ff. 219', 230); filius baronum, aet. circ. 32 an., O. M. Obs., nunc theologiae professor Lovanii (AM 97 f. 583), ob. a. 1655 (*Brady M.*, l. c. I, 332).

[6]) Deput. vic. apost. in civitate et dioec. Dublinen. (breve in S. Br. 1167 f. 1).

[7]) „Richardus Bluter" deput. vic. apost. in civitate et dioec. Dublinen. 24 Nov. 1665 (breve in S. Br. 1332 f. 9).

[8]) D. 8 Mart. 1669 „Petrus Talbot" promovetur archiep. eccl. Dublinen. per ob. ultimi epi vacantis (breve in S. Br. 1439 f. 354).

Dulcinen(sis) v. **Scutaren(sis)** n. 3.

Dulmen(sis) v. **Dumnen(sis)**

Dumnen(sis) (Duvno) in Hercegovina.[1])

	v. epos Rosonen.[2])			
certo modo a compluribus annis	**Marianus** Maravich, O. M. Obs.[3])	31 Iul.	1645	AC 19 f. 43'
certo modo	**Paulus** Posilovich, ep. Scardonen.[4])	25 Oct.	1655	AC 19 f. 273
ob. Pauli	**Michael** Jahnna, O. M. Ref.[5])	14 Ian.	1658	AC 20 f. 31

Dunen(sis) et **Connoren(sis)** (Down et Connor) in Hibernia.[1])

. . . .	**Patritius** Hanratinus (Hanratty), fit vic. apost.[2])	7 Mart.	1614	S. Br.
ob. Cornelii[3])	**Edmundus** Dunganus (Dungan)[4])	9 Iun.	1625	AC 16 f. 66'
ob. Edmundi	**Bonaventura** Magnesius (Magennis), O. M. Obs.[5])	22 Apr.	1630	AV 18 f. 41
ob. Bonaventurae	**Emerus** Matthaeus (al. **Heber** Mac Mahon)[6])	10 Mart.	1642	AC 18 f. 99'
tr. Emeri ad Clogherien.	**Arturus** Magnesius (Magennis), O. Cist.[7])	11 Mart.	1647	AC 19 f. 89
. . . .	**Nicolaus** O' Bern, fit vic. apost.[8])	17 Apr.	1657	S. Br.

Duracen(sis) v. **Dyrrachien(sis)**

Durango (de) (Durango) in partibus Mexicanis.[1]) Erecta 28 Sept. 1620.

noviter erecta	**Gundisalvus** de Hermosilla, O. S. Aug.[2])	12 Oct.	1620	AC 15 f. 149
ob. Gundisalvi	**Alphonsus** Franco[3])	7 Iun.	1632	AV 18 f. 103'
tr. Alphonsi ad Pacen.	**Didacus** de Evia et Valdés, O. S. B.[4])	8 Aug.	1639	AC 17 f. 190

Dumnen(sis).

[1]) A. 1647: Sub archiepo Spalaten. (bulla provisionis, S. Br. 1125 f. 349).

[2]) De illis epis, qui initio saeculo XVII „epi Rosonen." [al. Rosen. et Rosanen.] in actis consist. vocantur, *Mandić, Dom., O. F. M.*, modo satis diffuso tractat. In suo opere „Acta Franciscana Hercegovinae tempore dominationis Othomanae", vol. I [Mostar 1934], argumentis [in lingua vernaculari] minime spernendis demonstrat epatum Rosonen. initio saeculi XVII [tractatur utique de epis tit. qui non residebant] identicum esse cum epatu Dumnen. et nihil habere cum eccl. Risanen. Idem auctor de hoc agit in alio suo opere, „Series episcoporum Dumnensium ab initio saeculi XVI ad medium saeculum XVII" [Mostar 1934]. Cf. infra Rosonen.

[3]) Promovetur cum assign. pens. ann. 200 scut. ultra fructus eccl.ae pro eius congrua sustentatione iuxta decr. Sacrae Congr. Prop., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 19 f. 43'). Die 24 Iul. 1647 tr. ad eccl. Bosnen., ad quam fuit nomin. ab imperatore, cum administratione eccl.ae Dumnen. et aliarum eccl.arum regni Bosniae (breve in S. Br. 1026 f. 1).

[4]) Absolv. a vinc. Scardonen. cum ret. admin.nis eccl.ae Scardonen. iuxta decr. Sacrae Congr. Prop., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 19 f. 273).

[5]) Promovetur iuxta decr. Congr. Prop., c. disp. . . . . nat. haer., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 20 f. 31'), ob. a. 1665 (*Mandić*, l. c. I, 157 n. 3), et 10 Ian. 1667 eccl. Dumnen. commendatur administrationi epi vicinioris (Arch. Congr. Prop., Acta 36 f. 1'). In actis consist. vocatur „Jahan".

Dunen. et Connoren.

[1]) A. 1625: Civitas Dunen. habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Patritii, quae cum redditibus, can.bus etc. ab haereticis occupatur (AM 97 f. 586).

[2]) Deput. vic. apost. in eccl. Dunen. et Connoren. (breve in S. Br. 501 f. 99), fit vic. apost. Dromoren. 13 Aug. 1655.

[3]) „Cornelius O'Devany" (Davensis), 27 Apr. 1582 ep. Dunen. et Connoren. el. (*Eubel* III[2], 189) in odium Fidei ab haereticis occisus est 1 Febr. 1612 (*Brady M.*, Episcopal Succession I, 266—268).

[4]) Promovetur c. disp. . . . . gradus est c. decr. . . . . prof. fidei (AC 16 f. 66'); ex dioec. Dunen. ortus, aet. circ. 33 an., pbr. (P. Cons. 15 f. 691'), ob. in carcere ab haereticis detentus a. 1629 (*Brady*, l. c. I, 269).

[5]) O. Min. strictioris observantiae, promovetur cum decr. quod exped. gratuita fiat iuxta solitum pro eccl.iis Hiberniae (AV 18 f. 41); nat. in loco „Port Niper" dioec. Dunen., aet. 33—34 an., poenit. in bas. S. Ioannis Lateranen. de Urbe (P. Cons. 20 f. 377), ob. 24 Apr. 1640 (*Brady*, l. c., 270).

[6]) Nat. in patria Fiernia dioec. Clogherien., aet. 40 an. [a 1641], theol. doct., vic. apost. eccl. Clogherien., (P. Cons. 40 f. 281). In actis vocatur „Emerus Matthaeus", a nonnullis modernis „Emerus Matthaeus" al. „Heber Macmahon".

[7]) Ob. a. 1652 (*Brady*, l. c., 272).

[8]) Deput. vic. apost. in eccl. Dunen. et Connoren. (breve in S. Br. 1167 f. 1). Die 4 Maii 1671 „Daniel Mackey" fit ep. Dunen. et Connoren." (AC 22 f. 81).

Durango (de).

[1]) Die 28 Sept. 1620: „Smus D. N. praevia separatione ab eccl. de Guadalaxara novae Biscaiae in Indiis occidentalibus loci de Durango eandem civitatem in cathedralem erexit, cum reservatione iurispatronatus pro regibus pro tempore existentibus Hispaniarum" (AC 15 f. 148'). M. Oct. 1620: eccl. cathedr. est sub invocatione S. Matthaei, can.tus et dign. adhuc non sunt institutae (AM 97 f. 585), taxa 33 1/3 flor. (AC 15 f. 149).

[2]) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 15 f. 149); nat. in civitate Mexican., aet. ultra 50 a., pbr. O. S. Aug., theol. mag. (AM 97 f. 585).

[3]) Promovetur cum ret. compat., c. ind. quod munus cons.nis ab aliquo cath. antistite in regno Hispaniarum suscipere possit. (AV 18 f. 103'); nat. in oppido de Alcala de Henarez dioec. Toletan., aet. 60 an. et ultra, rector par. eccl. S. Andreae Matriti (P. Cons. 31 ff. 186', 200), nomin. r. cath. 3 Dec. 1632 (l. c. f. 181).

[4]) Praesent. r. cath., c. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet. (AC 17 f. 190); nat. in civitate Oveten., theol. mag., O. S. B. (P. Cons. 37 f. 328). In actis „de Hervia" nuncupatur, et nihil uti ex O. S. B. dicitur.

tr. Didaci ad de Antequera	**Petrus** B(V)arrientos Lomelin[5])	31 Maii 1655	AC 19 f. 262'
ob. Petri	**Ioannes** de Aguirre[6])	17 Nov. 1659	AC 20 f. 97'

Dyrrachien(sis) (Durazzo) in Albania, metrop.[1])

certo modo[2])	**Antonius** Provana[3])	21 Iul. 1622	S. Br.
. . . .	**Hieronymus** Graeco[4])	a. 1634	. . . .
certo modo	**Marcus** Scura, ep. Albanen.[5])	10 Sept. 1640	AC 18 f. 15'
ob. Marci	**Nicolaus** Carpineus al. Carpenia.[6])	27 Aug. 1657	AC 20 f. 23'

Eboren(sis) v. **Elboren(sis)**

Ebredunen(sis) (Embrun) in Gallia, metrop.[1])

ob. Guilelmi d'Avançon	**Honoratus** Laurentii (de Laurens)[2])	24 Ian. 1601	AC 13 f. 151
ob. Honorati	**Guilelmus** Hughus (Hugues), O. M. Conv. min. gen.[3])	3 Sept. 1612	AV 15 f. 95
ob. Guilelmi	**Georgius** d' Aubusson de la Feuillade[4])	21 Iun. 1649	AM 40 f. 138

Ebroicen(sis) (Evreux) in Gallia.[1])

ob. Claudii de Saintes	**Iacobus** Davy du Perron[2])	11 Dec. 1592	AC 13 f. 59
libera cess. card. du Perron	**Guilelmus** de Péricard[3])	4 Iul. 1608	AV 15 f. 48
. . . .	**Franciscus** de Péricard, fit archiep. Tarsen. et coadi. c. f. s.[4])	12 Dec. 1611	AV 15 f. 85'

---

[5]) Praesent. r. cath., cum ret. compat. et c. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign. (AC 19 f. 262'), ob. a. 1658.

[6]) Promovetur cum ret. compat. et c. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign. (AC 20 f. 97'); nat. in loco de Tecamachalco distante 17 leucis a civitate Mexican., aet. 60 an., iur. utr doct., can. eccl. Mexican. (P. Cons. 57 ff. 1124—1125), ob. a. 1671. In actis et in dicto processu vocatur simpliciter „de Aguirre".

Dyrrachien.

[1]) A. 1657: In ipsa civitate Dyrrachien. non amplius habetur eccl. cathedr., est metrop. cum suffr. Benden., Croien., Alexien., Conavien., et Stephanen., archiep. solet residere Corbini in dioec. Croien. et ibi est eccl. sub invocatione S. Venerandae (P. Cons. 54 f. 655).

[2]) Die 31 Iul. 1600 Nicolao [Necansio], epo Stephanien., conceduntur facultates spirituales pro eccl. Dyrrachien. pastoris solatio destituta (S. Br. 298 f. 106), et die 22 Iun. 1612 eaedem facultates Nicolao iterum conceduntur (S. Br. 480 f. 599).

[3]) Eccl. Dyrrachien. certo modo vacans providetur de persona „Antonii Provana", pbr. Taurinen., not. apost., per bullam datam Romae 12° Kalendas Augusti a. Incarnationis 1622 (S. Br. 678 f. 739); nat. in dioec. Taurinen., aet. circ. 44 an., pbr. a multis annis, a. 1604 iur. utr. doct. Taurinen., ab a. 1605 nuntius maiestatis serenissimae Sabaudiae in republica Venetiarum (ex processu formato 30 Maii 1622 in P. Dat. a. 1622 ff. 130—131), fit solio pontificio assistens 18 Maii 1627 (S. Br. 725 f. 155), non residebat, tr. ad eccl. Taurinen. 19 Ian. 1632. Haec prom. in actis consist. deest.

[4]) Iuxta *Gams* (407) a. 1634 quidam „Hieronymus Graeco" fit archiep. Dyrrachien. De illo amplius desideratur.

[5]) Fit archiep. Dyrrachien. cum admin.ne eccl.ae Albanen., conc. ei pallium 8 Oct. 1640 (AC 18 ff. 15', 28); 3 Ian. 1641 deput. admin. eccl.arum sibi suffr.arum (S. Br. 829 f. 1), ob. Romae in collegio Urbano de Propaganda Fide 27 Apr. 1656 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 98).

[6]) Promovetur iuxta decr. Sacrae Congr. Prop., conc. ei pallium 24 Sept. 1657 (AC 20 ff. 23', 27'); nat. in civitate Dyrrachien., aet. circ. 38 an., vic. gen. archiepi Dyrrachien. sui avunculi (P. Cons. 54 ff. 652, 655), ob. ante 20 Maii 1670 (AC 22 f. 35'). In actis vocatur „Carpineus, Capena, Capinea", manu propria subscripsit „Nicolaus Car(o)pineus" (P. Cons. 54 f. 653). Die 6 Sept. 1660 a S. Sede confirm. institutio, ordinatio, et cons. „Simeonis Lascaris" in archiepum Dyrrachien. ab archiepo Ocridan. factae cum suppletione defectuum, ac convalidatione et nova institutione Simeonis in archiepum Dyrrachien. (breve in S. Br. 1219 f. 36 seq.). Eadem die datur ei facultas recipiendi prof. fidei iuxta articulos a S. Sede *pro Graecis* propositos ab „Athanasio", archiepo Ocridan. (l. c. f. 40), et deput. vic. apost in regione, quae Chimarra vocatur et in Albania consistit (l. c. f. 44) Est quaestio de archiepo Dyrrachien. *ritus Graeci.* Cf. etiam decr Sacrae Congr. Prop. die 17 Aug. 1660 factum (S. Br. 1219 f. 37')

Ebredunen.

[1]) A. 1612: Civitas Ebredunen. in Delphinatu habet eccl. metrop. sub invocatione B. M. Virginis, in qua sunt 4 dign., taxa 2400 flor. (AM 97 f. 685).

[2]) Nomin. r. xmo, promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., conc. ei pallium 14 Mart. 1601 (AC 13 ff. 151, 152'), ob. m. Ian. 1612.

[3]) Min. Gen. O. Minorum S. Francisci, nomin. r. xmo, reserv. pens. ann. libr. Turonen. 2200 pro Alexandro Cabillana [Castellana], cler. Regien. dioec., et cum cond. iur., conc. ei pallium 17 Sept. 1612 (AV 15 f. 95, 95'); aet. 48 an., concionator egregius (AM 97 f. 685), cons. Romae in eccl. SS. XII Apostolorum a Ioanne Garcia card.le Millino 16 Sept. 1612 (Misc. Arm. XIII 33 f. 135), ob. m. Oct. 1648.

[4]) Pbr. Lemovicen. dioec., mag. theol. domus Sorbonicae facultatis Parisien., nomin. r. xmo, cum ret. prioratus conventualis de la Solemniaco, O. S. B., Lemovicen. dioec., et aliorum compat., c. decr. . . . . erig. mont. piet., conc. ei pallium 28 Iun. 1649 (AM 40 ff. 138, 140), tr. ad Meten. 3 Iun. 1669 (AC 22 f. 16').

Ebroicen.

[1]) A. 1611: Civitas Ebroicen. in provincia Normandiae archiepi Rothomagen. suffr., habet eccl. cathedr. sub invocatione B. M. Virginis, in qua sunt 7 dign. et 30 praebendae, taxa 2500 flor. (AM 97 f. 609).

[2]) Promovetur cum cond. iur. (AC 13 f. 59); fit card. 9 Iun. 1604 (cf. S. R. E. card. I, 43), archiep. Senonen. 9 Oct. 1606. Tamen 9 Oct. 1606 deput. admin. eccl.ae Ebroicen. ad biennium (S. Br. 412 f. 304) et 3 Sept. 1607 eadem admin. ad aliud biennium prorogatur (S. Br. 423 f. 66).

[3]) Nomin. r. xmo, cum ret. can.tus et praebendae ipsi eccl. annexorum, reserv. pens. ann. 1000 libr. Turonen. pro card.le cedente, dummodo remaneant 1000 pro epo, c. decr. quod mon. commend. S. Taurini, O. S. B., Ebroicen. dioec., quod Guilelmus obtinet, vacet, et quod dictum mon. ipsi card.li cedenti commendetur (AV 15 f. 48); pbr., aet. 60 an., consiliarius regius ecclesiasticus in parlamento Rothomagen. (AM 97 f. 599), ob. 26 Nov. 1613.

[4]) Fit archiep. Tarsen. et deput. coadi. c. f. s. Ebroicen. (cf. Tarsen.); ex dioec. Abrincen. ortus, Guilelmi epi ex fratre nepos (AM 97 f. 609), successit 26 Nov. 1613, ob. 21 Aug. 1646.

ob. Francisci	**Iacobus** de Noël du Perron, olim ep. Engolismen.[5])	24 Aug. 1648	AC 19 f. 130
ob. Iacobi	**Aegidius** Boutault, ep. Aduren.[6])	15 Nov. 1649	AC 19 f. 159
ob. Aegidii	**Henricus** (de Cauchon) de Maupas du Tour, ep. Anicien.[7])	31 Mart. 1664	AC 21 f. 52'

Ebronen(sis) v. **Hebronen(sis)**

Edessen(a) (**Edessa**) in Mesopotamia, metrop., tit.

certo modo	**Livius** Lilius, fit suffr. Constantinopolitan.[1])	18 Aug. 1625	AC 16 f. 77'
ob. Livii	**Hyacinthus** de Subiano, O. P., fit coadi. c. f. s. Smyrnen.[2])	14 Nov. 1644	AM 40 f. 47'

Eduen(sis) v. **Aeduen(sis)**

Egitanien(sis) (**Guarda**) in Lusitania.[1])

ob. Emmanuelis de Quadros	**Nunius** de Noronha, ep. Visen.[2])	22 Aug. 1594	AC 13 f. 42'
ob. Nunii	**Alphonsus** Furtado de Mendoza[3])	9 Dec. 1609	AC 14 f. 137
tr. Alphonsi ad Colimbrien.	**Franciscus** de Castro[4])	18 Sept. 1617	AC 15 f. 80'
res. Francisci	**Lupus** de Sequeira Pereira, ep. Portalegren.[5])	7 Iun. 1632	AC 17 f. 17
ob. Lupi	**Dionysius** de Mello et Castro, ep. Visen.[6])	7 Febr. 1639	AC 17 f. 177'
ob. Dionysii	**Petrus** de Alencastro[7])	15 Maii 1645	AC 19 f. 36
ob. Petri	**Alvarus** de S. Bonaventura, O. M. Cap.	17 Iun. 1669	AC 22 f. 20

---

[5]) Nomin. r. x^{mo}, cum ret. 2 mon.^{orum}, et aliorum compat., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et mont. piet., reserv. pens. 3000 libr. Turonen. pro Iacobo de Sourre Turonen. dioec. de consensu regis x^{mi} (AC 19 f. 130), ob. m. Febr. 1649.

[6]) Absolv. a vinc. Aduren., nomin. r. x^{mo}, c. decr. . . . . erig. ut supra in n. 5 (AC 29 f. 159), ob. m. Mart. 1661

[7]) Nomin. r. x^{mo}, absolv. a vinc. Anicien., cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. ut supra, ac repar. cathedr. (AC 21 f. 52'), ob. m. Aug. 1680.

Edessen.

[1]) Ex decr. Sacrae Congr. Prop. a S.^{mo} approbato fit suffr. patriarchae Constantinopolitan. cum onere residendi in loco olim Perinto, nunc Pera nuncupato, cum ret. pens.^{nis} ann. duc. Venetorum 300 super decanatu eccl. Creten. (AC 16 f. 77'); oriundus de Naxia, aet. ultra 50 a., pbr., decan. in eccl. Creten., fuit vic. archiepi Creten., iur. utr. doct. (AM 97 f. 617), ob. in Candia 22 Iun. 1643 (*Orientalia Christiana* II [Romae 1924], 272).

[2]) Deput. coadi. c. f. s. archiepi Smirnen., c. ind. . . . . non resid. Edessen., et c. decr. . . . . prof. fidei (AC 19 f. 7'); vic. apost. gen. ecclesiae Smyrnen. 22 Mart. 1641 (*Orientalia Christiana* II, 256), fit admin. insularum maris Aegaei Turcarum dominio subiectarum 3 Maii 1646 (S. Br. 1009 f. 1), mortuo Petro Demarchis, archiepo Smyrnen., 13 Iul. 1648 successit, fit vic. patriarchalis Constantinopolitan. 5 Mart. 1652 (Arch. Congr. Prop., Acta a. 1652 f. 22), ab officio et ab eccl. Smyrnen. amotus 30 Iun. 1653, ob. Romae in conventu S. Sabinae 15 Oct. 1656 (*Le Quien M.*, Oriens Christianus [Parisiis 1740] III, 1078). In praedictis actis consist. (AC 19 f. 7' et AM 40 f. 47') et in bulla provisionis (S. Br. 1124 f. 402) nihil dicitur de eius nominatione ut suffr. patriarchae Constantinopolitan. Tamen in congr. gen. Sacrae Congr. Prop. 7 Dec. 1643 habita et eadem die a S.^{mo} approbata, expresse proponitur ut coadi. c. f. s. archiepo Smyrnen. et suffr. patriarchae Constantinopolitan. cum facultatibus defuncto Livio Lilio concessis (Arch. Congr. Prop., Acta a. 1643 f. 481). Ulterius 5 Mart. 1652 S.^{mus} approbavit decr. Sacrae Congr. Prop. super unione vicariatus Constantinopolitan. cum *suffraganeatu* eiusdem, et Hyacinthus iam suffr. nomin. vic. patriarchalis (l. c. a. 1652 f. 22). *Lemmens* in Orientalia Christiana II, 256 erronee vocat supradictam bullam provisionis (datam decimo octavo Kalendas Decembris 1644 apud S. Br. 1124 f. 402) breve nominationis.

Egitanien.

[1]) A. 1609: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. M. Virginis, archiepi Ulixbonen. suffr., in ea sunt 7 dign., 17 can.^{tus}, et 4 dimidii can.^{tus}, valor ann. fr. mens. epalis 23000 cruciatorum (P. Cons. 3 f. 143), taxa 1000 flor. (AM 97 f. 605).

[2]) Nomin. r. cath. Portugalliae, reserv. pens. ann. 40000 regalium pro pers. nominandis (AC 13 f. 42'); ad eccl. Visen. prom. 21 Maii 1586 (*Eubel* III², 355), ob. 27 Nov. 1608 (P. Cons. 3 f. 144).

[3]) Salvis pens. antiquis 1820 cruciatorum, reserv. pens. 5000 cruciatorum, non exced. . . . . 3^{am} fr. (AC 14 f. 137); nat. in oppido Montis Maioris Novi dioec. Elboren., pbr., iur. can. doct. Accademiae Colimbrien., ex cuius statuto nemo ad doctoratus culmen ascendit, quin saltem per decennium in ius can. incumbuerit (P. Cons. 3 ff. 130—131).

[4]) Nat. Ulixbonae, theol. lic. in universitate Colimbrien., iam rector eiusdem universitatis et decan. eccl. Colimbrien., ad praesens [a. 1617] rector mensae conscientiae eccl. Colimbrien. (P. Cons. 3 f. 106), a. 1629 nomin. inquisitor gen. regni Portugalliae (*de Almeida*, l. c. III pars II, 819).

[5]) Absolv. a vinc. Portalegren., nomin. r. cath., cum ret. compat., salvis pens. antiquis, una videlicet 244 cruciatorum et 178 regalium Francisco resignanti olim reservata, et aliis usque ad summam 3159 cruciatorum et 218 regalium reservatis etiam pro eodem epo cedente, alia ab omni onere immuni pens.^{ne} 5000 cruciatorum aliaque seu aliis pro pers. nominandis usque ad summam 583 cruciatorum ac 200 regalium, non exced. . . . . 3^{am} fr. (AC 17 f. 17), ob. 4 Aug. 1636 (*de Almeida*, l. c., 820).

[6]) Absolv. a vinc. Visen., nomin. r. cath., cum ret. compat. (AC 17 f. 177'), ob. Ulixbonae 24 Nov. 1639 (*de Almeida*, l. c., 820). In actis vocatur tantum „de Mello".

[7]) Promovetur cum ret. compat. et c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 36). De isto nihil amplius invenitur et videtur eum nunquam possess. adeptum fuisse. Nam in subsequente prom. „Alvari", dicitur eccl.^{am} vacare per ob. „Dionysii de Mello". Pro eccl. Egitanien., et etiam pro aliis eccl.^{iis} regni Lusitani huius temporis, usque ad „Alvarum de S. Bonaventura" non habentur epi a S. Sede approbati propter difficultates inter Cur. Rom. et regem Lusitaniae.

Eistetten(sis) v. **Eystetten(sis)**

Elboren(sis) seu **Eboren(sis)** (Evora) in Lusitania, metrop.[1])

ob. Thomae de Braganza	**Alexander** de Braganza[2])	27 Nov. 1602	AC 13 f. 173'
ob. Alexandri	**Didacus** de Sousa, ep. Miranden.[3])	1 Mart. 1610	AC 14 f. 147
ob. Didaci	**Iosephus** de Mello, ep. Miranden.[4])	18 Iul. 1611	AC 14 f. 183'
ob. Iosephi	**Ioannes** Coutinho, ep. Lamecen.[5])	3 Dec. 1635	AC 17 f. 103
ob. Ioannis	**Didacus** de Sousa	19 Ian. 1671	AC 22 f. 70

Electen(sis) (Alet) in Gallia.[1])

ob.	**Christophorus** de l'Estang, ep. Lodoven.[2])	5 Sept. 1594	AV 13 f. 57'
ob.	**Petrus** Polverel[3])	19 Febr. 1603	AC 13 f. 176'
ob. Petri	**Stephanus** Polverel[4])	30 Iul. 1607	AC 14 f. 71
ob. Stephani	**Nicolaus** Pavillon[5])	16 Maii 1639	AC 17 f. 185'

Elnen(sis) (Elna residentia Perpignan) in principatu Cathalauniae.[1])

tr. Francisci Robuster ad Vicen.	**Honuphrius** Reart.[2])	1 Febr. 1599	AC 13 f. 111
		11 Mart. 1609	AV 15 f. 57
tr. Honuphrii ad Vicen.	**Antonius** Gallart		
tr. Antonii ad Vicen.	**Franciscus** de Vera, O. Merc., ep. Madauren.[3])	18 al. 28 Mart. 1613	AC 14 f. 242
ob. Francisci	**Federicus** Cornet[4])	13 Febr. 1617	AC 15 f. 72'
ob. Federici	**Raymundus** de Ivorra[5])	20 Nov. 1617	AC 15 f. 85'
ob. Raymundi	**Raphael** Riphoz, O. P.[6])	12 Nov. 1618	AC 15 f. 111'

Elboren. seu Eboren.

[1]) A. 1609: Eccl. metrop. est sub invocatione Assumptionis B. M. V., valor ann. fr. mens. archiepalis 40000 cruciatorum, gravatur pens.ne 18000 cruciatorum (P. Cons. 3 f. 194'), taxa 2066$^2/_3$ flor. (AM 97 f. 604).

[2]) Reserv. pens. 13000 cruciatorum pro pers. nominandis, promovetur cum ret. omnium, quae obtinet scilicet, 3000 cruciatorum super fructibus coll. eccl. S. Mariae de Misericordia dioec. Lerien., 500 scut. super scholastria eccl. Boncharien., 200 scut. super scholastria eccl. Elboren., scut. 1500 super fructibus can.tus et praebendae eccl. Elboren., conc. ei pallium 4 Oct. 1602 (AC 13 ff. 173', 174), ob. 11 Sept. 1608 (*de Almeida*, l. c., 808).

[3]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Miranden., reserv. compatibilia et pens. 300 cruciatorum pro pers. nominandis, conc. ei pallium 10 Mart. 1610 (AC 14 f. 147), ob. 30 Dec. 1610 (*de Almeida*, l. c.).

[4]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Miranden., cum ret. compat., reserv. pens. cruciatorum 1000 pro Ioanne de Lancastro, cler. Ulixbonen., salvis antiquis, conc. ei pallium 3 Aug. 1611 (AC 14 ff. 183', 184'), ob. 2 Febr. 1633 (*de Almeida*, l. c.).

[5]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Lamecen., reserv. una pens. 1855 cruciatorum pro Francisco de Mello et altera 552 cruciatorum et 7 regalium pro Ioanne de Aragonia, conc. ei pallium 17 Dec. 1635 (AC 17 ff. 103, 104), ob. 12 Sept. 1643 (*de Almeida*, l. c.). Propter difficultates inter Cur. Rom. et regnum Lusitaniae nullus habetur archiep. Elboren. a S. Sede confirm. usque ad „Didacum de Sousa" 19 Ian. 1671 (AC 22 f. 70).

Electen.

[1]) Eccl. cathedr. est archiepi Narbonen. suffr., in ea sunt 3 dign. et 9 can., taxa 1500 flor. (AM 97 f. 608).

[2]) Absolv. a vinc. Lodoven., reserv. pens. ann. scut. 800 pro pers. nominandis (AV 13 f. 57'); non est adeptus possess.nem eccl. Electen. et 26 Maii 1603 prom. ad eccl. Carcassonen. ut ep. Lodoven.

[3]) Nomin. r. xmo, c. disp. . . . . sacr. ord., reserv. pens. ann. scut. solarium 2000 pro Christophoro, epo Lodoven., dummodo remaneant 1000 pro epo prov. (AV 14 f. 83), ob. Romae 20 Aug. 1603. Apud Misc. Arm. XII 216 f. 297 dicitur esse „O. S. B."

[4]) Salva pens.ne antiqua (AC 14 f. 71); pbr., iur. utr. doct. (AM 97 f. f. 608), ob. 7 Maii 1637 (P. Cons. 37 ff. 473, 474). Apud AC 14 f. 71 et AV 51 f. 36' haec promotio invenitur in consist. 30 Iul. 1607 et apud AM 97 f. 608 minus accurate die 3 Aug. 1607. Nam die 3 Aug. 1607 non fuit consist.

[5]) Nat. Parisiis, pbr., nomin. r. xmo 2 Iun. 1637 (P. Cons. 37 ff. 457, 470), ob. m. Dec. 1677.

Elnen.

[1]) Die 1 Sept. 1601 eccl. cathedr. et residentia epi Elnen. transfertur ad par. eccl. S. Ioannis Bapt. in oppido Perpiniano a civitate Elnen. sex milliariis distante. Ep. et clerus iam a multis annis in civitate Elnen. commorari desierunt, cum nobiles et primarii necnon ministri regii eam reliquissent et Perpinianum venissent. Cf. bullam datam Romae Kalendis Septembris 1601 apud *Bullarium Romanum* tom. V pars II (Romae 1753), 379 seq. Annis 1616—1617: Civitas Elnen. in principatu Cathalauniae est sub dominio temporali regis cath., eccl. cathedr. S. Ioanni Bapt. dicata est suffr. archiepi Tarraconen., in ea sunt plures dign. et 24 can., valor ann. fr. mens. epalis 3000 duc., taxa 1500 flor. (AM 97 f. 602).

[2]) Nomin. r. cath. (AC 13 f. 111); Perpiniani nat., aet. 46 an., in ord. pbr. 5 Nov. 1577, theol. doct., can. eccl. Barchinonen. (P. Cons. 3 ff. 366'—367').

[3]) Absolv. a vinc. Madauren., promovetur cum ret. compat. (AC 14 f. 242). Apud AC 14 f. 242 dicitur 18 Mart. et apud AV 15 f. 202' die 28 Mart.

[4]) Barchinonae nat., aet. circ. 60 an. [a. 1616], archidiac. Barchinonen., consultor et inquisitor Barchinonen. et Valentin. (P. Cons. 3 f. 312').

[5]) Praesent. r. cath. (AC 15 f. 85); in civitate Illerden. nat., aet. 42 an., iur. utr. doct., sacrista maior, can. et vic. gen. eccl. Barchinonen. (P. Cons. 3 f. 329).

[6]) Praesent. r. cath., iura Sacri Coll. expeditionis condonantur, exceptis 100 florenis (AC 15 f. 111'); Barchinonae nat., aet. circ. 65 an., O. P. theol. mag. (P. Cons. 3 ff. 476—477).

ob. Raphaelis	**Franciscus** Senjust, O. S. B.[7])	9 Aug. 1621	AC 15 f. 176
tr. Franc. ad Gerunden.	**Petrus** Magrola[8])	26 Oct. 1622	AC 15 f. 198'
tr. Petri ad Vicen.	**Franciscus** Lopez de Mendoza[9])	30 Aug. 1627	AV 17 f. 105
ob. Francisci	**Gregorius** Parçero, O. S. B[10])	12 Aug. 1630	AM 39 f. 226
tr. Greg. ad Gerunden.	**Gaspar** Prieto, ep. Algaren.[11])	18 Febr. 1636	AC 17 f. 113
ob. Gasparis	**Franciscus** Perez Roya[12])	21 Iun. 1638	AC 17 f. 163
tr. Francisci ad Guadixen.	**Vincentius** Margarit, O. P.[13])	12 Nov. 1668	AC 21 f. 218

Elphinen(sis) (**Elphin**) in Hibernia.[1])

. . . .	**Raymundus** Galvinius[2])		
ob. Raymundi Galvinii	**Boetius** Egan, O. M. Obs.[3])	9 Iun. 1625	AC 16 f. 66'
ob. ultimi epi	**Dominicus** de Burgo, O. P.[4])	13 Iul. 1671	S. Br.

Elven(sis) seu **Eluen(sis)** (**Elvas**) in Lusitania.[1])

ob. Antonii de Matos de Moronha	**Rodericus** Pirez de Veiga[2])	22 Oct. 1612	AC 14 f. 224'
ob. Roderici	**Laurentius** de Távora seu de Piedade, ep. Funchalen.[3])	18 Sept. 1617	AC 15 f. 80
cess. Laurentii	**Sebastianus** de Matos de Noronha[4])	16 Mart. 1626	AC 16 f. 109'
tr. Seb. ad Bracharen.	**Emmanuel** de Cunha[5])	14 Iun. 1638	AC 17 f. 162'
ob. Emmanuelis	**Ioannes** de Mello	1 Iul. 1671	AC 22 f. 83'

Emeriten(sis) v. **de Yucatan**

Emonien(sis) v. **Aemonien(sis)**

Enen(sis) v. **Aenen(sis)**

---

[7]) Praesent. r. cath. (AC 15 f. 176); abb. mon. B. Mariae Rivipulli dioec. Vicen. per quinquennium, et per 16 annos abb. mon. B. Mariae de Arles dioec. Elnen. (P. Cons. 3 f. 463' seq).

[8]) Barchinonae nat., theol. doct., a 18 annis prior coll. eccl.ae S. Annae Barchinonen. dioec. (P. Cons. 3 f. 496').

[9]) Promovetur cum ret. compat., c. decr. . . . . 200 scut. repar. dom. epalis, c. decr. . . . . erig. sem. (AV 17 f. 105); nat. in villa de Celva dioec. Segobien. ex toro illegitimo, aet. circ. 60 an., pbr., theol. mag., can. eccl. Valentin. (P. Cons. 23 f. 450), nomin. r. cath. 4 Ian. 1627 (l. c. f. 436).

[10]) In civitate Tuden. nat., O. S. B., abb. conventus S. Martini, Matriti, nomin. r. cath. 11 Apr. 1630 (P. Cons. 27 ff. 409, 412'). Manu propria subscripsit ut supra (P. Cons. 27 f. 430).

[11]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Algaren., cum ret. compat. (AC 17 f. 113).

[12]) Nomin. r. cath., c. decr. . . . . erig. theol. et poenit. (AC 17 f. 163'); tr. ad Guadixen. 3 Aug. 1643 et sedes vacat usque ad promotionem „Vincentii Margarit".

[13]) Nomin. r. xmo, c. decr. . . . . prof. fidei (AC 21 f. 218).

Elphinen.

[1]) A. 1625: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Patritii, suffr. archiepi Tuamen., eccl. ipsa, redditus, et omnia alia ab haereticis occupantur (AM 97 f. 598).

[2]) „Andreas O' Crean" el. ep. 28 Ian. 1562 (*Eubel* III[2], 191) ob. a. 1594 (*Brady*, l. c. II, 201) et nomin. dicti Raymundi in actis consist. non invenitur. Tamen certe fuit ep. Elphinen. Nam in prom. „Boetii Egani" expresse dicitur eccl.am vacare per ob. „Raymundi Galvinii", qui ab haereticis in odium Fidei occisus fuit (AC 16 f. 66' et AM 97 f. 598). Idem dicitur apud P. Cons. 15 f. 669'. „Nicolaus a S. Patritio", O. E. S. Aug. provinciae Hiberniae provincialis, per breve apost. 29 Aug. 1620 deput. vic. apost. in dioec. Elphinen. pastoris solatio destitutae (in S. Br. 587 f. 1).

[3]) Promovetur c. disp. . . . . gradus et c. decr. . . . . prof. fidei (AC 16 f. f. 66'); nat. in dioec. Tuamen., aet. ultra 40a., O. M. Obs. pbr. (P. Cons. 15 f. 668'), ob. 19 Apr. 1650 (*Brady*, l. c., 202). Usque ad promotionem „Dominici de Burgo" eccl. remanet sub vicariis et admin.bus.

[4]) Eccl. Elphinen. per ob. ultimi epi vac. providetur de persona „Dominici de Burgo", O. P., 13 Iul. 1671 (breve in S. Br. 1473 f. 63).

Elven.

[1]) A. 1612: Eccl. cathedr. Assumptioni B. M. V. dicata archiepi Elboren. est suffr., valor ann. fr. mens. epalis circ. 8000 cruciatorum, gravatur pens.ne 600 cruciatorum ad favorem epi Visen. (P. Cons. 3 f. 397), taxa 1000 flor. (AM 97 f. 625).

[2]) Praesent. r. cath., reserv. pens. cruciatorum 1500 pro pers. nominandis, salvis antiquis, non exced. . . . . 3am fr. (AC 14 f. 224'); in civitate Portalegren. nat., aet. ultra 60 a., pbr. a multis annis, iur. can. bacc., can. et vic. gen. eccl. Elboren. (P. Cons. 3 f. 386), ob. 7 Mart. 1616 (l. c. f. 531').

[3]) Praesent. r. cath., reserv. pens. ann. duc. auri 352 pro Antonio de Tavares, cler. Ulixbonen., salvis antiquis, c. decr. . . . . prof. fidei (AC 15 f. 80), dimisit a. 1625, ob. Ulixbonae 11 Maii 1629 (*de Almeida*, l. c. III pars II, 797).

[4]) Praesent. r. cath., reserv. pens. ann. 600000 regalium regni Lusitaniae pro Laurentio cedente, dummodo omnes insimul dimidiam partem fructuum non attingant (AC 16 f. 109'); nat. Matriti, aet. circ. 38 an., decretorum doct. et inquisitionis consultor (AM 97 f. 614).

[5]) Praesent. r. cath., cum ret. compat., et pens.nis ann. 100 cruciatorum super fructibus eccl. Bracharen. (AC 17 f. 163); a r. cath. Portugalliae nomin. archiep. Ulixbonen. 2 Oct. 1646 sed a S. Sede non confirm., ob. Ulixbonae 30 Nov. 1658 (*de Almeida*, l. c., 798). Propter difficultates inter Cur. Rom. et regem Lusitaniae nullus habetur ep. a S. Sede confirm. usque ad „Ioannem de Mello".

Engolismen(sis) (Angoulême) in Gallia.[1])

ob. Caroli de Boni	**Antonius** de la Rochefoucauld[2])	13 Aug. 1607	AC 14 f. 71'
ob. Antonii	**Iacobus** le Noël du Perron[3])	28 Ian. 1636	AM 39 f. 301'
libera cess. Iacobi	**Franciscus** de Péricard[4])	18 Febr. 1647	AC 19 f. 86

Ephesin(a) (Ephesus) in Asia, metrop., tit.

certo modo	**Petrus** de Villars, fit coadi. c. f. s. Viennen.[1])	1 Iul. 1613	AV 15 f. 105'
certo modo	**Vitalis** de l'Estang, fit coadi. c. f. s. Carcassonen.[2])	9 Febr. 1615	AV 15 f. 119
certo modo	**Basilius** Cacacius (Cacace), Theatin., fit suffr. Ravennaten.[3])	12 Febr. 1624	AV 17 f. 19'
certo modo	**Iacobus** de Turre (al. Turrius), coadi. vic. apost. Hollandiae[4])	9 Nov. 1646	S. Br.
certo modo	**Vitalianus** Vicecomes (Visconti)[5])	11 Aug. 1664	AC 21 f. 68'
prom. Vitaliani ad card.	**Opitius** Pallavicini[6])	27 Febr. 1668	AC 21 f. 189'

Equen(sis) v. **Vican(a) Aequen(sis)**

Esin(a) v. **Aesin(a)**

Eugubin(a) (Gubbio) in Italia.[1])

ob. Mariani Savelli	**Andreas** Sorbolonghi[2])	15 Mart. 1600	AC 13 f. 137'
ob. Andreae	**Alexander** de Monte[3])	18 Iul. 1616	AV 15 f. 142
ob. Alexandri	**Petrus** de Carpinea seu Carpineus (Carpegna)[4])	11 Dec. 1628	AC 16 f. 267
ob. Petri	**Uldericus** de Carpinea[5])	23 Sept. 1630	AC 16 f. 343'

Engolismen.

[1]) A. 1607: Civitas Engolismen. in Aquitania habet eccl. cathedr. sub invocatione SS. Petri et Pauli, archiepi Burdegalen. suffr., in qua sunt 5 dign. et 25 can., valor ann. fr. mens. epalis secundum communem aestimationem circ. 3500 scut., taxa 1000 flor. (AM 97 f. 610)

[2]) Decretorum lic., nomin. r. x^mo, reserv. pens. libr. Turonen. 4500 pro pers. nominandis, et 2500 similium pro Seraphino Bauchi, O. P., de consensu regis et electi, dummodo scuta ann. 1000 pro el. remaneant, cum ret. can.^tus, et 2 prioratuum cura et conventu carentium, et cum cond. iur. (AC 14 f. 71'); subdiac. Parisien., aet. 32 an. (AM 97 f. 610), ob. m. Dec. 1634.

[3]) Pbr. dioec. Constantien., consiliarius regius, serenissimae reginae Magnae Britanniae eleemos., nomin. r. x^mo, promovetur c. decr. . . . . erig. sem., ac 2000 libr. Turonen. ann. repar. sem. et instr. sacra supellect. (AM 39 f. 301'); resignavit, deinde 24 Aug. 1648 fit ep. Ebroicen.

[4]) Nomin. r. x^mo, promovetur cum ret. compat., et prioratus conventualis de Rilan (AC 19 f. 86); nat. in oppido de Condé dioec. Ebroicen., aet. 27 an. [a. 1646], pbr., iur. can. lic. Parisien. (P. Cons. 46 f. 411), ob. a. 1687.

Ephesin.

[1]) Deput. coadi. c. f. s. Viennen., nomin. r. x^mo, c. decr. . . . . loc. success., cum ret. prioratus de la Rochegayon dioec. Rothomagen. et tempore coadiutoriae archidiac.^tus, can^tus et praebendae, quos in eccl. Agennen. obtinet (AV 15 f. 105); aet. 26 an. [a. 1612], iur. utr. doct. (P. Cons. 13 f. 228); successit archiepo Viennen. m. Ian. 1626, ob. m. Maio 1662.

[2]) Deput. coadi. c. f. s. Carcassonen., nomin. r. x^mo, cum ret. prioratus S. Stephani dioec. Carcassonen., reserv. pens. ann. scut. 600 pro Christophoro epo cedente, facta successione pens. 666⅔ scut. auri reserv. pro Stephano epo el. (AV 15 f. 119); successit epo Carcassonen. 11 Aug. 1621, ob. m. Sept. 1659.

[3]) Deput. coadi. [scil. suffr.] archiepi Ravennaten. ad pontif., assign. ei pens. ann. 300 scut. (AV 17 f. 19').

[4]) Die 9 Nov. 1646 „Iacobus de Turre", coadi. Philippi archiepi Philippen. in officium vic. apost. Hollandiae, promovetur ad archiepalem eccl. Ephesin. in partibus infidelium a multis annis vacantem (breve in S. Br. 1016 f. 18); pbr. Hollandus et iur. utr. lic. fit coadi. vicario apost. Hollandiae et Zeelandiae 27 Iun. 1652 (breve in S. Br. 1085 f. 529), ob. in Brabantia 16 Sept. 1661.

[5]) Causarum palatii apost. aud., promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., cum ret. compat., c. decr. . . . . prof. fidei ante cons. (AC 21 f. 68'); nunt. apud regem cath. a 16 Aug. 1664 ad m. Febr. 1668 (Ep. ad Princ. voll. 65, 67), fit card. in pectore 15 Febr. 1666 sed non publicatus nisi 7 Mart. 1667 (cf. S. R. E. card. VII 33), archiep. Montis Regalis 2 Iun. 1670 (AC 22 f. 37), ob. 7 Sept. 1671.

[6]) Utr. sign. ref., cum ret. officiorum, quae in Cur. Rom. habet, et compat., c. decr. . . . . prof. fidei ante cons. (AC 21 f. 189'); fit card. 2 Sept. 1686 (AC 23 f. 190').

Eugubin.

[1]) In Umbria, S. Sedi immed. subi., taxa 400 flor. (*Eubel* III², 193).

[2]) Utr. sign. ref., reserv. pens. scut. 1000 pro card.^le Antoniano, et scut. 300 pro Iulio Sabello (AC 13 f. 137'), ob. 13 Apr. 1616 (*Pesci U.*, I Vescovi di Gubbio [Perugia 1917], 122).

[3]) Abb. S. Crispolti dioec. Assisien., iur. utr. doct., rev.mi card. de Monte ex fratre nepos, promovetur salvis pens. antiquis, reserv. pens. nova ann. scut. Roman. 1000 pro pers. nominandis et cum ret. compat. (AV 16 f. 142); cons. Romae a Benedicto card.^le Iustiniano 24 Aug. 1616 (Misc. Arm. XIII 33 f. 146), ob. 14 Iun. 1628 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 91').

[4]) Promovetur cum ret. compat., reserv. pens. ann. 300 scut., cum admonitione erigendi theol. et poenit., et expediendi quanto citius litem super fructibus seminarii alumnis olim reservatis (AC 16 f. 267), c. disp. . . . . sacr. ord. (AV 18 f. 7'); nat. in oppido Scaolini dioec. Feretran., aet. 36—37 an., utr. sign. ref., in ordinibus minoribus tantum const. [m. Nov. 1628] (P. Cons. 25 f. 45), ob. 19 Iun. 1630 (*Pesci*, l. c., 123).

[5]) Fam. eius fratris defuncti (AC 16 f. 343'); nat. in oppido Scaolini dioec. Feretran., aet. 33 an., pbr., iur. utr. doct. (P. Cons. 27 f. 840' seq.), fit card. 28 Nov. 1633 (cf. S. R. E. card. V, 41) tr. ad Tudertin. 11 Oct. 1638.

tr. card. de Carpinea ad Tudertin.	**Horatius** Monaldi[6])	2 Maii 1639	AC 17 f. 185
tr. Horatii ad Perusin.	**Alexander** Sperelli, ep. Orthosien.[7])	14 Mart. 1644	AC 18 f. 194

Eystetten(sis) (Eichstätt) in Germania.[1])

. . . .	**Ioannes Conradus** a Gemmingen, fit ep. Hierapolitan. et coadi. c. f. s.[2])	28 Febr. 1594	AC 13 f. 33'
ob. Ioan. Conradi	**Ioannes Christophorus** a Westerstetten[3])	28 Ian. 1613	AC 14 f. 237
ob. Ioan. Christophori	**Marquardus** Schenck a Castell[4])	16 Nov. 1637	AC 17 f. 144'

Famagustan(a) seu **Famagostan(a)** (Famagusta al. Famagosta) in regno Cypri, tit.[1])

. . . .[2])	**Petrus** Valerius (Valier)[3])	18 Maii 1611	AC 14 f. 178
tr. Petri ad Creten.	**Germanicus** Mantica[4])	17 Aug. 1620	AV 15 f. 184
tr. Germanici ad Adrien.	**Victor** Capello, S. C. R. Som.[5])	20 Iun. 1633	AC 17 f. 43
ob. Victoris	**Hieronymus** Gradenicus (Gradenigo), ep. Madauren.[6])	6 Iul. 1654	AC 19 f. 252
success. Hier. ad patr. Aquilegien.	**Incolus** Vianolus[7])	26 Iun. 1656	AC 19 f. 280'

Fanen(sis) (Fano) in Italia.[1])

ob. Iulii Ottinelli	**Thomas** Lapius (Lapi)[2])	21 Apr. 1603	AV 14 f. 84'
ob. Thomae	**Franciscus** Boncompagni, S. R. E. card.[3])	11 Iul. 1622	AV 16 f. 37
tr. Franc. ad Neapolitan.	**Iulius** Sacchetti, ep. Gravinen., S. R. E. card.[4])	17 Mart. 1626	AC 16 f. 109
libera dim. Iulii	**Hector** Diotallevi, ep. S. Agathae[5])	16 Sept. 1635	AC 17 f. 98'

---

[6]) Cum ret. compat., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AC 17 f. 185); nat. Perusiae, aet. circ. 40 an., iur. utr. doct. (P. Cons. 37 f. 495').

[7]) Absolv. a vinc. Orthosien., reserv. pens. 400 scut. Roman. pro pers. nominandis (AC 18 f. 194); nunt. in regno Neapolis 24 Oct. 1652 (S. Br. 1089 f. 620) usque ad m. Nov. 1653, fit ep. solio pontificio assistens 23 Mart. 1656 (S. Br. 1153 f. 654), ob. 19 Ian. 1672 (*Pesci*, l. c., 129).

Eystetten.

[1]) A. 1594: Civitas Eystetten. in Germania superiori habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Willibaldi primi epi illius eccl., archiepi Moguntin. suffr., in qua sunt 6 dign. et 30 can., taxa 800 flor. Ep. est dominus illius civitatatis et dioec. etiam in temporalibus et pro tempore Sacri Imperii princeps, est etiam suffr. primarius metrop. eccl.ae Moguntin., qua vacante, fungitur officio vice-cancellarii Imperii (AM 51 f. 333).

[2]) Fit ep. Hierapolitan. et deput. coadi. c. f. s. Gaspari epo Eystetten. (cf. Hierapolitan.); successit „Gaspari a Seckendorf", epo Eystetten., 28 Apr. 1595, ob. 7 Nov. 1612 (P. Cons. 12 f. 516).

[3]) Confirm. electio a can.cis et capitulo Eystetten. facta (AC 14 f. 237); nat. a. 1563 in arce Wasserahelfingen territorii Elvacen., a. 1582 can. eccl. Eystetten., primam missam cantavit 6 Ian. 1593, decan. eccl. Eystetten., deinde praepos. Elvacen. (P. Cons. 12 f. 516), el. a capitulo Eystetten. 4 Dec. 1612 (instr. electionis, l. c. f. 513), ob. 28 Iul. 1637. In dicto instr. electionis vocatur ut supra.

[4]) De licentia S.tis S. el. fuit a capitulo coadi. c. f. s., sed ante confirmationem electionis ep. Eystetten. obiit, ac nihilominus post eius obitum, praedicto capitulo eundem Marquardum in epum constanter deposcente, S.tas S. eum ex gratia speciali dictae eccl.ae praefecit in epum et pastorem citra ullam confirmationem praedictae electionis cum ret. can.tus in eccl. Moguntin. (AC 17 f. 145); nat. in castro Ubendann dioec. Augustan., agit 32 a. [m. Nov. 1636], decan. eccl. Eystetten. (P. Cons. 30 ff. 645—647), el. [i. e. coadi. c. f. s.] a capitulo Eystetten. 21 Oct. 1636 (instr. electionis, l. c. ff. 636—640), ob. a. 1685.

Famagustan.

[1]) Epi Famagustan. non amplius ib. resident sed tit. sunt. In promotione „Incoli Vianoli" expresse dicitur *in partibus infidelium.*

[2]) Vacat per lapsum terminum concessionis factae epo Veronen. (AC 14 f. 178). „Albertus Valerius" prom. fuit ad Famagustan. et deputatus coadi. c. f. s. epo Veronen. 13 Febr. 1591 (*Eubel* III[2], 194), cui epo successit a. 1606.

[6]) Mag. theol. (AV 15 f. 168'), cons. Romae a rev.mo Philippo card.le Philonardo 4 Nov. 1618 (Misc. Arm. XIII 33 f. 151'), ob. 23 Sept. 1620 (*Solimene*, l. c., 78).

[7]) Nat. in terra Maida dioec. Neocastren., aet. 52 an., O. Minim. S. Francisci de Paula spatio 15 an. superior maior (AM 97 f. 890), ob. Romae 23 Aug. 1626 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 89). Hoc in loco acta eum simpliciter „Franc. de Maida“ vocant.

[8]) In civitate Cathacen. nat., aet. circ. 40 an., theol. doct., ad praesens parochus in bas. S. Petri Romae (P. Cons. 20 ff. 34', 37), lector linguae Graecae in almae Urbis gymnasio (bulla provisionis apud S. Br. 959 f. 411), cons. Romae a rev.mo Marcello card.le Lantes 30 Nov. 1626 (Misc. Arm. XIII 33 f. 177').

[9]) O. S. B. Congr. Coelestinorum, aet. 48 an., theol. lic. (AC 16 f. 207); nat. Neapoli (P. Cons. 24 f. 591), cons. Romae a rev.mo Guidone card.le Bentivolo 26 Sept. 1627 (Misc. Arm. XIII 33 f. 181). Manu propria subscripsit ut supra (P. Cons. 24 f. 592) et acta consist. eum „Padiglianum“ vocant.

[10]) C. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. (AM 39 f. 294); nat. Neapoli, aet. 37—40 an., pbr. O. M. Conv. Reformatorum, theol. doct. (P. Cons. 36 A. f. 730).

[11]) Ob. Neapoli 23 Iun. 1687 (*Solimene*, l. c., 87). In lingua Italica a *Solimene* „Bonocore“, et a nonnullis „Boncore“ nuncupatur.

Lectoranen(sis) v. **Lectorien(sis)**

Lectorien(sis) (Lectoure) in Gallia.[1])

ob. Guilelmi[2])	**Leodegarius** de Plas[3])	19 Iul.	1599	AV 14 f. 32'
. . . .	**Ioannes** d'Esdresse, fit ep. Laodicen. et coadi. c. f. s.[4])	3 Aug.	1609	AC 14 f. 130
ob. Ioannis	**Ludovicus** de la Rochefoucauld[5])	11 Oct.	1649	AC 19 f. 158'
ob. Ludovici	**Ludovicus** de Caset[6])	14 Maii	1655	AC 19 f. 261'

Legionen(sis) (León) in Hispania.[1])

ob Francisci de Truxillo	**Ioannes Alphonsus** de Moscoso, ep. Guadicen.[2])	30 Aug.	1593	AV 13 f. 46'
tr. Alph. ad Malacitan.	**Andreas** de Casso, O. Pr.[3])	12 Maii	1603	AC 13 f. 180'
ob. Andreae	**Franciscus** Terrones Aguilar del Caño, ep. Tuden.[4])	3 Mart.	1608	AC 14 f. 89
ob. Francisci	**Alphonsus** Gonzalez[5])	23 Sept.	1613	AV 15 f. 109
ob. Alphonsi	**Ioannes** de Llanos et Valdes[6])	5 Sept.	1616	AV 15 f. 144'
ob. Ioannis	**Ioannes** Molina[7])	20 Mart.	1623	AV 16 f. 51
ob. Ioannis	**Gregorius** de Pedrosa, O. S. Hier. gen.[8])	16 Sept.	1624	AV 17 f. 36
tr. Greg. ad Vallisoletan.	**Bartholomaeus** Santos de Risoba[9])	26 Sept.	1633	AC 18 f. 49
tr. Barth. ad Seguntin.	**Ioannes** del Pozo, ep. Lucen.[10])	10 Ian.	1650	AC 19 f. 166
tr. Ioan. ad Segobien.	**Ioannes** Lopez de Vega, ep. Tuden.[11])	18 Sept.	1656	AC 19 f. 283
ob. Ioannis Lopez	**Ioannes** Bravo, ep. Lucen.[12])	7 Iun.	1660	AC 20 f. 118
tr. Ioan. ad Carthaginen.	**Ioannes** de Toledo, O. S. Hier., ep. Canarien.[13])	12 Ian.	1665	AC 21 f. 85

Leighli(ni)en(sis) (Leighlin) in Hibernia, suffr. Dublinen.[1])

pastoris solatio destituta	**Lucas** Acherus, fit vic. apost.[2])	19 Ian.	1609	S. Br.
pastoris solatio destituta	**Matthaeus** Roch, fit vic. apost.[3])	15 Ian.	1622	S. Br.
vac. a multis annis	**Edmundus** Demptius (Dempsy), O. P.[4])	10 Mart.	1642	AC 18 f. 99'

Lectorien.

[1]) A. 1609: Eccl. cathedr. est SS. Gervasio et Prothasio dicata et archiepo Auxitan. suffr., in ea sunt 2 dign. sed eccl. ipsa unacum domo epali est omnino diruta et funditus eversa, et fere omnes redditus ab haereticis occupati, ita ut ep. unacum can.cis servitium divinum in quadam capella exercere cogatur; taxa in libris Camerae 1600 flor. (AM 97 f. 927).

[2]) „Guilelmus de Barton", qui 24 Ian. 1530 ep. Lectorien. el. fuerat (*Eubel* III², 221), iuxta *Gams* (561) resignavit a. 1569, deinde a. 1573 ob.; successor eius fuit „Carolus de Bourbon", qui 1569—1579 etiam eccl.ae Convenarum praefuit. Tamen dictus Carolus prom. fuit ad eccl. Rothomagen. 23 Mart. 1597 et nihil de eo ut epo Lectorien. dicitur.

[3]) Pbr. Lectorien., nomin. r. xmo (AV 14 f. 32'), ob. m. Mart. 1635.

[4]) Fit ep. Laodicen. et deput. coadi. c. f. s. Lectorien. (cf. Laodicen.); successit Leodegario defuncto, ob. m. Apr. 1646.

[5]) Promovetur cum ret. compat. et mon.orum B. M. Virginis de Cilla, O. S. Aug., Pictaven. dioec., ac S. Ioannis de Angeliaco, O. S. B., Xanctonen. dioec. necnon prioratus B. Mariae de Lanvilla, O. S. Aug., Engolismen. dioec., quae in commendam obtinet, et commendari solent (AC 19 f. 158'); nat. in civitate Pictavien., nomin. r. xmo 6 Maii 1646 (P. Cons. 49 ff. 354, 359).

[6]) Nomin. r. xmo, reserv. una pens. 3000 libr. pro Ioanne Agrault, cler. Parisien., et altera 2000 libr. pro Daniele de Teriney, cler. Cenomanen. dioec. (AC 19 f. 261'); tr. ad eccl. Veneten. 22 Iun. 1671. (AC 22 f. 82').

Legionen.

[1]) A. 1624: Eccl. cathedr. B. Mariae de Regla dicata habet 20 dign., 70 can.tus, et multas portiones, valor ann. fr. mens. epalis 14000 duc., taxa 1500 flor. (AM 97 f. 905); a. 1593: S. Sedi immed. subi. (AM 51 f. 241).

[2]) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Guadicen., reserv. pens. 4500 duc. pro pers. nominandis, salvis tamen pens. antiquis (AC 13 f. 27); el. ep. Guadicen. 6 Iul. 1582 (*Eubel* III², 206).

[3]) Nomin. r. cath., salvis pens. antiquis (AC 13 f. 180').

[4]) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . prof. fidei, cum ret. compat., reserv. pens. duc. 4000, non exced. . . . . 3am fr., absolv. a vinc. Tuden. (AC 14 f. 89).

[5]) Praesent. r. cath., cum ret. compat. (AV 15 f. 109); aet. 60 an., theol. mag., nunc commiss. S. Inquisitionis (AM 97 f. 922).

[6]) Praesent. r. cath., salvis pens. antiquis (AV 15 f. 144'); ex dioec. Oveten., aet. 55 an., iur. utr. lic., can. eccl. Hispalen., iam inquisitor in civitatibus Valentin., Caesaraugustan., et Hispalen., et postremo inquisitor gen. Hispaniarum (AM 97 f. 905).

[7]) Praesent. r. cath., cum ret. compat., reserv. pens. ann. duc. 1800, computatis antiquis, pro pers. nominandis (AV 16 f. 51); Granaten., aet. 60 an. et ultra, theol. mag., maiestatis cath. capell. (AM 97 f. 906).

[8]) O. S. Hieronymi gen., nomin. r. cath. 4 Iul. 1624 (P. Cons. 18 f. 433).

[9]) Praesent. r. cath., reserv. pens. 3000 duc. Hispaniae, comprehensis antiquis, pro pers. nominandis, c. decr. . . . . vac. can.tus et praebenda in eccl. Palentin. (AC 18 f. 49).

[10]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Lucen., reserv. pens. 3200 duc. ut supra (AC 19 f. 166').

[11]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Tuden., reserv. pens. 3600 duc. ut supra (AC 17 f. 283).

[12]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Lucen., reserv. pens. 3600 duc. ut supra (AC 20 f. 118).

[13]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Canarien., reserv. pens. 3299 duc. ut supra (AC 21 f. 85), ob. m. Apr. 1672.

Leighlien.

[1]) „Franciscus Ribera", Hispan., proxime praecedens ep. Leighlinien., ob. a. 1604, et dicitur eum in Hiberniam nunquam venisse (*Brady M.*, Episcopal Succession I, 389—390).

[2]) Per breve apost. 19 Ian. 1609 „Lucae Achero", pbro Ossorien., conc. vic.tus apost. eccl.ae Lechlinien. [Leighlinien.] in Hibernia pastoris solatio destitutae (S. Br. 439 f. 307).

[3]) Per breve apost. 15 Ian. 1622 „Matthaeus Rochus" fit vic. apost. eccl.ae Laghlen. [Leighlinien.] in Hibernia solatio pastoris destitutae (S. Br. 656 f. 230).

[4]) Nat. in dioec. Kildarien., aet. circ. 40 an., provincialis O. P. in Hibernia per 3 annos (a. 1642), theol. mag. (P. Cons. 40 f. 478 seq.), ob. a. 1661, vel antea, Artabriae (S. Mariae de Finis Terrae) in regno Galliciae (*Brady*, l. c., 391), et annis 1661—1683 eccl. huiusmodi a vicariis seu admin.bus gubernatur.

Leirien(sis) (Leiria) in Lusitania.[1]

libera cess. Petri de Castilho	**Martinus Alphonsus** Mexia de Tovar[2]	24 Nov. 1604	AC 13 f. 202
tr. Martini ad Lamecen.	**Antonius** de S. Maria, O. E. S. Aug.[3]	8 Febr. 1616	AC 15 f. 43
ob. Antonii	**Franciscus** de Meneses[4]	18 Aug. 1625	AV 17 f. 54
tr. Franc. ad Pharaonen.	**Dionysius** a Mello de Castro[5]	9 Aug. 1627	AC 16 f. 200'
tr. Dion. ad Visen.	**Petrus** Barbosa de Eça[6]	9 Iun. 1636	AC 17 f. 118'
ob. Petri	**Petrus** Vieira de Silva	17 Iun. 1669	AC 22 f. 20

Lemovicen(sis) (Limoges) in Gallia.[1]

. . . .	**Raymundus** de la Marthonie, fit ep. Chalcedonen. et coadi. c. f. s.[2]	20 Iul. 1615	AV 15 f. 124'
ob. Raymundi	**Franciscus** de la Fayette[3]	29 Nov. 1627	AC 16 f. 214'

Leodien(sis) (Liège, Luyk) in Belgio.[1]

. . . .	**Ferdinandus** de Bavaria, fit coadi. c. f. s.[2]	29 Apr. 1602	AC 13 f. 166'
. . . .	**Maximilianus Henricus** de Bavaria[3]	9 Iul. 1650	S. Br.

Leonen(sis) (Saint Pol de Léon) in Gallia.[1]

ob. Rolandi de Neuville	**Renatus** de Rieux de Sourdéac[2]	18 Mart. 1619	AV 15 f. 172'
privatio Renati	**Robertus** Cupif[3]	16 Ian. 1640	AC 17 f. 203'

Leirien.

1) A. 1604: Eccl. cathedr. est Assumptioni B. M. V. dicata et metrop. Ulixbonen. suffr., in ea sunt 5 dign., 10 integri et 4 dimidii can.tus, valor ann. fr. mens. epalis 10000 cruciatorum, taxa 833 1/3 flor. (AM 97 f. 933).

2) Nomin. r. cath. Portugalliae, reserv. denom. et pens. ann. 2500 cruciatorum pro epo cedente, promovetur cum ret. 3000 cruciatorum super fructibus eccl. Eboren., et stipendii officii inquisitoris gen. (AC 13 f. 202); in oppido de Campo Maiori dioec. Eboren. nat., aet. 40 an. et ultra, theol. doct. (P. Cons. 5 f. 398).

3) Nomin. ut supra, promovetur cum ret. compat., reserv. pens. 2000 cruciatorum pro pers. nominandis (AC 15 f. 43); in oppido de Setuval dioec. Ulixbonen. nat., aet. circ. 70 an., iam provincialis O. E. S. Aug. (P. Cons. 5 f. 328), ob. 10 Maii 1623 (*de Almeida F.*, História da Igreja em Portugal III pars II [Coimbra 1917], 839).

4) Nomin. ut supra, cum ret. compat., reserv. pens. 440000 regalium, duc. auri de Camera 880 vel circ. constituens, pro pers. nominandis (AV 17 f. 54); in oppido Sanctarin dioec. Ulixbonen. nat., aet. circ. 55 an., iur. utr. doct. in universitate Colimbrien., cantor eccl. Portugallen. (P. Cons. 5 f. 346').

5) Reserv. pens.nes usque ad 4am partem fructuum, salvis pens. antiquis, et ultra hanc 4am partem pens. 220 duc. auri pro pers. nominandis, quia prom. pens. similem [220 duc. auri] super fructibus mensae archiepalis Eboren. percipit, cum ret. dictae pens. ad favorem promoti (AC 16 f. 200'); nomin. r. cath. Portugalliae 9 Ian. 1627 (P. Cons. 23 f. 536).

6) Nomin. ut supra, reserv. pens.nes modo scripto exprimendae (AC 18 f. 119); Ulixbonae nat., aet. circ. 42 an. [a. 1645], iur. can. bacc., can. eccl. Eboren., prior O. S. B. militaris, qui dicitur de Avis, in oppido eiusdem nominis (P. Cons. 35 f. 9), ob. morte violenta 3 Dec. 1640 et ep. Leirien. *a rege* tantum nomin. postea fuit „Didacus de Sousa", qui deinceps archiep. Eboren. a S. Sede confirm. (*de Almeida*, l. c., 840). Usque ad electionem „Petri Vieira" propter difficultates inter regem Lusitaniae et S. Sedem non habentur epi Leirien. a S. Sede confirm.

Lemovicen.

1) A. 1615: Civitas Lemovicen. in provincia Bituricen. habet eccl. cathedr. S. Stephano dicatam, et archiepi Bituricen. suffr., in qua sunt 4 dign. et 24 can., taxa 1600 flor. (AM 97 f. 910).

2) Deput. coadi. c. f. s. Lemovicen. etc. (cf. Chalcedonen. n. 5); aet. 34 an., in ord. diac. (AM 97 f. 910), successit Henrico de la Marthonie, epo Lemovicen., 7 Oct. 1618, ob. m. Ian. 1627.

3) Nomin. r. xmo (AC 16 f. 214'), ob. ante 16 Nov. 1676 (AC 22 f. 213).

Leodien.

1) Suffr. archiepi Colonien., taxa 722 flor. (*Eubel* III², 222).

2) Dux Bavariae in 26 aet. suae a. ac ordine subdiaconatus const., deput. coadi. c. f. s. Leodien. iuxta postul. a capitulo Leodien. factam, cum ret. coadiutoriae Colonien., ac reliquarum dign.tum ac benef.orum, quae obtinet (AC 13 f. 166'); postea etiam coadi. Hildesemen., ep. Paderbornen. et Monasterien., successit Ernesto, archiepo Colonien., et epo Leodien., qui 17 Febr. 1612 mortuus est, ob. 3 al. 13 Sept. 1650 (cf. Colonien., et Hildesemen.).

3) Per breve apost. 9 Iul. 1650 „Maximilianus Henricus ex ducibus Bavariae", eccl.ae Leodien. decan. et in 29 aet. suae a. const., attento consensu epi et capituli Leodien., deput. coadi. c. f. s. epo Leodien. cum ret. coadiutoriae eccl.arum Colonien., et Hildesemen., ac dign.tum, quas obtinet, et cum suppletione quorumcumque defectuum, et c. decr. quod vivente epo, aut secuta vacatione dictae eccl., non intelligatur eidem coadiutori commissa admin. spiritualis, nisi 30 suae aet. a. compleverit, sed interim, occurrente dicta vacatione, eligatur ab ipso capitulo unus e gremio dicti capituli et eidem conc. admin. spiritualis, non tamen priusquam suae electionis confirm.nem a S. Sede obtinuerit (S. Br. 1062 ff. 503—517); haec omnia sunt iuxta decr. Sacrae Congr. Consist. 9 Nov. 1649 (l. c. f. 507). Est nepos Ferdinandi epi, ob. 24 Maii—3 Iun. 1688 (cf. Colonien., et Hildesemen.).

Leonen.

1) A. 1619: Civitas Leonen. in provincia inferiori Britanniae Celticae habet eccl. cathedr. sub invocatione S. Pauli, archiepi Turonen. suffr., in qua sunt 4 dign., 17 can., et 7 semi-praebendati, valor ann. fr. mens. epalis 3000 libr., taxa 800 flor. (AM 97 f. 929).

2) Commend. perpetuus mon. de Reliquiis, O. Cist., dioec. Leonen., ac mon. B. Mariae de Doulas, O. S. Aug., dioec. Corisopiten., promovetur cum ret. dictorum mon.orum (AV 15 f. 172'); 31 Maii 1635 ab officio amotus, et in subsequente promotione expresse dicitur eccl.am vacare „per privationem Renati a iudicibus a S.te S. datis", sed paulo post m. Oct. 1648 a rege xmo ad epatum Leonen. iterum vocatus, ib. gubernavit usque ad mortem 8 Mart. 1651 (*Gallia Christiana* XIV [*cont. Hauréau* Parisiis 1856], 985).

3) Promovetur cum ret. compat., c. decr. . . . . 1000 libr. repar. dom. epalis, et c. decr. . . . . erig. poenit., theol., et mont. piet. (AC 17 f. 203'); nomin. r. xmo 26 Mart. 1637 (P. Cons. 38 f. 415), et licet iam 24 Nov. 1648 a r. xmo ad eccl. Dolen. nomin. fuerit (l. c., 1065), *a S. Sede* ad huiusmodi eccl. nonnisi 13 Nov. 1652 tr. fuit (cf. Dolen.).

ob. Renati de Rieux[1])	**Henricus** de Laval de Bois-Dauphin[5])	19 Iun. 1651	AM 40 f. 178'
tr. Henr. ad Rupellen.	**Franciscus** Visdelou, ep. Madauren.[6])	27 Iul. 1665	AC 21 f. 100'

Leopolien(sis) (Lwów, Lemberg) in Polonia, metrop.[1])

ob. Ioannis Solikowski	**Ioannes** Zamoyski, O. Cist., archiep. Philippen.[2])	4 Febr. 1604	AC 13 f. 189
ob. Ioannis	**Ioannes Andreas** Prochnicki, ep. Camenecen.[3])	24 Nov. 1614	AC 14 f. 276
ob. Ioannis Andreae	**Stanislaus** Grochowski[4])	19 Dec. 1633	AC 17 f. 53'
ob. Stanislai	**Nicolaus** Krosnowski, ep. Venden.[5])	12 Iun. 1645	AM 40 f. 61'
ob. Nicolai	**Ioannes** Tarnowski[6])	6 Iul. 1654	AC 19 f. 253

Leopolien(sis) *ritus Armenorum.*

. . . .	**Nicolaus** Toroszowicz[1])	22 Maii 1635	S. Br.

Lerien(sis) v. **Leirien(sis)**

Leucaden(sis) v. **Alexanen(sis)**

Lexovien(sis) (Lisieux) in Gallia.[1])

cess. card. de Giury	**Franciscus** Rouxel de Médavy[2])	17 Mart. 1599	AC 13 f. 114
ob. Francisci	**Guilelmus** du Vair[3])	23 Oct. 1617	AV 15 f. 156'
ob. Guilelmi	**Guilelmus** Aléaume, ep. Regen.[4])	14 Mart. 1622	AC 15 f. 190
ob. Guilelmi Aléaume	**Philippus** Cospeau, ep. Nanneten.[5])	28 Ian. 1636	AC 18 f. 112
ob. Philippi	**Leonorius Goyon** de Matignon, ep. Constantien.[6])	4 Maii 1648	AC 19 f. 115

Licien(sis) seu **Lycien(sis)** (Lecce) in Italia inferiori.[1])

ob. Scipionis Spinae	**Aloysius** Pappacoda, ep. Caputaquen.[2])	30 Maii 1639	AC 17 f. 187

---

[4]) Ita etiam apud AC 19 f. 192'. Tamen, ut supra ex n. 3 constat, „Robertus" tr. fuit *a S. Sede* ab eccl. Leonen. ad Dolen. 13 Nov. 1652.

[5]) Cum ret. compat., et monasterii B. M. V. de Pereneuf Andegaven. dioec., quod in commendam obtinet (AC 19 f. 192'); pbr. ex dioec. Cenomanen., iurium doct., nomin. r. x^{mo} 30 Mart. 1651 (P. Cons. 49 ff. 451, 454). Apud AC 19 f. 192 minus accurate dicitur huiusmodi promotionem fuisse in consist. *feria II, die 9 Iul. 1651* habito. Nam a. 1651 feria II fuit d. 19 Iul., ut apud AM 40 f. 178 habetur.

[6]) Ep. Madauren. et coadi. c. f. s. Corisopiten., absolv. a vinc. Madauren., cum ret. compat., reserv. pens. 3000 libr. Turonen. pro pers. nominandis, c. decr. . . . . vac. ius ad coadiutoriam Corisopiten. (AC 21 f. 100'); nomin. r. x^{mo} ad Leonen. 12 Ian. 1662 (P. Cons. 63 f. 308), ob. 18 Maii 1668 (ex epitaphio, *Gallia Christiana*, l. c., 986).

Leopolien.

[1]) A. 1604: Eccl. metrop. est Assumptioni B. M. V. dicata, valor ann. fr. mens. archiepalis secundum communem aestimationem 6000 aureorum, taxa 100 flor. (AM 97 f. 873).

[2]) Supplic. r. Polon., promovetur cum ret. abbatiae Plocen., et c. disp. . . . . gradus, conc. ei pallium 18 Febr. 1604 (AC 13 f. 189); aet. circ. 60 an., abb. et pbr. regularis O. Cist., residet in abbatia sua Plocen. (P. Cons. 11 A. f. 103'), archiep. Philippen. et suffr. Leopolien., ob. circa festa Paschalia [circa 30 Mart.] 1614 (P. Cons. 14 ff. 344—359).

[3]) Supplic. r. Polon., absolv. a vinc. Camenecen., cum ret. abbatiae Seciochovien., et cum cond. iur. propter multas expensas, quas propter bella nunc sustinet, conc. ei pallium 1 Dec. 1614 (AC 14 ff. 276', 277).

[4]) Supplic. r. Polon., c. disp. . . . . gradus, cum ret. abbatiae Seciochovien. necnon praepositurae S. Michaelis Cracoviae, et custodiae coll. eccl. Sandomirien. dioec. Cracovien. (AC 17 f. 53'), ob. 1 Mart. 1645 (P. Cons. 45 ff. 17, 22', 24', 26).

[5]) Supplic. r. cath., absolv. a vinc. Venden., c. decr. . . . . erig. mont. piet., conc. ei pallium 10 Iul. 1645 (AM 40 ff. 61', 62').

[6]) Supplic. r. Polon., c. decr. . . . . repar. dom. archiepalis, et erig. mont. piet., conc. ei pallium 9 Nov. 1654 (AC 19 ff. 253, 257'), ob. a. 1669.

Leopolien. *ritus Armenorum.*

[1]) Undecimo Kalendas Iunii a. 1635 „Nicolaus natus quondam baronis Iacobi Torozovitii" nationis Armenorum promovetur ad eccl. *archiepalem* Leopolien. Armenorum certo modo vacantem (bulla provisionis apud S. Br. 968 f. 339), et 9 Iul. 1639 ei conc. pallium, petente D. Francisco Cultelio (AC 18 f. 97); iam schismaticus et a. 1630 fidem S. R. E. promisit, ob. a. 1681.

Lexovien.

[1]) A. 1622: Eccl. cathedr. est S. Petro Apost. dicata et archiepi Rothomagen. suffr., in ea sunt 7 dign. et 32 can., taxa 4000 flor. (AM 97 f. 912); a. 1646: valor ann. fr. mens. epalis 25000 libr. Turonen. (P. Cons. 49 f. 472).

[2]) Nomin. r. x^{mo}, salvis pens. antiquis, reserv. pens. nova scut. auri 1000 pro card.^{le} cedente, cum ret. compat. (AC 13 f. 114).

[3]) Nomin. r. x^{mo} (AV 15 f. 156'); subdiac. Parisien., r. x^{mi} vice-cancellarius (AM 97 f. 904).

[4]) Nomin. r. x^{mo}, absolv. a vinc. Regen. (AC 15 f. 190), ob. m. Aug. 1634.

[5]) Absolv. a vinc. Nanneten., c. decr. . . . . erig. sem., ac instr. supellect., necnon 2000 libr. repar. cathedr. (AC 18 f. 112); nomin. r. x^{mo} 5 Mart. 1635 (P. Cons. 34 f. 513).

[6]) Promovetur cum ret. compat., et 2 mon.^{orum}, unius videlicet S.^{mae} Trinitatis de Exaquio, vulgo de Laissey, O. S. B., Constantien. dioec., alterius vero B. Mariae de Thorigny, O. Cist., Baiocen. dioec., quae in commendam obtinet, reserv. pens. 6000 libr. Turonen. super fructibus mensae epalis Lexovien. pro Henrico a Lotharingia, cler. Parisien., c. decr. . . . . repar. cathedr. et dom. epalis (AC 19 f. 115); nomin. r. x^{mo} 28 Iun. 1646 (P. Cons. 49 f. 468), resignavit ante 27 Maii 1675 (AC 23 f. 179').

Licien. seu Lycien.

[1]) A. 1639: Eccl. cathedr. est Assumptioni B. M. V. dicata et archiepi Hydruntin. suffr., in ea sunt 3 dign. et 21 can., valor ann. fr. mens. epalis 3000 – 4000 scut. Neapolitan., gravatur una pens.^{ne} 300 duc. Neapolitan. et altera 24 duc. de Camera (P. Cons. 37 f. 27), taxa 100 flor. (Index Processuum Datariae II).

[2]) Absolv. a vinc. Caputaquen., promovetur cum ret. compat. et nominatim mon. S. Viti del Pizzo, O. S. Bas., dioec. Tarentin., reserv. pens. 2000 duc., salvis tamen pens. antiquis (AC 17 f. 187), ob. 17 Dec. 1670.

Lidden(sis) seu **Lydden(sis)** (**Lydda**) in Palaestina, tit.

certo modo	**Georgius** Sc(k)ultetus, fit suffr. Wratislavien.[1]	3 Mart.	1603	AC 13 f. 177
certo modo	**Franciscus** Weinhart, fit suffr. Ratisbonen.[2]	26 Febr.	1663	AC 21 f. 9

Liman(a) seu **Civitatis Regum** (**Lima**) in America meridionali (Perù), metrop.[1]

ob. Turibii Alph. Mongrovejo	**Bartholomaeus** Loboguerrero, archiep. S. Fidei[2]	19 Nov.	1607	AC 14 f. 77
ob. Bartholomaei	**Gundisalvus** del Campo[3]	2 Oct.	1623	AC 15 f. 218
ob. Gundisalvi	**Ferdinandus** Arias de Ugarte, archiep. de Plata[4]	29 Maii	1628	AC 16 f. 245
ob. Ferdinandi	**Petrus** de Villagómez, ep. de Arequipa[5]	16 Iul.	1640	AC 18 f. 7

Limiricen(sis) (**Limerick**) in Hibernia.[1]

pastoris solatio destituta	**Richardus** Cadamus fit vic. apost.[2],	23 Febr.	1602	S. Br.
ob. Cornelii[3]	**Richardus** Arthur[4]	18 Maii	1620	AC 15 f. 143
Richardus sen.	**Edmundus** O'Dwyer, fit ep. Calamen. et coadi. c. f. s[5].	6 Febr.	1645	AC 19 f. 29'
certo modo	**Iacobus** Duley, fit vic. apost.[6]	17 Apr.	1657	S. Br.

Lingonen(sis) (**Langres**) in Gallia.[1]

. . . .	**Annas** d'Escars de Giury, ep. Lexovien. et S. R. E. card., fit coadi. c. f. s.[2]	3 Mart.	1603	AC 13 f. 176
ob. Caroli	**Sebastianus** Zamet[3]	6 Apr.	1615	AC 15 f. 11
ob. Sebastiani	**Ludovicus** Barbier de la Rivière[4]	15 Nov.	1655	AC 19 f. 273

Lidden seu **Lydden.**

[1]) Deput. suffr. Wratislavien. ad pontif., cum ret. abbatiae S. Vincentii, O. Praem., dioec. Wratislavien., c. decr. . . . . prof. fidei (AC 13 f. 177), ob. a. 1613 (*Seppelt F.*, Gesch. des Bistums Breslau [Breslau 1929], 129).

[2]) Deput. suffr. Ratisbonen. ad pontif., cum ret. can.^{tus}, quem in eccl. Ratisbonen. obtinet, assign. ei pens. ann. 300 duc. auri super fructibus mensae epalis Ratisbonen. pro congrua eius sustentatione (AC 21 f. 9); bulla provisionis invenitur apud S. Br. 1375 f. 126.

Liman.

[1]) A. 1607: Civitas Liman. continet 6000 incolas et in ea est eccl. metrop. S. Ioanni dicata, in qua sunt 5 dign., 12 can.^{tus}, et 6 portiones, valor ann. fr. mens. epalis 24000 duc., taxa 33$^1/_3$ flor. (AM 97 f. 508).

[2]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. S. Fidei, c. decr. . . . . prof. fidei, conc. ei pallium 10 Dec. 1607 (AC 14 ff. 77, 79), ob. a. 1622.

[3]) Promovetur cum ret. compat. (AC 15 f. 218); 19 Dec. 1623 conc. ei facultas recipiendi munus cons.^{nis} in regnis Hispaniarum (S. Br. 684 f. 439).

[4]) Absolv. a vinc. de Plata, 5 Iun. 1628, conc. ei pallium a Ste S. motu proprio, c. decr., ut quamprimum instr. ratificationis mittat ad Cur. Rom. cum gratiarum actione (AC 16 ff. 245, 249); nomin. r. cath. 4 Mart. 1628 (P. Cons. 25 f. 20).

[5]) Absolv. a vinc. de Arequipa, conc. ei pallium 13 Aug. 1670 (AC 18 ff. 7', 13); nomin. r. cath. 31 Mart. 1640 (P. Cons. 38 f. 438), ob. a. 1671.

Limericen.

[1]) A. 1620: Eccl. cathedr. est B. Mariae Virgini dicata et archiepi Casselen. suffr. sed a pseudo-epo a rege Angliae constituto occupatur, taxa in libris Camerae 60 flor. (AM 97 f. 914).

[2]) Per breve apost. 22 Febr. 1603 „Richardus Cadamus", pbr. Hibernus et decretorum doct., deput. vic. apost. in dioec. Limericen. solatio pastoris destituta (S. Br. 318 f. 303).

[3]) „Cornelius O'Buyll" el. fuit ep. Limericen. 20 Aug. 1582 (*Eubel* III^2, 225); dies obitus eius non cognoscitur sed videtur eum ante nominationem dicti Richardi Cadami obiisse.

[4]) Promovetur c. decr. . . . . prof. fidei et cum cond. iur. (AC 15 f. 143); pbr. Corcagen., a pluribus annis vic. gen. eccl. Limericen. (AM 97 f. 914), ob. 23 Maii 1646 (*Brady M.*, The Episcopal Succession II, 45).

[5]) Fit ep. Calamen. et deput. coadi. c. f. s. epo Limiricen. (AC 19 f. 29'); successit Richardo epo Limiricen., ob. Bruxellis a. 1654 (*Brady*, l. c.).

[6]) Per breve apost. 17 Apr. 1657 „Iacobus Duleus", pbr. saecularis Limericen. et theol. mag., deput. vic. apost. in eccl. Limericen. certo modo vacante iuxta decr. Sacrae Congr. Prop. 15 Mart. 1657, et c. decr. quod, si infra quatuor menses a die receptionis huiusmodi brevis non petierit diocesim Limericen., vel saltem regnum Hiberniae, eo ipso privatus officio et facultatibus remaneat (S. Br. 1167 f. 1'); per aliud breve apost. 31 Iul. 1669 idem „Iacobus Duleus", pbr. saecularis et theol. mag., deput. vic. apost. etc. ut supra et prorsus nulla mentio fit de nomin. d. 15 Mart. 1657 (S. Br. 1429 f. 41); per breve apost. 8 Mart. 1677 idem „Iacobus Duleus" fit ep. Limericen. c. ind. suscipiendi munus cons.^{nis} a quocumque epo Belgii vel Hiberniae iuxta decreta Sacrae Congr. Prop. dd. 30 Ian. et 15 Febr. 1677 emanata (S. Br. 1610 f. 13).

Lingonen.

[1]) A. 1655: Eccl. cathedr. est sub invocatione S. Mammetis, archiepi Lugdunen. suffr., in qua sunt 7 dign., 52 can.^{tus}, 20 praebendae, et multi beneficiati, taxa 9000 flor. (AM 97 f. 920).

[2]) Deput. coadi. c. f. s. Carolo [d'Escars de Perusse], epo Lingonen., cum ret. 4 mon.^{orum}, reserv. pens. ann. 1000 scut. auri super fructibus mensae epalis Lingonen. pro card.^{le} coadi. (AC 13 f. 176); card. 5 Iun. 1596 (cf. S. R. E. card. I, 10), eccl.^{ae} Lexovien. iam ante 17 Mart. 1599 resignavit, licet ep. Lexovien. adhuc denominetur (cf. Lexovien.), fit ep. Meten. 10 Sept. 1608, ob. in pago Vico 19 Apr. 1612 (AC 14 f. 210), ac proinde non successit dicto Carolo, epo Lingonen., qui a. 1614 mortuus est.

[3]) Nomin. r. x^{mo}, promovetur cum ret. compat. (AC 15 f. 11); theol. lic. Parisien., aet. 27 an. (P. Cons. 13 f. 568 seq.).

[4]) Nomin. r. x^{mo}, reserv. pens. 2000 libr. Turonen. pro Paulo Chretien, cler. Parisien., cum ret. compat., et mon.^{orum}, unius S. Benedicti Floriacen. Aurelianen., alterius Grassen. Carcassonen., alius S. Petri in Valle Carnoten., alius B. Mariae de Lira Ebroicen., et alius Maioris Silvae Burdigalen. dioecesium, quae in commendam obtinet et commendari solent (AC 19 f. 273), ob. a. 1670. In congregatione gen. 30 Aug. 1655 reductio taxae nominato ad eccl. Lingonen. negatur (AC 19 f. 270).

Liparen(sis) (Lipari) in ins. eiusdem nominis.[1])

ob. Martini Acunia	**Ioannes** Gonzalez de Mendoza, O. E. S. Aug.[2])	31 Maii 1593	AC 13 f. 24
libera cess. Ioannis	**Alphonsus** Vidal, O. M. Obs.[3])	23 Nov. 1599	AC 13 f. 131'
ob. Alphonsi	**Albertus** Caccano, O. P.[4])	2 Apr. 1618	AV 15 f. 163
ob. Alberti	**Iosephus** Candido[5])	29 Nov. 1627	AC 16 f. 215
ob. Iosephi	**Augustinus** Candido[6])	12 Iun. 1645	AC 19 f. 40
ob. Augustini	**Benedictus** Hieracius (Geraci)[7])	19 Dec. 1650	AC 19 f. 181'
ob. Benedicti	**Adamus** Gentilis (Gentile)[8])	15 Nov. 1660	AC 20 f. 129
ob. Adami	**Franciscus** Arata[9])	13 Aug. 1663	AC 21 f. 25

Lismor(i)en(sis) v. **Waterfordien(sis)**

Litomericen(sis) (Leitmeritz, Litomerice) in Bohemia.[1]) Erecta 5 Iul. 1655.

noviter erecta	**Maximilianus Rodulphus** de Schleinitz[2])	5 Iul. 1655	AC 19 f. 265'

Litteren(sis) (Lettere) in Italia inferiori.[1])

ob. Ioannis Leonardi	**Franciscus** Bruschi, O. M. Conv.	27 Sept. 1599	AC 13 f. 129'
. . . .	**Andreas** Caputo, fit ep. Constantien. et coadi. c. f. s.[2])	11 Iul. 1622	AV 16 f. 38'
ob. Andreae	**Honuphrius** de Ponte[3])	22 Aug. 1650	AC 19 f. 176'

Livonien(sis) v. **Venden(sis)**

Liparen.

[1]) Civitas Liparen. in insula eiusdem nominis prope Siciliam habet eccl. cathedr. S. Bartholomaeo dicatam, in qua sunt 4 dign. et 8 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 1500 scut. Neapolitan., taxa 50 flor. (AM 97 f. 918); per bullam datam tertio Kalendas Dec. 1627 [29 Nov.] eccl. Liparen. a metrop. Messanen. fit exempta et ipsi S. Sedi immediate subiicitur (S. Br. 968 f. 385).

[2]) Hispan. (AC 13 f. 24); cons. Romae a rev.mo Philippo card.le Spinula 7 Iun. 1593 (Misc. Arm. XIII 33 f. 89'), resignavit eccl.ae Liparen., deinde 7 Maii 1607 fit ep. de Chiapa.

[3]) Promovetur cum cond. iur. Sacri Coll. (AC 13 f. 131').

[4]) Reserv. pens. ann. scut. Roman. 200 pro pers. nominandis (AV 15 f. 163); nat. Panormi, aet. 48 an., pbr. O. P., theol. mag., Inquisitionis Panormitan. consultor (AM 97 f. 918), ob. Romae 9 Aug. 1627 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 90).

[5]) S.tis S. fam., aliquot annos professor iuris civilis in Romano Gymnasio, aet. suae 36 a. agens, promovetur c. decr. . . . . 100 scut. instr. supellect., reserv. pens. ann. 1000 scut. Roman. pro card.le Vidono, salva antiqua pens.ne 50 scut. (AC 16 f. 215); nat. in civitate Syracusan., in sacris ordinibus const. a. 1627 [circa m. Aug.] (P. Cons. 25 ff. 467–470), ob. 9 Dec. 1644 (P. Cons. 45 f. 37').

[6]) Reserv. pens. 500 scut. pro pers. nominandis, salvis pens. antiquis (AC 19 f. 40'), ob. m. Aug. 1650 (P. Cons. 49 f. 489).

[7]) Nat. in civitate Hieracen., aet. 60 an. et ultra (P. Cons. 49 f. 491), ob. Romae 18 Aug. 1660 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 99').

[8]) Reserv. pens. 1500 scut., computatis antiquis, pro pers. nominandis, c. decr. . . . . repar. cathedr. (AC 20 f. 129); in dioec. Casertan. nat., aet. 45 an. et ultra, iur. utr. doct. (P. Cons. 58 ff. 715'–716), ob. m. Nov. 1662 (P. Cons. 60 f. 470).

[9]) Nat. Panormi, aet. 43–44 an., theol. doct., iam vic. gen. archiepi Panormitan., utr. sign. ref. (P. Cons. 60 ff. 464'–465), ob. a. 1690.

Litomericen.

[1]) In consist. secreto 5 Iul. 1665 S.tas S. a dioecesi Pragen. oppidum Litomericen. cum toto eius circulo, et eccl.iis, aliisque in eo sitis dismembravit, et illud in civitatem Litomericen. nuncupandam prout etiam dictum circulum in dioecesim, atque coll. eccl.am ib. sitam, S. Stephano Protomartyri dicatam, in cathedralem Litomericen. quoque nominandam erexit, et instituit ad instar aliarum eccl.arum cathedralium cum capitulo . . . . ac pro eiusdem eccl.ae dote mensae eius epali dominium a Sacra Congr. Prop. huius erectionis efficiendae gratia tribus et quinquaginta flor. Bohemicorum millibus in illis partibus emptum, deinde omnes fructus, redditus praepositurae, quae in eadem eccl. prima dign. hactenus fuit, praevia illius suppressione, assignavit (AC 19 f. 266); bullam huiusmodi erectionis tertio Nonas Iulii 1655 datam invenitur apud S. Br. 1368 f. 264.

[2]) Ex baronibus de Schleinitz, nomin. a caesare uti rege Bohemiae, promovetur c. decr. . . . . erig. theol., poenit., sem., et mont. piet. (AC 19 f. 265'), ob. m. Oct. 1675.

Litteren.

[1]) Eccl. cathedr. est S. Andreae dicata et archiepi Amalphitan. suffr., in ea sunt 4 dign., 6 can. et totidem praebendae, valor ann. fr. mens. epalis circ. 500 duc. auri de Camera, taxa $33^1/_3$ flor. (AM 97 f. 889).

[2]) Fit ep. Constantien. et deput. coadi. c. f. s. Litteren. (cf. Constantien.); successit Francisco a. 1625 defuncto, deinde ob. m. Mart. 1650 (P. Cons. 49 f. 499').

[3]) Nat. Neapoli, pbr., iur. utr. doct. (P. Cons. 49 f. 503), ob. m. Maio 1676.

Lodoven(sis) (Lodève) in Gallia.[1])

tr. Christophori de l' Estang ad Carcassonen.	**Gerardus** Rubinus (de Robin), O. E. S. Aug.[2])	3 Apr. 1606	AV 15 f. 18
ob. Gerardi	**Ioannes** de Plantavit de la Pause[3])	18 Aug. 1625	AC 16 f. 78
cess. Ioannis	**Franciscus** Bosquet[4])	28 Sept. 1648	AV 19 f. 131
tr. Franc. ad Montipessulan.	**Rogerius** de Harlay de Césy[5])	24 Sept. 1657	AC 20 f. 27

Lo(u)mberien(sis) seu **Lo(u)mbarien(sis)** (Lombez) in Gallia.[1])

. . . .	**Ioannes** Daffis, fit ep. Auren. et coadi. c. f. s.[2])	19 Iun. 1594	AC 13 f. 32
ob. Ioannis	**Bernardus** Daffis[3])	17 Mart. 1614	AV 15 f. 112'
ob. Bernardi	**Ioannes** Daffis[4])	21 Aug. 1628	AC 16 f. 256'
ob. Ioannis	**Iacobus** Seguier de la Verrière[5])	27 Febr. 1662	AC 20 f. 176

Lubrensis v. **Massalubren(sis)**

Lucan(a) seu **Lucen(sis)** (Lucca) in Italia.[1])

cess. Alexandri Guidiccioni	**Alexander** Guidiccioni[2])	27 Nov. 1600	AC 13 f. 147
ob. Alexandri	**Marcus Antonius** Franciotti, S. R. E. card.[3])	30 Mart. 1637	AC 17 f. 137'
libera cess. card. Franciotti	**Ioannes Bapt.** Rainoldi[4])	31 Iul. 1645	AC 19 f. 43'
ob. Ioannis Bapt.	**Petrus** Rota[5])	27 Iun. 1650	AC 19 f. 174'
ob. Petri	**Hieronymus** Bonvisi, S. R. E. card.[6])	28 Maii 1657	AC 20 f. 16'

Lodoven.

[1]) A. 1625: Eccl. cathedr. est S. Genesio dicata et archiepi Narbonen. suffr., et ab annis 50 et ultra ab haereticis maiori ex parte diruta, in ea sunt 3 dign. et 9 can., taxa 1000 flor.; dioec. Lodoven. in circuitu 6 leucarum Gallicarum continet 48 par. eccl., omnes fere ab haereticis dirutas (AM 97 f. 907).

[2]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. ann. libr. Turonen. 7500 pro Francisco de Sily, cler. Agathen., dummodo 1000 pro epo remaneant (AV 15 f. 18); aet. 45 an., theol. mag. (AM 97 f. 902), ob. 15 Ian. 1611 et iuxta *Gams* quidam „Franciscus de Levis" eccl.am Lodoven. ab a. 1611 ad a. 1625 rexit. Sed huiusmodi a S. Sede non fuit confirm. Apud AV 15 f. 18 minus accurate „Caspar" nuncupatur.

[3]) Pbr. ex dioec. Montispessulan., theol. doct. Roman., nuper consiliarius et eleemos. reginae Hispaniarum, deinde eleemos. reginae Angliae (P. Cons. 21 f. 346'), nomin. r. xmo 29 Mart. 1625 (l. c. f. 340), resignavit m. Iul. 1648 vel antea (P. Cons. 49 f. 528 seq.), ob. m. Apr. 1651.

[4]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. ann. 6000 libr. Turonen., salva antiqua, pro epo cedente (AC 19 f. 131); pbr. Narbonen., iur. utr. doct., consiliarius r. xmi (P. Cons. 49 f. 528).

[5]) Promovetur cum ret. unius S. Petri Antissiodoren., et alterius mon.orum B. Mariae de Escharlis Senonen. dioecesium, quae in commendam obtinet, reserv. pens. 1500 libr. Turonen. pro Ioanne de Villeville (AC 20 f. 27); nat. in oppido de Césy, bapt. Parisiis in eccl. S. Andreae, aet. 40 an., theol. doct., pbr. (P. Cons. 54 ff. 883'—884), nomin. r. xmo 30 Iun. 1657 (l. c. f. 880), ob. a. 1669.

Lo(u)mberien.

[1]) A. 1614: Eccl. cathedr. est sub invocatione B. Mariae Virg., archiepi Tolosan. suffr., in ea sunt 4 dign. ac 12 can., taxa 2500 flor. (AM 97 f. 921).

[2]) Fit ep. Auren. et deput. coadi. c. f. s. Lomberien. (cf. Auren.); in consist. 10 Nov. 1597 Ioannes promovetur ad eccl. Lomberien. per cessionem Petri [de Lancrau] vacantem (AC 13 f. 81'), qui Petrus deinde 10 Oct. 1598 mortuus est.

[3]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. libr. Turonen. 2000 pro Nicolao Coifetteau, et 2000 pro Francisco Ferrier, cler. Nemausen. dioec., iur. utr. doct., abb. commend. mon. B. Mariae de Casa Dei, O. Praem., dioec. Auxitan. (P. Cons. 13 f. 311 seq.).

[4]) Reserv. una pens. 1000, et altera pro pers. nominandis (AC 16 f. 256'); ex civitate Burdegalen., aet. 24 an. inceptorum [m. Aug. 1628], diac. (P. Cons. 25 f. 331), nomin. r. xmo 31 Dec. 1626 (l. c. f. 318), ob. m. Nov. 1655.

[5]) Nomin. r. xmo, reserv. una pens. 3000 libr. Turonen. pro Gabriele Cassaignet, altera pens. 2000 pro Ioanne Bapt. Michaele Colbert de S. Povange, clericis Lomberien., ac alia pens. 1000 pro Carolo Nicoletti, cler. Senogallien. (AC 20 f. 176); tr. ad Nemausen. 24 Aug. 1671 (AC 22 f. 88).

Lucan. seu Lucen.

[1]) A. 1600: Civitas Lucan. in Etruria habet eccl. cathedr. divo Martino dicatam et S. Sedi immed. subi., in qua sunt 3 dign. et 13 can. praebendati, valor ann. fr. mens. epalis circ. 4000 scut., taxa 2008 flor.; ep. ex privilegio speciali pallio utitur (AM 53 f. 319).

[2]) Reserv. omnes fructus pro cedente, exceptis 1000 aureis monetae Lucan. pro Alexandro el., reserv. etiam pens. 1400 scut. pro card.le Bonvisio solvenda postquam cessaverit dicta reserv. fructuum, conc. ei pallium 15 Dec. 1600 (AC 13 ff. 147, 148'); ex familia nob. Lucan. et Alexandri epi cedentis patruelis, iur. utr. doct., pbr. a 5 annis, aet. 43 an. (AM 53 f. 319).

[3]) Cf. S. R. E. card. V, 45.

[4]) Reserv. fructus pro cedente, demptis tamen 1000 scutis ann. monetae illarum partium pro epo el. (AC 19 f. 43); utr. sign. ref. (P. Cons. 45 f. 47), cons. Romae ab em. Iulio card.le Roma 13 Aug. 1645 (Misc. Arm. XIII 33 f. 215'), ob. circa festum Nativitatis Domini a. 1649 (P. Cons. 49 ff. 560', 564).

[5]) Conc. ei pallium 8 Aug. 1650 (AC 19 f. 175'); nat. Ravennae, aet. 50 an. et ultra, pbr., iur. utr. doct. Bononien. (P. Cons. 49 f. 564), cons. Romae ab em. Marco Antonio card.le Franciotto 3 Iul. 1650 (Misc. Arm. XIII 33 f. 219').

[6]) Cum ret. omnium, quae obtinet, conc. ei pallium 18 Iun. 1657 (AC 20 ff. 16'—19'), ob. 21 Febr. 1677 (cf. S. R. E. card. VIII, 5).

Lucen(sis) (Lugo) in Hispania.[1]

tr. Laurentii ad Abulen.	**Petrus** de Castro[2])	17 Febr. 1599	AC 13 f. 111
tr. Petri ad Segobien.	**Ioannes** Garcia de Valdemora[3])	27 Aug. 1603	AV 14 f. 89'
tr. Ioan. ad Tuden.	**Alphonsus** Lopez Gallo[4])	17 Sept. 1612	AV 15 f. 95
tr. Alph. ad Vallisoletan.	**Didacus** Vela[5])	29 Iul. 1624	AV 17 f. 32'
tr. Didaci ad Tuden.	**Ioannes** del Aguila[6])	24 Nov. 1632	AC 17 f. 23
ob. Ioannis	**Didacus** de Castajon et Fonseca[7])	9 Ian. 1634	AC 17 f. 61'
dim. Didaci	**Ioannes** Velez de Valdivieso[8])	9 Iun. 1636	AC 17 f. 117'
tr. Ioan. ad Abulen.	**Petrus** de Rosales[9])	12 Aug. 1641	AC 18 f. 59
ob. Petri	**Ioannes** de la Serna, O. S. Hier.[10])	13 Iul. 1643	AC 18 f. 162
ob. Ioannis	**Ioannes** del Pozo, O. P.[11])	16 Iul. 1646	AM 40 f. 80
tr. Ioan. ad Legionen.	**Franciscus** de Torres	24 Ian. 1650	AC 19 f. 168
ob. Francisci	**Ioannes** Bravo	4 Mart. 1652	AM 49 f. 194
tr. Ioan. ad Legionen.	**Andreas** Girón	21 Iun. 1660	AC 20 f. 120
tr. Andr. ad Pampilonen.	**Matthias** de Moratinos Santos[12])	21 Iul. 1664	AC 21 f. 66'

Luceorien(sis) (Luck) in Polonia.[1]

tr. Bernardi ad Cracovien.	**Stanislaus** Gomolinski, ep. Chelmen.[2])	30 Aug. 1600	AC 13 f. 144
. . . .	**Martinus** Szyszkowski, fit ep. Christopolitan. et coadi. c. f. s.[3])	24 Nov. 1603	AV 14 f. 91
tr. Mart. ad Plocen.	**Paulus** Wolucki, ep. Camenecen.[4])	30 Iul. 1607	AV 15 f. 37
tr. Pauli ad Wladislavien.	**Henricus** Firleus (Firley)[5])	30 Maii 1616	AV 15 f. 140'
tr. Henr. ad Plocen.	**Andreas** Lipski[6])	20 Febr. 1617	AV 15 f. 150
tr. Andr. ad Wladislavien.	**Stanislaus** Lubienski[7])	26 Febr. 1624	AV 17 f. 21
tr. Stan. ad Plocen.	**Achatius** Grochowski, ep. Praemislien.[8])	6 Oct. 1627	AC 16 f. 209'
ob. Achatii	**Boguslaus** Radoszewski, ep. Chiovien.[9])	6 Iun. 1633	AC 17 f. 40
ob. Boguslai	**Andreas** Gembicki, ep. Theodosien.[10])	19 Apr. 1638	AC 17 f. 160'
ob. Andreae	**Ioannes Bapt.** Zamoyski, ep. Praemislien.[11])	19 Oct. 1654	AC 19 f. 255'

Lucen.

[1]) A. 1624: Eccl. cathedr. est sub invocatione Assumptionis B. M. Virg., valor ann. fr. mens. epalis 6000 duc., taxa 1000 flor. (AM 97 f. 903); a. 1641 sub archiepo Compostellan. (AC 18 f. 59).

[2]) Nomin. r. cath., salvis pens. antiquis (AC 13 f. 111).

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. . . . . prof. fidei (AV 14 f. 89').

[4]) Praesent. r. cath., salvis pens. antiquis, cum ret. compat. (AV 15 f. 95); iur. can. lic., cantor eccl. Palentin., aet. 40 an., pbr. (AM 97 f. 924).

[5]) Promovetur cum ret. compat. (AV 17 f. 32'); aet. 50 an. et ultra, iur. can. doct., thesaur. eccl. Toletan., vic. gen. oppidi Matriti (AM 97 f. 903), nomin. r. cath. 22 Apr. 1624 (P. Cons. 18 f. 368).

[6]) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . vac. can.tus et praebenda in eccl. Conchen. (AC 17 f. 23').

[7]) Praesent. r. cath., c. decr. vac. can.tus et praebenda in eccl. Toletan., cum ret. aliorum compat. praeterquam beneficii simplicis Serrascon Palentin. dioec. (AC 17 f. 61'); can. eccl. Toletan. et vic. gen. illius archiepi (P. Cons. 33 f. 528), resignavit m. Aug. 1635 (P. Cons. 33 ff. 17—20).

[8]) Nat. in loco de Hoz in valle de Valdevieso dioec. Burgen., aet. circ. 54 an. [a. 1635], pbr., iam gub. archiepatus Messanen., can. magistralis eccl. Carthaginen. (P. Cons. 33 ff. 8'—11).

[9]) C. decr. . . . . vac. benef. simplex, quod in par. eccl. de Miranda obtinet (AC 18 f. 59); nat. in oppido de Miranda de Ebro dioec. Urgellen., aet. circ. 60 an., can. doctrinalis eccl. Toletan. (P. Cons. 39 ff. 433'—434), nomin. r. cath. 10 Mart. 1641 (l. c. f. 445), ob. ante 21 Maii 1642 (P. Cons. 43 f. 44).

[10]) Nat. in oppido de Cabeza del Buy prioratus de Magacella infra limites dioec. Toletan., O. S. Hieronymi, decretorum doct., theol. mag. (P. Cons. 43 f. 33' seq.), nomin. r. cath. 21 Maii 1642 (l. c. f. 44).

[11]) Praesent. r. cath. (AM 40 f. 80); nat. Vallisoleti, aet. circ. 62 an., pbr. O. P., theol. mag., nunc maiestatis cath. concionator (P. Cons. 46 ff. 633'—634').

[12]) Praesent. r. cath., c. decr. . . . . erig. mont. piet. (AC 21 f. 66'); nat. in oppido de Villada dioec. Legionen., aet. 48 an., can. Seguntin. (P. Cons. 61 f. 563), tr. ad Astoricen. 5 Aug. 1669 (AC 22 f. 24').

Luceorien.

[1]) A. 1616: Eccl. cathedr. S.mae Trinitati dicata habet 4 dign. et 8 can., valor ann. fr. mens. epalis secundum communem aestimationem 20000 aureorum, taxa 33 flor. (AM 97 f. 877), suffr. Leopolien.

[2]) Supplic. r. Polon., absolv. a vinc. Chelmen., c. decr. . . . . prof. fidei, c. disp. . . . . gradus (AC 13 f. 144); el. ep. Chelmen. 31 Iul. 1591 (*Eubel* III², 165).

[3]) Fit ep. Christopolitan. et deput. coadi. Luceorien. c. f. s. (cf. Christopolitan.), a. 1604 successit Stanislao defuncto.

[4]) Supplic. r. Polon., absolv. a vinc. Camenecen., c. disp. . . . . gradus, cum ret. abbatiae Clarae Tumbae ad triennium (AV 15 f. 37); ex dioec. Gnesnen., iam can. eccl. Cracovien. (P. Cons. 11 A. f. 615).

[5]) Supplic. r. Polon., c. disp. . . . . gradus (AV 15 f. 140'); in dioec. Cracovien. nat., aet. 44 an., pbr., praepos. Plocen. et regni Poloniae pro-cancellarius (AM 97 f. 877).

[6]) Supplic. r. Polon., promovetur cum cond. iur. Sacri Coll. et officialium Camerae (AV 15 f. 150); custos eccl. Gnesnen., secretarius praesentis regis Poloniae (AM 97 f. 876), admin. eccl. Cracovien., scholasticus Plocen. (P. Cons. 15 f. 326).

[7]) Supplic. r. Polon., promovetur cum ret. abbatiae Tinecensis, et c. decr. . . . . prof. fidei ante cons. (AV 17 f. 21); nat. in dioec. Gnesnen., aet. 50 an., iur. utr. doct. (AM 97 f. 871), iam can. eccl.arum Gnesnen. et Cracovien. (P. Cons. 17 f. 451).

[8]) Absolv. a vinc. Praemislien., supplic. r. Polon. (AC 16 f. 209').

[9]) Absolv. a vinc. Chiovien., supplic. r. Polon., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem., ac 200 scut. repar. dom. epalis (AC 18 f. 40').

[10]) Absolv. a vinc. Theodosien., supplic. r. Polon., c. decr. . . . . 1000 flor. repar. cathedr. et dom. epalis, ac erig. theol., poenit., et sem. (AC 18 f. 160').

[11]) Absolv. a vinc. Praemislien., supplic. r. Polon. (AC 19 f. 255'); hoc in loco acta eum „de Zamoscia Zamoyski“ cognominant.

ob. Ioannis Bapt.	**Stephanus** Wyzga[12])	31 Maii 1655	AC 19 f. 263
tr. Steph. ad Varmien.	**Nicolaus** Prazmowski	1 Dec. 1659	AC 20 f. 100'
tr. Nicolai ad Gnesnen.	**Sigismundus** Czyzewski, ep. Camenecen.[13])	15 Dec. 1666	AC 21 f. 134'
ob. Sigismundi	**Thomas** Leszczynski, ep. Chelmen.[14])	5 Sept. 1667	AC 21 f. 170'

Lucerin(a) (**Lucera**) in Italia inferiori.[1])

ob. Scipionis Bozzuti[2])	**Marcus** Magnacervus, Theatin.[3])	21 Iun. 1593	AC 13 f. 25'
ob. Marci	**Fabius** Aresti[4])	11 Maii 1601	AC 13 f. 155
ob. Fabii	**Ludovicus** Maggi[5])	29 Apr. 1609	AV 15 f. 56'
ob. Ludovici	**Fabritius** Suardi[6])	28 Ian. 1619	AV 15 f. 172
tr. Fabr. ad Casertan.	**Brunorus** Sciamanna[7])	17 Aug. 1637	AC 17 f. 140'
tr. Brun. ad Casertan.	**Thomas** de Avalos al. Davalos, O. P.[8])	24 Mart. 1642	AC 18 f. 101
ob. Thomae	**Silvester** de Afflictis (d'Afflitti), ep. Trivican.[9])	23 Febr. 1643	AC 18 f. 140
ob. Silvestri	**Ioannes Bapt.** Eustachius (Eustachi)[10])	12 Febr. 1663	AC 21 f. 7'

Lucionen(sis) (**Luçon**) in Gallia[1])

ob. Iacobi Duplessis de Richelieu	**Franciscus** Yver[2])	17 Mart. 1599	AC 13 f. 114'
cess. Francisci	**Armandus** Duplessis de Richelieu[3])	18 Dec. 1606	AV 15 f. 29'
cess. card. de Richelieu	**Emericus** de Brangelongne[4])	29 Apr. 1624	AV 17 f. 26'
cess. Emerici	**Petrus** de Neville, O. Cist.[5])	22 Sept. 1637	AC 17 f. 124
ob. Petri	**Nicolaus** Colbert[6])	30 Maii 1661	AC 20 f. 153'

---

[12]) Abb. Secciechovien. et praepos. Leopolien. (P. Cons. 52 f. 704').

[13]) Absolv. a vinc. Camenecen., cum ret. compat., et can.tus Varsavien. ad quinquennium tantum (AC 21 f. 135).

[14]) Absolv. a vinc. Chelmen. (AC 21 f. 170').

Lucerin.

[1]) A. 1609: Civitas Lucerin. in regno Neapolitan. in provincia Capitanatae animas circ. 8000 continens habet eccl. cathedr. B. Mariae dicatam et archiepi Beneventan. suffr., in qua sunt 4 dign. et 8 can., valor ann. fr. mens. epalis iuxta communem aestimationem 1800 scut. Neapolitan., taxa 200 flor. (AM 97 f. 858).

[2]) Ob. a. 1592 iuxta litteras nuntii apost. Aldobrandini ad Sum. Pontificem 8 Maii 1592 (Principi 52 ff. 189, 198).

[3]) Cons. Romae a rev.mo Alphonso card.le Gesualdo 27 Iun. 1593 (Misc. Arm. XIII 33 f. 90), ob. 29 Iul. 1600 iuxta epitaphium (*Cappelletti*, XIX, 268).

[4]) Cons. Romae a rev.mo Mariano card.le Perbenedicto 20 Maii 1601 (Misc. Arm. XIII 33 f. 106').

[5]) Utr. sign. ref., reserv. pens. ann. scut. Roman. 300 pro pers. a S.te S. nominanda, cum ret. compat. (AV 15 f. 56'); Mediolani nat., aet. 44 an., pbr. a 10 annis, iur. utr. doct. (AM 97 f. 858), cons. Romae a rev.mo Ioanne Garzia card.le Millino 10 Maii 1609 (Misc. Arm. XIII 33 f. 126').

[6]) Promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., reserv. pens. duc. Neapolitan. 150 pro pers. nominanda, salvis pens. antiquis (AV 15 f. 172); Neapolitan., aet. 33 an., iur. utr. doct., utr. sign. ref., nuper in sacris ordinibus const. (AM 97 f. 930), cons. Romae a rev.mo Ladislao card.le de Aquino 10 Febr. 1619 (Misc. Arm. XIII 33 f. 152').

[7]) C. decr. . . . . erig. theol. et poenit., c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 17 f. 140'); nat. in civitate Interamnen., aet. circ. 37 an., iur. utr. doct. (P. Dat. a. 1637 f. 180), cons. Romae a Caietano Cossio, archiepo Hydruntin., 4 Oct. 1637 (Misc. Arm. XIII 33 f. 198).

[8]) Nat. m. Mart. 1610 Pescarae in dioec. Theatin., mag. theol. O. P. (P. Dat. a. 1642 f. 53, P. Cons. 43 f. 56), cons. Romae ab em. Alexandro card.le Caesarino 30 Mart. 1642 (Misc. Arm. XIII 33 f. 211), ob. 4 Dec. 1642 (P. Cons. 43 ff. 77', 79).

[9]) Absolv. a vinc. Trivican. (AC 18 f. 140).

[10]) Reserv. pens. 300 scut. pro pers. nominandis (AC 21 f. 7'); nat. in civitate Troian., aet. circ. 40 an., can. in eccl. Lucerin. (P. Cons. 60 f. 537), iur. utr. doct. Romae 28 Nov. 1662 (litt. testim. in l. c. ff. 545—547).

Lucionen.

[1]) A. 1606: Civitas Lucionen. in provincia Picarden. habet eccl. cathedr. sub invocatione B. Virginis, in qua sunt decan., subdecan., archidiaconi tres, cantor, praepositi quatuor, cancellarius, 24 praebendae, et 5 semi-praebendae, taxa 1000 flor. (AM 97 f. 935); a. 1599: archiepi Burdegalen. suffr. (AM 52 f. 456).

[2]) Nomin. r. xmo, promovetur c. decr. . . . . prof. fidei (AC 13 f. 114').

[3]) Nomin. r. xmo, c. disp. . . . . aet., reserv. pens. libr. Turonen. 4000 pro Henrico Duplessis de Richelieu, dummodo 1000 ann. pro epo remaneant, cum ret. prioratus B. M. V. de Pomoagri et S. Pauli de Rouherio dioec. Turonen. (AV 15 f. 29'); subdiac. Parisien. de familia nob., theol. bacc. (AM 97 f. 935), fit card. 5 Sept. 1622 (cf. S. R. E. card. IV, 9).

[4]) Reserv. pens. libr. Turonen. 5000 pro card.le cedente, et 2400 pro Leonorio, epo Carnoten. (AV 17 f. 26'); pbr. Parisien., aet. circ. 45 an., iur. can. lic. (AM 97 f. 870), nomin. r. xmo 31 Maii 1623 (P. Cons. 18 f. 95).

[5]) C. decr. reparandi eccl. cathedr. et perficiendi seminarium (AC 17 f. 124); nat. in civitate Trecen., aet. 42—43 an. [a. 1636], theol. doct., abb. mon. S. Sulpitii et gen. O. Cist. (P. Cons. 35 f. 391), nomin. r. xmo 30 Nov. 1635 (l. c. f. 393).

[6]) Cum ret. compat., et unius mon. B. M. V. de Landais, O. Cist., dioec. Bituricen., et alterius mon. S. Salvatoris de Virento, O. S. B., dioec. Cathalaunen., necnon unius decanatus S. Vincentii Subtervergeium dioec. Aeduen., et alterius decanatus S. Dionysii de Nogent Le Rotrou dioec. Carnoten., quae et quos in commendam obtinet (AC 20 f. 153'); nat. in civitate Remen. a. 1630—1631, theol. doct. Sorbonicus (P. Cons. 59 f. 184), nomin. r. xmo 8 Febr. 1661 (l. c. f. 175), tr. ad Antissiodoren. 16 Nov. 1671 (AC 22 f. 93).

Lugdunen(sis) (Lyon) in Gallia, metrop.[1])

ob. Petri d'Espinac	**Albertus** de Bellièvre[2])	29 Mart. 1599	AV 14 f. 28'
cess. Alberti	**Claudius** de Bellièvre[3])	1 Oct. 1604	AC 13 f 199'
ob. Claudii	**Dionysius Simon** de Marquemont[4])	5 Nov. 1612	AC 14 f. 225
ob. card. de Marquemont	**Carolus** Miron, ep. Andegaven.[5])	2 Dec. 1626	AC 16 f. 161
ob. Caroli	**Alphonsus Ludovicus** Duplessis de Richelieu, archiep. Aquen.[6])	27 Nov. 1628	AC 16 f. 265
ob. card. de Richelieu	**Camillus** de Neuville de Villeroy[7])	12 Ian. 1654	AC 19 f. 242

Lumberien(sis) v. **Lomberien(sis)**

Lunen(sis) et **Sarzanen(sis) (Luni-Sarzana)** in Italia.[1])

ob. Ioan. Bapt. Selvaggi	**Ioannes Dominicus** Spinula (Spinola), S. R. E. card.[2])	26 Apr 1632	AC 17 f. 14'
tr. card. Spinula ad Mazarien.	**Prosperus** Spinula[3])	7 Sept. 1637	AC 17 f. 142
ob. Prosperi	**Ioannes Bapt.** Spinula[4])	22 Apr. 1665	AC 21 f. 95

Luxionen(sis) v. **Lucionen(sis)**

Lycien(sis) v. **Licien(sis)**

Lydden(sis) v. **Lidden(sis)**

Lystren(sis) (Lystra) in Lycaonia, tit.

certo modo	**Timotheus** Perez, O. Carm., ep. Aspahanen.[1])	23 Dec. 1639	S. Br.

Mac(h)aonen(sis) (Macao) in ins. eiusdem nominis in partibus Sinensibus.[1])

ob. Leonardi de Sá	**Ioannes** a Pietate, O. P.[2])	30 Aug. 1604	AV 14 f. 100

Lugdunen.

[1]) A. 1612: Civitas Lugdunen. in Gallia Celtica habet eccl. cathedr. et metrop. sub invocatione S. Ioannis Bapt., in qua sunt 32 can., qui comites dicuntur et, antequam recipiantur, nobilitatem ex utroque latere quatuor generationum probare debent, et 8 dign., taxa 3000 flor.; archiep. est Galliarum primas (AM 97 f. 925); a. 1628: valor ann. fr. mens. archiepalis 24000 libr. Turonen. (AC 16 f. 265).

[2]) Nomin. r. xmo, in ord. diac. a 2 circ. annis, promovetur cum ret. compat., conc. ei pallium 2 Aug. 1599 (AV 14 ff. 28', 34).

[3]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. 4000 libr. Turonen. pro epo cedente, fit commend. abb. monasterii S. Tiburtii dioec. Engolismen. (AC 13 f. 199'), conc. ei pallium 6 Iun. 1605 (AC 14 f. 6); subdiac. Parisien., Alberti cedentis frater germanus, iur. utr. lic., in supremo senatu Parisien. consiliarius (AM 97 f. 931).

[7]) Nat. Anconae, aet. circ. 40 an., pbr., utr. sign. ref. (P. Cons. 53 f. 187' seq.), cons. Romae ab em. Ioanne Bapt. card.[le] Pallotto 7 Iul. 1652 (Misc. Arm. XIII 33 f. 222), ob. Anconae 16 Aug. 1677 *(Schiavi*, l. c.).

Passavien.

[1]) Archiepi Salisburgen. suffr., taxa 5000 flor. *(Eubel* III², 271).

[2]) Ex archiducibus Austriae, nat. a. 1586, a. 1598 ab Urbano de Trennbach, epo Passavien., in coadi. c. f. s. deput. et a **Clemente VIII** confirm., Urbano successit 9 Aug. 1598 sed non in administratione *(Schrödl K.*, Passavia Sacra [Passau 1879], 345), per breve apost. 1 Dec. 1604 deput. admin. eccl.[ae] Passavien. (S. Br. 352 f. 112), a. 1625 post 8 Nov. et ante 30 Dec. in manibus **Urbani VIII** eccl.[iis] Passavien., et Argentinen. resignavit, deinde 3 Sept. 1632 ob. *(Schrödl*, 346).

[3]) Per breve apost. 1 Febr. 1626 confirmatur postulatio a capit. Passavien. facta de pers. Leopoldi Guilelmi ex archiducibus in coadiutorem c. f. s. eccl.[ae] Passavien., sed non in administratione, cum ret. omnium, quae obtinet, et c. disp. . . . . aet. et sacr. ord., cum sit in decimo quarto *[legas 12°]* a. const. (S. Br. 722 f. 15), et eadem die per aliud breve „Marquardus de Schwendi", decan. eccl.[ae] Passavien., deput. admin. eiusdem eccl.[ae] (l. c. f. 21); iam 31 Aug. 1624 conc. ei facultas ut possit eligi ad eccl.[as] Argentinen., et Passavien. (S. Br. 939 f. 55), 8 Nov. 1625, consentiente Leopoldo, *epo* Passavien., a capitulo Passavien. in coadiutorem c. f. s. eligitur *(Schrödl*, 348—349), et postulatio a S. Sede approbatur, licet interea Leopoldus ep. eccl.[ae] resignaverit, ut in minutis dicti brevis expresse dicitur; 10 Sept. 1634 ei conc. administratio eccl.[ae] Passavien. (S. Br. 818 f. 60), ob. Labaci 21 Nov. 1662 (P. Cons. 60 f. 8); fit etiam ep. Olomucen., Vratislavien., Halberstadien., Argentinen.

[4]) Per breve apost. 1 Sept. 1662 confirm. postulatio capituli Passavien. de pers. Caroli Iosephi ex archiducibus Austriae in coadi. c. f. s. Leopoldi Guilelmi epi Passavien. cum ret. omnium, quae obtinet, sed c. decr. ut, donec ad legitimam aetatem pervenerit, in spiritualibus et temporalibus dictae eccl. se immiscere non possit (S. Br. 1269 ff. 767—791); nat. Viennae et ib. in capella imperiali bapt. 7 Aug. 1649 (fides baptismatis, l. c. f. 771), in prima tonsura initiatus Viennae 14 Aug. 1660 (litt. testim., l. c. f. 770), postulatur a capitulo Passavien. 13 Apr. 1662 (instrum. postulationis, l. c. f. 789), successit Leopoldo defuncto, postea fit etiam ep. Olomucen., et Vratislavien., ob. 26 Ian. 1664 (P. Cons. 62 f. 308).

[5]) Confirm. electio a capitulo Passavien. facta cum ret. compat., ac can.[tus] et praebendae in eccl. Salisburgen. (AC 21 f. 84); ut epo Gurcen. 8 Mart. 1664 ei conc. facultas ut possit eligi ad eccl. Passavien. tamen ut per assecutionem eccl.[ae] Passavien. eccl. Labacen. eo ipso vacet (S. Br. 1297 f. 593), aet. 34 an., pbr. a novennio [m. Apr. 1664], a 19 annis can. eccl. Salisburgen. (P. Cons. 62 f. 302), el. a capitulo Passavien. 27 Mart. 1664 cum 12 ex 13 vocibus, can. Passavien. (instrum. electionis, l. c. ff. 308—314), 16 Oct. 1665 ei conc. facultas ut eccl.[am] Gurcen. recipere et cum illa eccl. Passavien. retinere possit (S. Br. 1330 f. 462), iam a 21 Iun. 1664 admin. eccl.[ae] Passavien. (S. Br. 1302 f. 695), ob. 6 Ian. 1673 *(Schrödl*, 358 et P. Cons. 72 ff. 559, 574).

Patavin.

[1]) A. 1594: Eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B. M. V. est patr. Aquilegien. suffr., in ea sunt 4 dign. et 22 can., valor ann. fr. mens. epalis 15000 duc. Venetorum, gravatur pens.[bus] ad summam 1000 scut. auri pro diversis pers. necnon ad summam 700 duc. pro pane pauperum et 220 duc. pro inquisitore, taxa 2008 flor. (AM 51 f. 491).

[2]) Promovetur cum ret. abbatiae S. Zenonis dioec. Veronen., quam in commendam ex disp.[ne] Sedis Apost. obtinet, reserv. pens.[nes] in cedula exprimendae (AC 13 f. 46'); nat. Venetiis, iur. utr. doct., aet. 37 an., pbr. (AM 51 f. 491), cons. Romae a rev.[mo] Augustino card.[le] Valerio 21 Dec. 1594 (Misc. Arm. XIII 33 f. 96).

[3]) Absolv. a vinc. Ceneten., reserv. pens. 4000 scut., salvis pens. antiquis (AC 16 f. 77), ob. 5 Apr. 1629; cf. S. R. E. card. III, 53.

[4]) Absolv. a vinc. Vicentin., cum disp.[ne] opportuna et cum ret. compat., salvis pens. antiquis et addita nova pens.[ne] 100 duc. pro pers. nominandis (AC 16 f. 293); cf. S. R. E. card. V, 11.

tr. card. Cornelii ad patr. Venetiarum	**Marcus Antonius** Cornelius (Cornaro)[5]	15 Nov. 1632	AC 17 f. 21'
ob. Marci Ant.	**Lucas** Stella, ep. Vicentin.[6]	11 Iul. 1639	AC 19 f. 188'
ob. Lucae	**Georgius** Cornelius (Cornaro)[7]	14 Iul. 1642	AC 18 f. 115
ob. Georgii	**Gregorius** Barbadicus (Barbarigo), ep. Bergomen., S. R. E. card.[8]	24 Mart. 1664	AC 21 f. 49'

Patracen(sis) (Patrae, Patras) in Graecia (Peloponneso), tit., metrop.

certo modo	**Ioannes Franciscus** Guidius de Balneo (Guidi di Bagno)[1]	3 Mart. 1614	AC 14 f. 264
tr. Ioan. Franc. ad Cervien.	**Cyriacus** Roccius (Rocci)[2]	29 Maii 1628	AC 16 f. 245
certo modo	**Hieronymus** Farnesius (Farnese)[3]	11 Apr. 1639	AC 17 f. 181'
certo modo	**Octavianus** Carafa[4]	19 Apr. 1660	AC 20 f. 114'

Pedinen(sis) v. **Petinen(sis)**

Pennen(sis) (Penne) et **Adrien(sis)** seu **Atrien(sis)** (Atri) in Italia inferiori insimul unitae.[1]

tr. Horatii ad Arelaten.	**Thomas** Balbani[2]	15 Dec. 1599	AV 14 f. 44
ob. Thomae	**Silvester** Andreotius (Andreozzi)[3]	17 Mart. 1621	AC 15 f. 165'
ob. Silvestri	**Franciscus** Massutius (Massucci)[4]	18 Maii 1648	AC 19 f. 119
ob. Francisci	**Gaspar** Burgius (Borghi)[5]	15 Ian. 1657	AC 20 f. 4'
ob. Gasparis	**Exuperantius** Raphaellius (Raffaelli)[6]	21 Nov. 1661	AC 20 f. 168

Pergamen(sis) v. **Bergomen(sis)**

---

[5]) Nat. Venetiis, aet. 48—50 an., pbr., primicerius in eccl. Venetiarum, iur. utr. doct. (P. Cons. 29 f. 430), cons. Romae a rev. mo Antonio Barberini, card.le S. Honuphrii nuncupato, 30 Nov. 1632 (Misc. Arm. XIII 33 f. 186).

[6]) Absolv. a vinc. Vicentin., reserv. pens. 500 scut. ut supra (AC 17 f. 188'), ob. m. Dec. 1641 (P. Dat. a. 1642 f. 356').

[7]) Promovetur cum ret. compat., et c. decr. . . . . aet., reserv. pens. ann. 4000 scut. ad favorem card. Cornelii, et c. decr. quod pens.nes antiquae 2100 scut. cessare debeant in favorem card. Cornelii dummodo 2000 scuta libera remaneant pro epo prov., et 200 scuta pro stipendio vicarii pro tempore existentis (AC 18 f. 115); nat. Venetiis, aet. 29 an., pbr. (P. Dat. a. 1642 f. 354), cons. Romae ab em. Marco Antonio card.le Bragadino 20 Iul. 1642 (Misc. Arm. XIII 33 f. 212), fit Rotae Roman. aud. 16 Dec. 1641 (*Cerchiari E.*, Sacra Romana Rota II [Romae 1920], 159).

[8]) Absolv. a vinc. Bergomen., cum ret. omnium, reserv. pens. 3000 scut., salvis antiquis, pro pers. nominandis (AC 21 f. 50), ob. m. Iun. 1697; cf. S. R. E. card. VII, 16.

Patracen.

[1]) Utr. sign. ref., promovetur c. decr. . . . . non resid. (AV 15 f. 112); cons. Romae a rev. mo Ioanne Bapt. card.le Lenio 13 Apr. 1614 (Misc. Arm. XIII 33 f. 139'), tr. ad Cervien. 17 Maii 1627, deinde in pectore reservatus card. 30 Aug. 1629 sed non publicatus nisi 10 Nov. 1629 (cf. S. R. E. card. V, 27).

[2]) Ferrarien. pro-legatus, quem S. S. nuntium apost. apud Helvetios destinavit (AC 16 f. 245), iam utr. sign. ref. (Reg. Supplicationum 4035 f. 198), tacite reservatus card. in pectore 19 Nov. 1629 sed non publicatus nisi 28 Nov. 1633 (cf. S. R. E. card. V, 37).

[3]) Utr. sign. ref., nunt. apost. apud Helvetios designatus, promovetur cum ret. mon. S. Laurentii Novarien. (AC 17 f. 181'); cons. Romae a rev. mo Ioanne Bapt. Scannarolo, epo Sidonien., 26 Apr. 1639 (Misc. Arm. XIII 33 f. 203'), 7 Oct. 1650 S.mus D. N. declaravit in novum gub. Urbis, et vicecamerarium Hieronymum Farnesium, archiepum Patracen. et secr. Sacrae Congr. eporum et regularium (*Servantius* in Vat. Lat. 12328 f. 153), sed breve apost. huiusmodi nominationis datum fuit 11 Oct. 1650 (S. Br. 1065 f. 13), praef. palatii et domus apost. et gub. Castri Gandulphi 16 Iul. 1655 (S. Br. 1141 f. 1, 5), reservatus card. in pectore 9 Apr. 1657 sed non publicatus nisi 29 Apr. 1658 (cf. S. R. E. card. VII, 8).

[4]) Nat. Neapoli, utr. sign. ref., iam gub. Marchiae, Perusiae et Caesenae, prael. Sacrae Consultae et votans in utraque Signatura, examinator eporum et nunc rev. mi card. in Alma Urbe vicarii vicesgerens (P. Dat. a. 1660 ff. 139'—140), ob. Romae 14 Apr. 1666 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 103).

Pennen. et Adrien.

[1]) A. 1621: Taxa 400 flor. (AM 98 f. 310); a. 1656: eccl. cathedr. Adrien. Assumptioni B. M. V. dicata habet 4 dign. et 18 can., Pennen. vero S. Mariae Angelorum dicata habet 2 dign. et 12 can., utraque est S. Sedi immed. subi., valor ann. fr. mensarum epalium insimul 1000 duc. Neapolitan. (P. Cons. 54 ff. 48'—49', 56).

[2]) Cler. Lucan., promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., et cum ret. compat. (AV 14 f. 44). Apud AC 13 f. 132 huiusmodi promotio dicitur fuisse in consist. d. 29 Nov. 1599 habito sed apud AV, quae pro hoc tempore acta originalia sunt, aperte dicitur d. 15 Dec. Ulterius mandatum capiendi possessionem eccl.ae, quod fere semper paulo post promotionem dabatur, hoc in casu 3 Ian. 1600 datum fuit (S. Br. 291 f. 26).

[3]) Pbr. Lucan., aet. circ. 46 an., can. theol. in eccl. Lucan. (AM 98 f. 310), ob. m. Ian. 1648 (P. Cons. 50 ff. 132, 133', 135).

[4]) Promovetur c. decr. . . . . erig. sem. in Adrien., in Pennen. vero theol. et poenit. (AC 19 f. 119); nat. Recineti, aet. 38 an., pbr. ab uno a., iur. utr. doct. Maceratae a. 1633 (P. Cons. 50 f. 124'), ob. m. Sept. 1656 (P. Cons. 54 ff. 48', 49').

[5]) Reserv. pens. 200 scut. pro pers. nominandis, c. decr. . . . . erig. theol. et poenit. in Pennen. (AC 20 f. 4'); nat. in civitate Maceraten., aet. 47 an., iur. utr. doct. Romae 22 Mart. 1633 (P. Cons. 54 f. 45), ob. m. Aug. 1661 (P. Cons. 59 f. 467').

[6]) Promovetur c. decr. erig. . . . . sem. in civitate Adrien., theol. et poenit. vero in Pennen., in utraque mont. piet. (AC 20 f. 168); nat. in terra Cingulan. dioec. Auximan., iur. utr. doct. (P. Cons. 59 ff. 461'—462), ob. ante 14 Mart. 1668 (AC 21 f. 205).

Perusin(a) (**Perugia**) in Italia.[1])

ob. Napoleonis Comitolo	**Cosmus** de Torres, S. R. E. card.[2])	16 Sept. 1624	AC 15 f. 239
tr. card. de Torres ad Montis Regalis	**Benedictus** Ubaldi (al. Baldeschi), S. R. E. card.[3])	2 Apr. 1634	AC 17 f. 70'
libera dim. Benedicti	**Horatius** Monaldi, ep. Eugubin.[4])	14 Dec. 1643	AC 18 f. 178
ob. Horatii	**Marcus Antonius** degli Oddi, ep. Hierapolitan.[5])	23 Iun. 1659	AC 20 f. 82'

Petinen(sis) seu **Petenen(sis)** (**Pedena, Piben**) in Histria.[1])

ob. Georgii Rautgartler	**Antonius** Zara[2])	13 Maii 1601	AC 13 f. 156
ob. Antonii	**Pompeius** Coronini[3])	21 Apr. 1625	AC 16 f. 61
tr. Pomp. ad Tergestin.	**Gaspar** Bobeck[4])	7 Apr. 1631	AC 16 f. 362'
ob. Gasparis	**Antonius** Marentius (Marenzi)[5])	17 Aug. 1637	AC 17 f. 140'
tr. Ant. ad Tergestin.	**Franciscus Maximilianus** Vaccano[6])	1 Mart. 1649	AC 19 f. 143'
tr. Franc. Max. ad Tergestin.	**Paulus** de Tauris al. Janschitz, O. M. Obs.[7])	13 Aug. 1663	AC 21 f. 24

Petragoricen(sis) (**Périgueux**) in Gallia.[1])

cess. Francisci de Bourdeilles	**Ioannes** Martin[2])	15 al. 24 Maii 1600	. . . . .
ob. Ioannis	**Franciscus** de la Beraudière[3])	17 Febr. 1614	AC 14 f. 263
ob. Francisci	**Philibertus** Brandon[4])	28 Sept. 1648	AC 19 f. 131'
ob. Philiberti	**Cyrus** de Villers la Faye[5])	21 Iul. 1653	AC 19 f. 232'
ob. Cyri	**Guilelmus** le Boux, ep. Aquen.[6])	15 Dec. 1666	AC 21 f. 135

Perusin.

[1]) S. Sedi immed. subi., taxa 613 1/3 flor. (*Eubel* III[2], 271).

[2]) Promovetur cum ret. compat., salvis pens. antiquis (AV 15 f. 239); cf. S. R. E. card. IV, 8.

[3]) Reserv. pens. 500 scut., salvis antiquis, pro pers. nominandis (AC 17 f. 70'); resignavit, eccl.ae Perusin., deinde ob. 20 Ian. 1644 (cf. S. R. E. card. V, 44).

[4]) Absolv. a vinc. Eugubin., reserv. fructus pro card.le cedente, demptis tamen 1000 scutis pro epo el. (AC 18 f. 178'), ob. m. Dec. 1656 (P. Cons. 57 f. 622').

[5]) Utr. sign. ref. de numero votantium, maioris praesidentiae abbreviator, vicarii S.tis S. in Urbe vicesgerens, absolv. a vinc. Hierapolitan. cum ret. compat. et dicti officii abbreviatoris (AC 20 f. 82'), ob. Romae a. 1668 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 105).

Petinen.

[1]) A. 1625: Valor ann. fr. mens. epalis 1000 flor. illarum partium, taxa 100 flor. (AM 98 f. 371); a. 1630: eccl. cathedr. sub invocatione B. Mariae Virg. (al. S. Nicephori, P. Cons. 30 f. 102), est patr. Aquilegien. suffr., et in ea sunt 1 dign. et 6 can. (P. Cons. 29 f. 322).

[2]) Cler. Aquilegien., promovetur c. disp. . . . . aet., gradus, et sacr. ord., necnon cum cond. iur. Sacri Coll. et Camerae Apost., et cum ret. compat. ac capellae S. Mariae (AC 13 f. 156), ob. 30 Dec. 1621 et successor eius iuxta *Cappelletti* (VIII, 772') fuit „Carolus Weinberger", O. M. Obs., ep. Nazaren., qui a. 1625 ob. Tamen Carolus certe non fuit ep. Petinen. a S. Sede confirmatus.

[3]) Postulante maiestate caesarea, promovetur c. disp. . . . . sacr. ord. (AC 16 f. 61); ex Prebácina et Gradiscutta dioec. Aquilegien. in comitatu Pisinensi, aet. 43 an., decan. eccl. Labacen., consiliarius archiepi Salisburgen. et ab eodem in 4 ordinibus min. const. 8 Sept. 1624 (testimonium ipsius Pompeii d. 20 Sept. 1624 subscriptum apud P. Cons. 15 f. 679), 22 Sept. 1629 ei conc. suffr.tus eccl.ae Aquilegien. cum facultate ut exercere possit quaecumque iurisdictionis et pontificalia (S. Br. 941 f. 689).

[4]) Nomin. a maiestate caesarea, promovetur c. decr. . . . . prof. fidei (AC 16 f. 362'); nat. in loco Raduliza dioec. Labacen., aet. 38 an. [m. Aug. 1630], pbr., praepos. eccl. Labacen. (P. Cons. 29 ff. 320—321), ob. ante 30 Ian. 1635 (P. Cons. 30 f. 85).

[5]) Promovetur c. disp. . . . . gradus (AC 17 f. 140'); nat. Tergesti 22 Sept. 1596 (ex libro baptizatorum eccl.ae cathedr. Tergestin. apud P. Cons. 30 f. 95), vic. gen. epi Tergestin. et imperatoris consiliarius (l. c. ff. 85, 100), nomin. ab imperatore 30 Ian. 1635 (l. c. f. 85), cons. Romae ab em. Alexandro card.le Caesarino 17 Oct. 1638 (Misc. Arm. XIII 33 f. 202), 30 Iun. 1646 fit admin. eccl.ae Tergestin. ad 3 menses (S. Br. 1012 f. 699), et 10 Sept. eiusdem a. ep. Tergestin.

[6]) Nomin. a maiestate caesarea (AC 19 f. 143').

[7]) Nomin. a maiestate caesarea (AC 21 f. 24), ob. Labaci tempore hiemali a. 1667 (*Cappelletti* VIII, 773). In actis „de Tauris" et a nonnullis etiam „Janschitz" nuncupatur. In praedicta promotione tantum „Paulus de Tauris" vocatur.

Petragoricen.

[1]) Annis 1612—1614: Eccl. cathedr. S. Stephano dicata archiepi Burdegalen. est suffr., sed annis praeteritis ab haereticis fuit devastata et diruta ut hodie ep. et can. divinum servitium in quadam capella adiacente celebrare cogantur, adsunt 1 dign. et 16 can., taxa 2500 flor. (AM 98 f. 352); a. 1648: valor ann. fr. mens. epalis 15000 libr. Turonen., gravatur pens.ne ann. 6000 libr. Turonen. (P. Cons. 50 f. 145).

[2]) Pbr. Lemovicen., nomin. r. xmo, promovetur c. decr. . . . . prof. fidei (AV 14 f. 52), ob. 5 Ian. 1612. Apud AC 13 f. 140' haec promotio dicitur fuisse d. Mercurii 23 Maii *[legas 24 Maii]* 1600 et apud AV 14 f. 52 d. Lunae 15 Maii.

[3]) Nomin. r. xmo, reserv. pens. ann. scut. 2000 pro Claudio de Bourdeilles, dummodo remaneant 1000 pro epo el. (AC 14 f. 263'); pbr. Pictaven. dioec., iur. utr. lic., multos haereticae pravitatis sectatores et illorum ministros in provincia Pictaven. ad fidem Catholicam reduxit (AM 98 f. 352), ob. 14 Maii 1646.

[4]) Nomin. r. x.mo (AC 19 f. 131'); nat. in oppido Molisnensi dioec. Aeduen., pbr. a multis annis, senator in parlamento Parisien. (P. Cons. 50 f. 142), ob. a. 1652.

[5]) Promovetur cum ret. compat. et monasterii de Calvo Monte, O. Praem., Rhemen. dioec. (AC 19 f. 232'); nomin. r. xmo 28 Aug. 1652 (P. Cons. 53 f. 207).

[6]) Absolv. a vinc. Aquen., reserv. pens. 1000 libr. Turonen. pro pers. nominandis (AC 21 f. 135); nomin. r. xmo 1 Maii 1666 (P. Cons. 64 f. 482), ob. m. Aug. 1693.

Petren(sis) (Petra) in partibus infidelium.[1]

certo modo	**Antonius** Viedma et Chaves, O. P., fit suffr. Seguntin.[2]	20 Mart.	1623	AV 16 f. 51
certo modo	**Vincentius Augustinus** Claveria, fit suffr. Valentin.[3]	28 Iul.	1631	AC 16 f. 372
certo modo	**Franciscus** de Laval de Montigny, fit vic. apost. de Canadà[4]	3 Iun.	1658	AC 20 f. 48'

Pharaonen(sis) (Faro) in Lusitania.[1]

ob. Francisci Cano († 1593)	**Ferdinandus Martinus** Mascaregnius (Mascarenhas)[2]	22 Aug.	1594	AC 13 f. 42'
cess. Ferdinandi	**Ioannes** Coutinho[3]	20 Nov.	1617	AM 38 f. 236'
ob. Ioannis	**Franciscus** de Meneses, ep. Leirien.[4]	5 Iul.	1627	AV 17 f. 100
ob. Francisci	**Franciscus** Barreto[5]	9 Iun.	1636	AC 17 f. 119

Pharen(sis) (Hvar, Lesina) in Dalmatia.[1]

ob. Petri Cedolini[2]	**Nicolaus** de Georgiis[3]	12 Febr.	1635	AC 17 f. 90
ob. Nicolai	**Vincentius** Milani, ep. Caprularum[4]	19 Dec.	1644	. . . . .
ob. Vincentii	**Ioannes** Andreis[5]	16 Mart.	1667	AC 21 f. 151

Philadelphien(sis) (Philadelphia) in partibus infidelium.[1]

ob. Laurentii Eiszepf († 17-III-1601)	**Marcus** Lyresius, fit suffr. Eistetten.[2]	8 Ian.	1603	AC 13 f. 175
certo modo	**Beniaminus** de Brichanteau, fit coadi. c. f. s. Laudunen.[3]	23 Iun.	1608	AV 15 f. 47

Petren.

1) Iuxta Indicem Sedium Tit. a Sacra Congr. consist. [Typis Vaticanis, 1933, prodiit m. Iul. 1934] tres habentur eccl.ae tit. Petren.: in Aegypto prima, in Lazica, et Petren. *metrop.* in Palaestina tertia.

2) Fit ep. tit. de Characcha vel Petra et deput. suffr. epi Seguntin. ad pontif., c. decr. . . . . non resid., reserv. pens. ann. 500 duc. super fructibus mensae epalis Seguntin. pro suffr. (AV 16 f. 51'), deinde 18 Mart. 1630 iterum promovetur ad eccl. Petren. et deput. coadi. c. f. s. epi Almerien. c. decr. . . . . loc. success. (AC 16 f. 330), cui successit, deinde m. Iun. 1631 ob.

3) Deput. alter suffr. archiepi Valentin., qui 2 suffr.neos habere consuevit, quorum alter defunctus est, c. ind. . . . . pontif. in Valentin., assign. ei pens. ann. 500 duc. et 11 regalium super fructibus mensae epalis Valentin. (AC 16 f. 372); nat. in civitate Caesaraugustan., iam gub. archiepatus Salernitan. pro rev. mo card.le Tressio (P. Cons. 28 f. 534').

4) Fit ep. Petren. et iuxta decr. S.tis S. in Congr. Prop. factum destinatur vic. apost. regni de Canadà in America (AC 20 f. 48', bulla provisionis apud S. Br. 1378 f. 459); nat. in loco Montigny-sur-Avre dioec. Carnoten. 30 Apr. 1622, cons. ep. Parisiis a nuntio apost., Coelio Piccolomini, archiepo Caesarien., 8 Dec. 1658, in Québec 1659—1674 *(Allaire J. B. A.*, Dictionnaire Biographique du Clergé Canadien-Français I [Montréal 1910], 316), 1 Oct. 1674 fit ep. eccl.ae Quebecen., quae illa d. noviter erecta fuit (AC 22 f. 168), resignavit eccl.ae Quebecen. ante 7 Iul. 1687 (AC 23 f. 206'), ob. 6 Maii 1708, et causa eius beatificationis a. 1890 initiata est *(Allaire*, l. c.). A nonnullis minus accurate vocatur „Franciscus Laval de Montmorency".

Pharaonen.

1) A. 1594: Eccl. cathedr., olim in civitate Silven. sed nunc in civitate Pharaonen., Assumptioni B. M. V. dicata archiepi Eboren. suffr. est, in ea sunt 7 dign., 11 can.tus, et 6 dimidii can.tus, valor ann. fr. mens. epalis 15000 scut., gravatur pens.bus 3050 scut., taxa 400 flor. (AM 51 f. 433).

2) Nomin. r. cath. Portugalliae, promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 42'); pbr. Elboren., aet. 40 an., mag. artium et theol., olim can. in eccl. Elboren. deinde archidiac. in eccl. Egitanien. (AM 51 f. 433), deput. inquisitor gen. regni Lusitaniae 4 Iul. 1616 (S. Br. 538 f. 134), resignavit eccl.ae Pharaonen., deinde ob. Ulixbonae 20 Ian. 1628 *(de Almeida F.*, História da Igreja em Portugal III pars II [Coimbra 1917], 894).

3) Nomin. r. cath., reserv. aliae quinque pens.nes novae, salvis tamen pens. antiquis, in litteris exprimendae, non exced. . . . . 3am fr. (AM 38 f. 237); nat. Ulixbonae, pbr., iur. can. bacc., olim rector universitatis Colimbrien. (P. Cons. 7 f. 412).

4) Nomin. r. cath., absolv. a vinc. Leirien., promovetur cum ret. compat., et c. decr. . . . . 100 cruciatorum repar. cathed. et dom. epalis, reserv. pens. usque ad 4am partem fructuum pro pers. nominandis, computatis in eis antiquis (AV 17 f. 100), ob. m. Maio 1633 (P. Cons. 34 f. 109).

5) Nomin. r. cath., c. decr. . . . . 1000 repar. cathed. et erig. sem. et mont. piet., reserv. pens. 150 cruciatorum pro Ludovico Meneses (AC 17 f. 119); nat. in oppido de Serpa dioec. Eboren., iur. can. doct., can. in eccl. Visen. (P. Cons. 34 f. 100); ob. Ulixbonae 4 Nov. 1649 (*de Almeida*, l. c., 896), et deinde propter difficultates inter regnum Portugalliae et S. Sedem non habentur epi Pharaonen. a S. Sede confirm. usque ad Franciscum II Barreto 19 Ian. 1671 (AC 22 f. 70').

Pharen.

1) A. 1635: Civitas Pharen. in ins. eiusdem nominis in provincia Dalmatiae sub dominio temporali reipublicae Venetiarum habet eccl. cathedr. S. Stephano dicatam et archiepo Spalaten. suffr., in qua sunt 12 can., inter quos 3 dign., valor ann. fr. mens. epalis 2000 duc. illarum partium (P. Cons. 33 A. ff. 570–571') taxa 33⅓ flor. (Index Processuum Datariae II).

2) Ob. circa m. Dec. 1633 (P. Cons. 33 A. f. 592).

3) Promovetur c. disp. . . . . gradus et c. decr. . . . . repar. cathedr., instr. supellect., et erig. sem. (AC 17 f. 90); nat. in civitate Pharen., aet. circ. 60 an., parochus eccl. S. Antonii Venetiis (P. Cons. 33 A. f. 569'), cons. Romae ab em. Iulio card.le Sacchetto 4 Mart. 1635 (Misc. Arm. XIII 33 f. 190).

4) Dies huiusmodi translationis in actis consist. non invenitur. Iuxta *Farlati* (Illyricum Sacrum IV, 275) absolv. a vinc. Caprularum et tr. ad Pharen. a. 1644 XIV Kalendas Decembris. Certe fuit non post 20 Mart. 1645 (cf. Caprularum), et non ante m. Nov. 1644, cum dicto mense formatus fuisset processus apost. (P. Cons. 45 f. 474 seq.).

5) Reserv. pens. 400 scut. pro pers. nominandis (AC 21 f. 151); nat. in civitate Tragurien., mag. theol., can. in eccl. Tragurien. (P. Cons. 65 f. 545'), tr. ad eccl. Tragurien. 27 Apr. 1676 (AC 22 f. 202). Manu propria subscripsit ut supra (P. Cons. 65 f. 548) et a nonnullis „de Andreis" nuncupatur.

Philadelphien.

1) Iuxta supradictum Indicem Sedium Tit. tres habentur eccl.ae tit. Philadelphien.: in Lydia, quae hodie Philadelphien. vocatur, in Arabia, et in Isauria, quae etiam nunc Philadelphen. vocatur.

2) Deput. suffr. Eystetten. ad pontif., assign. ei pens. ann. 300 flor., cum ret. can.tus et praebendae in coll. eccl. Comburgen. dioec. Helipolen. *[Herbipolen.?]* (AC 13 f. 175); a. 1608 fit vic. gen. epi Eystetten., ob. 28 Iun. 1611 (*Schlecht J.*, Reihenfolge der Eichstätter Weihbischöfe in Sammelblatt des Eichstätter hist. Vereins XI [1896], 129).

3) Abb. mon. S. Genovefae, O. C. S. Aug., in Monte Parisien., deput. coadi. c. f. s. Laudunen., c. decr. . . . . loc. success., et cum

ob. Marci	**Georgius** Resch al. Rösch, fit suffr. Eystetten.[4])	16 Iul.	1612	AV 15 f. 93
certo modo	**Franciscus** de la Vallette Cornusson, fit coadi. c. f. s. Vabren.[5])	8 Ian.	1618	AV 15 f. 160
certo modo	**Petrus** de Camelin, fit coadi. c. f. s. Foroiulien.[6])	21 Iun.	1621	AV 16 f. 18'
certo modo	**Michael** Dalmeras, fit coadi. c. f. s. Vasionen.[7])	23 Oct.	1623	AM 98 f. 851
certo modo	**Eustachius** de Chery, fit coadi. c. f. s. Nivernen.[8])	26 Sept.	1633	AC 17 f. 49
certo modo	**Toussaint** de Forbin-Janson, fit coadi. c. f. s. Dignen.[9])	5 Iul.	1655	AC 19 f. 265'
certo modo	**Dominicus** de Ligny, fit coadi. c. f. s. Melden.[10])	13 Ian.	1659	AC 20 f. 66
certo modo	**Daniel** Delphinus (Delfino), fit coadi. c. f. s. Aquilegien.[11])	22 Febr.	1659	S. Br.

Philippen(sis) (Philippi) in Macedonia secunda, tit., metrop.

certo modo	**Albertus** ab Austria, S. R. E. card., fit coadi. c. f. s. Toletan.[1])	7 Nov.	1594	AC 13 f. 44'
certo modo	**Ioannes** Zamoisky, O. S. B., fit suffr. Plocen.[2])	30 Aug.	1595	AV 13 f. 65'
cess. card. ab Austria	**Ferdinandus** Niño de Guevara, S. R. E. card.[3])	27 Sept.	1599	AC 13 f. 129
tr. card. Ferd. ad Hispalen.	**Sasboldus** Vosmerus (**Sasbout** Vosmeer)[4])	9 Sept.	1602	AC 13 f. 171
ob. Sasboldi	**Philippus** Rovenius, vic. apost. Hollandiae[5])	17 Aug.	1620	AV 15 f. 184'
certo modo	**Balduinus** Catzius (Cats), fit vic. apost. Hollandiae[6])	31 Maii	1662	S. Br.

---

rét. dicti mon. (AV 15 f. 47); successit epo Laudunen. m. Mart. 1612 (cf. Laudunen.). Apud AM 97 f. 900 dicitur: eccl. Philadelphien. in Syria sive Arabia.

[4]) Deput. suffr. Eystetten. ad pontif., assign. ei pens. ann. 300 flor. (AV 15 f. 93); nat. in loco Dillingen dioec. Augustan., a. 1602 in ord. pbr., phil. mag., can. eccl. Augustan. (P. Cons. 12 f. 604'), ob. 30 Nov. 1634 (*Schlecht*, l. c., 130). Vocatur etiam „Rösch" (l. c., f. 610), et eccl. vocatur Philadelphien. in provincia Lydiae sub metrop. Sardian. (AM 98 f. 393).

[5]) Deput. coadi. c. f. s. Vabren. de consensu regis xmi, c. decr. . . . . loc. success., c. disp. . . . . sacr. ord. et aet., cum ret. compat., assign. ei pens. ann. 300 scut. (AV 15 f. 160); cler. Ruthenen. dioec., in 27 suae aet. a. et 4 ordinibus min. const., theol. mag., Francisci [eiusdem nominis] epi Vabren. ex fratre nepos (AM 98 f. 292), d. 10 Febr. 1618 conc. ei facultas se promoveri faciendi ad ord. sacros extra tempora (S. Br. 557 f. 98), successit epo Vabren. Eccl. vocatur Philadelphien. in Arabia (AM 98 f. 292).

[6]) Deput. coadi. c. f. s. Foroiulien., c. decr. . . . . loc. success. (AV 16 f. 18'); successit epo Foroiulien. m. Iun. 1637 (cf. Foroiulien.). Eccl. vocatur Philadelphien. in Arabia (AM 97 f. 668).

[7]) Pbr., decan. coll. eccl.ae oppidi de Grignano, theol. mag., aet. circ. 36 an., per multos annos agens gen. cleri Galliae, fit ep. Philadelphien. „in Syria" et deput. coadi. c. f. s. Vasionen., cum ret. dicti decanatus tempore coadiutoriae et compat. ad vitam (AM 98 f. 851); successit epo Vasionen. 13 Dec. 1629.

[8]) Deput. coadi. c. f. s. Nivernen. ad nomin. r. xmi, c. decr. . . . . loc. success., et 1000 libr. Turonen. repar. cathedr., et c. decr. . . . . vac. can.tus et praebenda, quos nunc obtinet, cum factus fuerit locus successioni (AC 17 f. 49); successit epo Nivernen. 17 Iun. 1643.

[9]) Deput. coadi. c. f. s. Dignen., assign. ei pens. ann. 1100 libr. Turonen. super fructibus mensae epalis Dignen. (AC 19 f. 265'); successit epo Dignen. a. 1664 (cf. Dignen.). Apud AM 41 f. 36 consist. huius promotionis erronee ponitur sub d. 31 Iul. 1655.

[10]) Deput. coadi. c. f. s. Melden., assign. ei pens. ann. 2000 libr. Turonen., c. decr. . . . . loc. success. (AC 20 f. 66); subdiac. Parisien. iur. can. lic., aet. 39 an. [m. Ian. 1658], nomin. r. xmo 11 Iun. 1658 (P. Cons. 56 ff. 29, 36), successit epo Melden. 16 Maii 1659 (cf. Melden.).

[11]) Per breve apost. d. 22 Febr. 1659 fit ep. Philadelphien. et deput. coadi. c. f. s. Aquilegien. etc. (cf. Aquilegien.).

Philippen.

[1]) Deput. coadi. c. f. s. Toletan. c. decr. . . . . loc. success., et facta successione reserv. pens. nova ann. duc. 20000, salvis antiquis, pro pers. a S.mo nominandis et regi cath. gratis, et cum ret. omnium, quae Albertus obtinet (AC 13 f. 44'); 3 Mart. 1577 creatus S. R. E. card. (*Eubel* III², 45) et, mortuo Gaspare archiepo card.le Toletan. 12 Nov. 1594, Albertus ei successit. Tamen nunquam cons. fuit. Nam 3 Maii 1595 munus cons. fuit prorogatum ad biennium, et 10 Apr. 1597 et 20 Maii 1598 ulterius prorogatur idem munus cons. (S. Br. 355 f. 150 et 359 f. 13), et Albertus vocatur admin. perpetuus Toletan. dum de facto fuit gub. et capitaneus gen. Belgii; dimisit eccl. Toletan. m. Iul. 1598.

[2]) Deput. suffr. epi Plocen. cum ret. redditus 120 duc. super abbatia S. Adalberti, O. S. B., in civitate Plocen. (AV 13 f. 65'); 20 Nov. 1595 conc. Ioanni Zamoisky, electo Philippen., prorogatio 3 mensium ultra tempus a sacris canonibus praescriptum ad capiendum munus cons.nis (S. Br. 234 f. 71). In actis consist. tantum Ioannes, monachus professus et abb. O. S. B., vocatur.

[3]) Promovetur cum ret. compat. (AC 13 f. 129); praeses eccl.ae Granaten., card. iam 5 Iun. 1596 (cf. S. R. E. card. I, 16), tr. ad eccl. Hispalen. 30 Apr. 1601.

[4]) Promovetur c. decr. . . . . non pontif. nisi in insulis Hollandiae et Zeelandiae, et cum cond. iur. (AC 13 f. 171); cons. Romae a rev.mo Simeone card.le Tagliavia, epo Albanen., 22 Sept. 1602 (Misc. Arm. XIII 33 f. 111), vic. apost. Hollandiae (cf. infra), ob. Coloniae 3 Maii 1614 (ex litteris nuntii apost. ad Belgium, Guidonis Bentivoli, archiep. Rhodien., ad Scipionem card.lem Burghesium, secr. status Pauli V, Bruxellis 17 Maii 1614, Borghese II 99 f. 325'); istae litterae editae sunt a *Cornelissen J. D. M.*, Romeinschen Bronnen voor den Kerkelijken Toestand der Nederlanden onder de Apostolische Vicarissen 1592—1727, I (1592—1651) ['S-Gravenhage 1932], 195. D. 2 Apr. 1594 adhuc non vocatur vic. apost. Hollandiae et 28 Nov. 1595 expresse vic. apost. Hollandia nominatur (*Cornelissen*, l. c., 32, 44); de eo cf. *Nieuw Nederlandsch Biografisch Woordenboek* IV [Leiden 1918], col. 1420—1426.

[5]) Promovetur c. ind. . . . . pontif. in provinciis Hollandiae aliisque locis eiusdem provinciis finitimis, et cum ret. praeposituræ Oldenzalien., quam obtinet, in dioec. Daventrien. (AV 15 f. 184'); nat. in dioec. Daventrien., pbr. ab a. 1599, lic. theol. Lovanii 10 Maii 1604 (litt. testim., P. Cons. 16 f. 336'), fit vic. apost. Hollandiae 11 Oct. 1614 (breve, S. Br. 512 f. 288); ob. Ultraiecti 10 al. 11 Oct. 1651 (*Nieuw Nederlandsch* etc. IV, col. 1172—1177).

[6]) Per breve apost. 31 Maii 1662 „Balduinus Catzius", pbr. Ultraiecten. dioec., promovetur ad eccl. metrop. Philippen. certo modo vacantem cum facultate suscipiendi munus cons.nis a rev.mo nuntio apost. Coloniae (S. Br. 1256 f. 12 seq.), et eadem d. deput. vic. apost. in Hollandia illique foederatarum provinciarum partibus, quae ab haereticis occupantur (S. Br. 1257 f. 642); oriundus ex civitate Gorcomen. Ultraiecten. dioec., aet. circ. 60 an., theol. lic. Lovanii m. Sept. 1634, ib. deinde praeses collegii Hollandici, provicarius totius dioec. Harlemen. creatus circa a. 1652 (ex testimonio personarum fide et scientia dignarum in processu inquisitivo apud S. Br. 1256 f. 15 seq.); ob. Lovanii 18 Maii 1663 (*Nieuw Nederlandsch* etc. IV, col. 405—406).

Philippopolitan(a) (**Philippopolis**) in partibus infidelium.[1])

certo modo	**Henricus** de Villars, fit coadi. c. f. s. Viennen.[2])	30 Aug. 1655	AC 19 f. 268'

Pictavien(sia) (**Poitiers**) in Gallia.[1])

ob. Godefridi de Saint-Belin	**Henricus Ludovicus** Castaneus (Chasteigner de la Rocheposay)[2])	19 Mart. 1612	AV 15 f. 88
ob. Henrici Ludovici	**Gilbertus** de Clerambault de Palluau[3])	1 Apr. 1658	AC 20 f. 41'

Pientin(a) (**Pienza**) in Italia.[1])

ob. Francisci Piccolomini	**Gioia** Dragomanni, olim ep. Montis Pilosi[2])	15 Dec. 1599	AC 13 f. 134
ob. Gioiae	**Scipio** Pannocchieschi d'Elci[3])	28 Iul. 1631	AC 16 f. 372
tr. Scipionis ad Pisan.	**Hippolytus** Borghese, ep. Ilcinen.[4])	1 Sept. 1636	AC 17 f. 122
ob. Hippolyti	**Ioannes** Spennazzius (Spennazzi)[5])	5 Oct. 1637	AC 17 f. 143'
ob. Ioannis	**Iucundus** Turamini[6])	31 Mart. 1664	AC 21 f. 54
ob. Iucundi	**Ioannes** Checonius (Checconi)[7])	11 Nov. 1665	AC 21 f. 104

Pisan(a) (**Pisa**) in Italia, metrop.[1])

ob. Caroli Pozzi	**Salustius Taurusius** (Tarugi), ep. Montis Politian.[2])	1 Oct. 1607	AV 15 f. 398'
ob. Salustii	**Franciscus** Bonciani[3])	6 Nov. 1613	AV 15 f. 109'
ob. Francisci	**Iulianus** Medices (de' Medici)[4])	15 Iun. 1620	AV 15 f. 183'
ob. Iuliani	**Scipio** Pannocchieschi d'Elci, ep. Pientin.[5])	3 Mart. 1636	AC 17 f. 114'
libera dim. Scipionis	**Franciscus** Pannocchieschi d'Elci[6])	27 Aug. 1663	AC 21 f. 25'

Philippopolitan.

[1]) Iuxta praedictum Indicem hodie duae habentur eccl. tit. Philippopolitan.: in Thracia, quae est *metrop.*, et in Arabia sub metrop. Bostren.

[2]) Deput. coadi. c. f. s. Viennen. in Delphinatu c. decr. . . . . loc. success. (AC 19 f. 268'); nomin. r. xmo 28 Febr. 1653 (P. Cons. 53 f. 246), successit archiepo Viennen. a. 1662. Hoc in loco eccl. vocatur Philippolitan.

Pictavien.

[1]) A. 1612: Eccl. cathedr. est S. Petro dicata et archiepi Burdegalen. suffr., in ea sunt 8 dign. et 24 can., taxa 2800 flor. (AM 98 f. 354).

[2]) Nomin. r. xmo, promovetur cum ret. mon.orum S. Cypriani et de Nantolio, O. S. B., dioec. Pictavien. (AV 15 f. 88); aet. circ. 30 an., in ord. diac. (AM 98 f. 454), ob. 30 Iul. 1651. Apud AV 15 f. 88 minus accurate vocatur tantum „Ludovicus". Post mortem Henrici Ludovici Antonius card. Barberinus, qui ex Roma in Galliam confugerat, ut se subtraheret Innocentii PP. X auctoritati, et irae, a Ludovico XIV, rege Galliae, ep. Pictavien. nomin. fuit 16 Aug. 1652, sed a S. Sede non fuit confirm. et a. 1657 a rege xmo ad eccl. Rhemen. tr. (*Gallia Christiana* II col. 1208).

[3]) Promovetur cum ret. compat., necnon monasteriorum de Morimonte, de Lignes, alias de Gardo, et de Brolio Arbaudi Cathaulaunen., Bolonien., et Lucionen. dioecesium etc., reserv. una pens. 6000 libr. Turonen. pro Godefredo de Luignes et altera 3000 libr. Turonen. pro Carolo Broglio, clericis (AC 20 f. 41'); ex loco „Palluau" dioec. Lucionen., aet. 46 an. [m. Oct. 1657], pbr., iur. can. doct. Parisien. (P. Cons. 55 f. 402), nomin. r. xmo 1 Sept. 1657 (l. c. ff. 406', 409), ob. 3 Ian. 1680.

Pientin.

[1]) D. 23 Maii 1594 S.mus D. N. eccl.as Pientin. et Ilcinen. ad invicem unitas separavit et ipsam unionem dissolvit, voluitque cuilibet ex dictis eccl. suum assignari epum (AC 13 f. 40). A. 1631: Valor ann. fr. mens. epalis 1500 scut. illarum partium, taxa 100 flor. (Index Processuum Datariae III).

[2]) Reserv. pens. ann. scut. 500 pro pers. nominandis, promovetur cum ret. compat.; in cedula declaratur circa pens. antiquam, quae est super epatibus Pientin. et Ilcinen., olim invicem unitis, quatenus valida sit, et pro qua rata solvi debeat ab epo Pientin. (AC 13 f. 134).

[3]) Nob. Senen., utr. sign. ref., in ord. subdiac., diac., et pbr. ab epo Montis Alti dd. 29 Apr., 1, 3 Maii 1629 (litt. testim. apud P. Cons. 29 f. 285').

[4]) Absolv. a vinc. Ilcinen., c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem., reserv. pens. ann. 200 scut. pro pers. nominandis (AC 17 f. 122).

[5]) Reserv. pens. ann. 200 scut. pro pers. nominandis (AC 17 f. 143'); nat. in civitate Senen., aet. 40 an., iur. utr. doct. (P. Cons. 30 f. 558'), ob. m. Aug. 1658. Apud AC 17 f. 143' erronee „Spannochius" cognominatur.

[6]) Promovetur cum ret. compat. (AC 21 f. 54).

[7]) Reserv. pens. ann. 100 scut., salvis antiquis, pro pers. nominandis (AC 21 f. 104); nat. Senis, pbr., iur. utr. doct. (P. Cons. 64 f. 451'), ob. ante 17 Sept. 1668 (AC 21 f. 216').

Pisan.

[1]) A. 1636: Valor ann. fr. mens. epalis 9000 scut., gravatur variis pens.bus 3000 scut., taxa 805 1/3 flor. (Index Processuum Datariae III).

[2]) Reserv. pens. ann. scut. Roman. 2000 pro pers. nominandis, salvis pens. antiquis, absolv. a vinc. Montis Politian., conc. ei pallium 26 Nov. 1607 (AV 15 ff. 38', 40), ob. 10 Aug. 1613 iuxta computationem hodiernam et non morem *Pisanum* (ex epitaphio apud *Cappelletti* XVI, 207).

[3]) Archidiac. in eccl. Florentin., reserv. pens. ann. 2000 scut. Roman. ut supra (AV 15 f. 109'); cons. Romae a rev.mo Octavio card.le Bandino 10 Nov. 1613 (Misc. Arm. XIII 33 f. 138).

[4]) Pbr. ac nob. Florentin., promovetur cum ret. compat., conc. ei pallium 6 Iul. 1620 (AV 15 ff. 183', 184), ob. 6 Ian. 1635 (ex epitaphio apud *Cappelletti* XVI, 213).

[5]) Absolv. a vinc. Pientin., c. decr. . . . . prof. fidei, conc. ei pallium 7 Apr. 1636 (AC 17 ff. 114', 116); fit card. in pectore 9 Apr. 1657 sed non publicatur nisi 29 Apr. 1658 (cf. S. R. E. card. VII, 7).

[6]) Bas. S. Petri can. et S.tis S. cubic. intimus, promovetur c. disp. . . . . sacr. ord. et cum ret. compat.; ipsi vero card.li cedenti praeter omnia, quae obtinet, reserv. ius conferendi in 8 mensibus reservatis etc., conc. ei pallium 12 Nov. 1663 (AC 21 ff. 25', 30), ob. a. 1702 (ex epitaphio apud *Cappelletti* XVI, 216).

Pisauren(sis) (**Pesaro**) in Italia.[1])

ob. Caesaris de Benedictis	**Bartholomaeus** de Gregoriis, O. M. Obs.[2])	15 Iun. 1609	AV 15 f. 58'
ob. Bartholomaei	**Malatesta** Baleonus (Baglioni)[3])	16 Iul. 1612	AV 15 f. 93
tr. Malat. ad Assisien.	**Ioannes Franciscus** Passionei, ep. Callien.[4])	27 Nov. 1641	AC 18 f. 74
ob. Ioannis Francisci	**Ioannes Lucidus** Palumbara (Palombara)[5])	1 Apr. 1658	AC 20 f. 41
ob. Ioannis Lucidi	**Alexander** Diotallevi, O. C. R. Lat.[6])	3 Oct. 1667	AC 21 f. 173

Pistorien(sis) (**Pistoia**) et **Praten(sis)** (**Prato**) [ab a. 1653] in Italia.[1])

cess. Octavii Albiosi	**Fulvius** Passerini, ep. Avellin.[2])	19 Apr. 1599	AC 13 f. 115'
ob. Fulvii	**Alexander** Caccia[3])	3 Iul. 1600	AC 13 f. 142'
ob. Alexandri	**Franciscus** Nerlius (Nerli)[4])	14 Febr. 1650	AC 19 f. 169'
tr. Franc. ad Florentin.	**Ioannes** Gerini, ep. Volaterran.[5])	22 Sept. 1653	AC 19 f. 235'
ob. Ioannis	**Franciscus** Rinuccini[6])	28 Aug. 1656	AC 19 f. 282'

Placentin(a) (**Piacenza**) in Italia superiori.[1])

ob. Philippi card. Sega († 29-I-1596)	**Claudius** Rangonius (Rangoni)[2])	2 Dec. 1596	AC 13 f. 70
ob. Claudii	**Ioannes** Linati, ep. Burgi S. Domnini[3])	13 Ian. 1620	AV 15 f. 179
ob. Ioannis	**Alexander** Scappi, ep. Campanien.[4])	17 Maii 1627	AC 16 f. 186'
ob. Alexandri	**Iosephus** Zandemaria[5])	9 Nov. 1654	AC 18 f. 256'

Pisauren.

[1]) A. 1612: Eccl. cathedr. est Assumptioni B. M. V. dicata et archiepi Urbinaten. suffr., in ea sunt 2 dign. et 10 can., valor ann. fr. mens. epalis circ. 3000 scut. illarum partium, gravatur pens.ne ann. 700 scut. seu duc., taxa 300 flor. (AM 98 f. 394).

[2]) Reserv. pens. ann. scut. Roman. 500 pro pers. nominandis, salvis pens. antiquis (AV 15 f. 58'); ex loco S. Georgii Fanen. dioec., theologiae professor (AM 98 f. 334).

[3]) In sacris ordinibus sed tantum ante sex menses const., salvis pens. antiquis, promovetur cum ret. compat. (AV 15 f. 93); ex praeclara familia Perusin., aet. 32 an., utr. sign. ref. (AM 98 f. 394), cons. Romae a rev.mo Petro Paulo card.le Crescentio 25 Iul. 1612 (Misc. Arm. XIII 33 f. 134').

[4]) Absolv. a vinc. Callien., reserv. pens. ann. 600 scut. Roman. pro pers. nominandis (AC 18 f. 74), ob. m. Aug. 1657 (P. Cons. 55 f. 439).

[5]) Promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., reserv. pens. ann. 350 scut. pro pers. nominandis (AC 20 f. 41); nat. Romae prope eccl.am S. Marci, aet. 40 an. et ultra, adhuc cler. [d. 14 Mart. 1658], iur. utr. doct., utr. sign. ref. (P. Cons. 55 f. 433'), ob. Romae 25 Nov. 1666 (*Galletti* in Vat. Lat. 7900 f. 104).

[6]) Ob. ante 11 Ian. 1677 (AC 22 f. 218').

Pistorien. et Praten.

[1]) A. 1599: Civitas Pistorien. in Etruria habet eccl. cathedr. S. Zenoni dicatam et archiepi Florentin. suffr., in qua sunt 5 dign. et 11 can., valor ann. fr. mens. epalis scut. 3500, gravatur pens.ne ann. 500 scut., taxa 400 flor. (AM 52 f. 470). D. 22 Sept. 1653: S.mus D. N. oppidum Praten. in civitatem et coll. eccl.am S. Stephani in eo sitam in cathedralem erexit, et eccl.am sic erectam aeque principaliter perpetuo univit eccl.ae Pistorien. (AC 19 f. 235', et cedula consist. apud S. Br. 1133 f. 593).

[2]) Absolv. a vinc. Avellin., salvis pens. antiquis, reserv. pens. ann. 1200 scut. auri pro Octavio cedente, et eidem assign. altera quoque pens. 900 scut. super fructibus eccl.ae Avellin., Romae solvenda, et cum ret. compat. pro utroque epo (AV 14 f. 29).

[3]) Archidiac. Florentin., salvis pens. antiquis (AC 13 f. 142'); cons. Romae a rev.mo Alexandro card.le de Medicis 9 Iul. 1600 (Misc. Arm. XIII 33 f. 104), ob. 4 Sept. 1649 (ex epitaphio apud *Cappelletti* XVII, 134).

[4]) Brevium secretorum ad principes secr., promovetur c. disp. . . . . sacr. ord. et cum ret. compat., reserv. pens. ann. 800 scut. Roman. pro pers. nominandis (AC 19 f. 169'); nat. Florentiae, aet. ultra 50 annum, pbr. sed non a sex mensibus [m. Ian. 1650], utr. sign. ref. (P. Cons. 50 f. 175).

[5]) Absolv. a vinc. Volaterran., reserv. pens. ann. 600 scut. Roman. pro pers. nominandis, c. decr. . . . . erig. theol., poenit., et sem. in civitate Praten. (AC 19 f. 235'), ob. 18 Maii 1656 (ex epitaphio apud *Cappelletti* XVII, 170).

[6]) Reserv. pens. ann. 600 scut. pro pers. nominandis (AC 19 f. 282'); nat. Florentiae, pbr., iur. utr. doct. (P. Cons. 55 f. 445' seq.), cons. Romae ab em. Federico card.le Sfortia 10 Sept. 1656 (Misc. Arm. XIII 33 f. 228), ob. a. 1678 (ex epitaphio apud *Cappelletti* XVII, 171).

Placentin. in Italia.

[1]) A. 1620: Eccl. cathedr. est B. Virgini dicata et praetenditur Sedi Apost. immed. subi., in ea sunt 6 dign. et 24 can., valor ann. fr. mens. epalis 10000 scut. illarum partium, super fructibus habetur pens. antiqua 500 scut., taxa 500 flor. (AM 98 f. 311).

[2]) Utr. sign. ref., promovetur c. disp. . . . . sacr. ord., reserv. pens. nova ann. scut. 500 pro rev. D. Hieronymo Agucchio, salvis pens. antiquis (AC 13 f. 70).

[3]) Absolv. a vinc. Burgi S. Domnini, reserv. pens. ann. scut. 4000 pro pers. a. S.te S. nominandis, et cum ret. compat. (AV 15 f. 179), ob. 2 Apr. 1627 (ex epitaphio apud *Cappelletti* XV, 52).

[4]) Sedis Apost. nunt. apud Helvetios, absolv. a vinc. Campanien. et Satrianen., reserv. pens.nes exprimendae pro pers. nominandis (AC 16 f. 186'), ob. a. 1650.

[5]) Promovetur cum ret. compat. (AC 19 f. 256,); nat. Parmae, pbr., iur. utr. doct., can. eccl. Parmen. (P. Cons. 53 f. 292), ob. 6 Apr. 1681.

Placentin(a) (Plasencia) in Hispania.[1])

ob. Ioannis Ochoa	**Petrus** Gonzalez de Azevedo, ep. Aurien.[2])	5 Dec. 1594	AC 13 f. 46
ob. Petri	**Henricus** Enríquez, ep. Oxomen.[3])	21 Iun. 1610	AV 15 f. 69'
ob. Henrici	**Sanctius** Davila et Toledo, ep. Seguntin.[4])	11 Iul. 1622	AV 16 f. 37
ob. Sanctii	**Franciscus** de Mendoza et Ribera, ep. Malacitan.[5])	27 Ian. 1627	AC 16 f. 172'
libera cess. Francisci	**Christophorus** de Lobera et Torres, ep. Corduben[6])	2 Dec. 1630	AC 16 f. 347'
ob. Christophori	**Placidus** Pacheco, ep. Gadicen.[7])	18 Iul. 1633	AC 17 f. 44'
ob. Placidi	**Didacus** de Arce et Reynoso, ep. Abulen.[8])	8 Oct. 1640	AC 18 f. 26'
libera dim. Didaci	**Ioannes** Coello de Sandoval et Rivera, ep. Zamoren.[9])	11 Dec. 1652	AC 19 f. 220'
ob. Ioannis	**Franciscus** Guerra, ep. Gadicen.[10])	3 Apr. 1656	AC 19 f. 279
ob. Francisci	**Ludovicus** Crespi de Borja, ep. Oriolen.[11])	2 Sept. 1658	AC 20 f. 56'
ob. Ludovici	**Alphonsus** Enríquez de S. Thomae, ep. Oxomen.[12])	28 Ian. 1664	AC 21 f. 44
tr. Alph. ad Malacitan.	**Didacus** Riquelme et Quiros, ep. Oveten.[13])	23 Febr. 1665	AC 21 f. 88

Plata (de) (**La Plata, Charcas**) in America meridionali (Bolivia), metrop.[1])

ob. Alphonsi de la Cerda	**Alphonsus** Ramirez de Vergara[2])	17 Iun. 1594	AC 13 f. 41'
ob. Alphonsi	**Ludovicus** Lopéz de Solís, ep. de Quito[3])	18 Iul. 1605	AC 14 f. 12
ob. Ludovici	**Didacus** de Zambrana, ep. el. de Pace[4])	14 Ian. 1608	AV 15 f. 42
ob. Didaci	**Alphonsus** de Peralta[5])	14 Ian. 1609	AV 15 f. 54'
ob. Alphonsi	**Hieronymus** de Tiedra, O. P.[6])	14 Nov. 1616	AV 15 f. 146'
ob. Hieronymi	**Ferdinandus** Arias de Ugarte, archiep. S. Fidei[7])	15 Apr. 1624	AV 17 f. 24'
tr. Ferd. ad Liman.	**Franciscus** de Sotomayor, ep. de Quito[8])	5 Iun. 1628	AC 16 f. 247'
ob. Francisci	**Franciscus** de Borja, O. S. B[9])	9 Iul. 1635	AC 17 f. 95'
ob. Francisci	**Petrus** de Oviedo, ep. de Quito[10])	21 Aug. 1645	AC 19 f 45'
. . . .	**Ioannes Alphonsus** de Ocón, ep. Cuschen.[11])	17 Iul. 1651	AC 19 f. 194'
ob. Ioannis	**Gaspar** de Villaröel, ep. de Arequipa[12])	27 Ian. 1659	AC 20 f. 68

Placentin. in Hispania.

[1]) A. 1610: Eccl. cathedr. sub invocatione B. Mariae est suffr. archiepi Compostellan., in ea sunt 8 dign. et 16 can., valor ann. fr. mens. epalis 50000 duc., taxa 1800 flor. (AM 98 f. 417).

[2]) Absolv. a vinc. Aurien., reserv. pens. duc. 4600 pro pers. in cedula nominandis (AC 13 f. 46).

[3]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Oxomen., reserv. pens. duc. Hispan. 8000 pro pers. nominandis, salvis pens. antiquis, et cum ret. compat. (AV 15 f. 69').

[4]) Praesent. c. cath., absolv. a vinc. Seguntin., reserv. pens.nes novae, quae simul cum antiquis 3am partem fructuum non excedant, pro pers. nominandis (AV 16 f. 37).

[5]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Malacitan., reserv. pens. 23000 duc., salvis antiquis (AC 16 f. 172').

[6]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Corduben., reserv. pens. ann. 2000 duc. pro cedente et 13970 duc. pro pers. nominandis, comprehensis antiquis (AC 16 f. 347').

[7]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Gadicen., reserv. pens. 4180 duc., salvis antiquis, pro pers. nominandis (AC 17 f. 44'); 16 Iul. 1633 dispensatus fuit super defectu natalium (S. Br. 806 f. 509).

[8]) Absolv. a vinc. Abulen., reserv. pens. 1000 duc. Hispanicarum etc. ut supra (AC 18 f. 26'); nomin. r. cath. 24 Mart. 1640 (P. Cons. 38 f. 583), 18 Sept. 1643 fit inquis. Hispaniarum (S. Br. 916 f. 418).

[9]) Absolv. a vinc. Zamoren., reserv. pens. 5920 duc., computatis antiquis, pro pers. nominandis (AC 19 f. 220'); nomin. r. cath. 21 Iun. 1649 (P. Cons. 53 f. 319).

[10]) Absolv. a vinc. Gadicen., reserv. pens. 9920 duc. ut supra in n. 9 (AC 19 f. 279); nomin. r. cath. 29 Dec. 1655 (P. Cons. 53 f. 273).

[11]) Absolv. a vinc. Oriolen., reserv. pens. 11920 duc. ut supra (AC 20 f. 56'); nomin. r. cath. 26 Maii 1658 (P. Cons. 56 f. 326).

[12]) Absolv. a vinc. Oxomen., reserv. pens. 11220 duc. ut supra (AC 21 f. 44); nomin. r. cath. 15 Nov. 1663 (P. Cons. 65 f. 271). Apud AC 21 f. 44 vocatur „Ildephonsus“.

[13]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. Oveten., reserv. pens. 11220 duc. ut supra (AC 21 f. 88), ob. ante 17 Sept. 1668 (AC 21 f. 215).

Plata (de)

[1]) D. 30 Iul. 1609: S.mus D. N. divisit et separavit a provincia eccl.ae metrop. Civitatis Regum 5 eccl.as cathedr., videlicet de Plata, de Pace, de la Barranca [S. Crucis de Sierra], de Paraguay, et Tucumanen. et erexit in metrop.nam eccl. de Plata eique assignavit in suffraganeos epos reliquarum dictarum 4 eccl.arum cum archiepalis nominis denominatione et usu pallii (AC 14 f. 129'). A. 1616: Eccl. metrop. sub invocatione Conceptionis B. M. V. habet 5 dign. et 6 can., valor ann. fr. mens. archiepalis 25000 duc., taxa 33 1/3 flor. (AM 98 f. 367).

[2]) Can. magistralis in eccl. Malacitan., theol. lic., iam cathedraticus tam Compluti quam Salmanticae (AM 51 f. 412).

[3]) Absolv. a vinc. de Quito, transfertur c. decr. . . . . prof. fidei (AC 14 f. 12).

[4]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. eccl. de Pace, cuius adhuc non est adeptus possessionem (AV 15 f. 42).

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. . . . . prof. fidei (AV 15 f. 54').

[6]) Conc. ei pallium 28 Nov. 1616 (AV 15 f. 147); ex dioec. Salamantin. oriundus, mag. theol., O. P., concionator maiestatis cath., nunc consultor et qualificator S. Officii supremae Inquisitionis Hispaniae (AM 98 f. 367).

[7]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. S. Fidei, c. decr. . . . . prof. fidei, conc. ei pallium 29 Apr. 1624 (AV 17 ff. 24', 27).

[8]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. de Quito, conc. ei pallium 19 Iun. 1628 (AC 16 ff. 247', 250').

[9]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. . . . . cons. ab epo et 2 dign., conc. ei pallium 17 Sept. 1635 (AC 17 ff. 95', 99'); concionator in capella regia (P. Cons. 33 f. 726').

[10]) Absolv. a vinc. de Quito, c. decr. . . . . prof. fidei, conc. ei pallium 18 Sept. 1645 (AC 19 ff. 45', 48); nomin. r. cath. 14 Iun. 1645 (P. Cons. 45 f. 498'), ob. m. Oct. 1649.

[11]) Absolv. a vinc. Cuschen., c. decr. . . . . prof. fidei, conc. ei pallium 25 Sept. 1651 (AC 19 ff. 194', 196); nomin. r. cath. 2 Apr. 1651 (P. Cons. 53 f. 331). Hoc in loco vocatur „Ioannes Alonsus de Ocon“.

[12]) Praesent. r. cath., absolv. a vinc. de Arequipa, c. decr. . . . . prof. fidei, conc. ei pallium 17 Febr. 1659 (AC 20 ff. 68, 70'), ob. ante 15 Iul. 1669 (AC 22 f. 23).

Plocen(sis) (**Plock**) in Polonia.[1])

tr. Alberti ad Vladislavien.	**Martinus** Szyszkowski, ep. Luceorien.[2])	18 Iul. 1607	AC 14 f. 70'
tr. ad Cracovien.	**Henricus** Firleus (Firley), ep. Luceorien.[3])	9 Ian. 1617	AV 15 f. 149
tr. Henr. ad Gnesnen.	**Hieronymus** Cielecki[4])	16 Oct. 1624	AV 17 f. 39'
ob. Hieronymi	**Stanislaus** Lubienski, ep. Luceorien.[5])	30 Aug. 1627	AC 16 f. 202'
ob. Stanislai	**Carolus Ferdinandus** a Polonia[6])	9 Febr. 1643	AC 18 f. 138
ob. Caroli Ferd.	**Ioannes** Gembicki, ep. Culmen.[7])	11 Oct. 1655	AC 19 f. 271

Polaten(sis) v. **Pulaten(sis)**

Polen(sis) (**Pola**) in Histria.[1])

res. Claudii Sozomeno	**Cornelius** Sozomeno[2])	31 Aug. 1605	AC 14 f. 17'
ob. Cornelii	**Ubertus** Testa[3])	26 Mart. 1618	AV 15 f. 163
ob. Uberti	**Innocentius** Serpa, O. C. R. Lateranen.[4])	12 Febr. 1624	AV 17 f. 20
ob. Innocentii	**Rodulphus** Rodulphius Sfortia (Rodolfi-Sforza)[5])	3 Mart. 1625	AC 16 f. 56
ob. Rodulphi	**Iulius** Saraceni[6])	1 Mart. 1627	AC 16 f. 176'
ob. Iulii	**Marinus** Baduario, O. S. B.[7])	1 Iul. 1641	AC 18 f. 56'
ob. Marini	**Aloysius** Marcello, ep. Sibenicen.[8])	15 Dec. 1653	AC 19 f. 240
ob. Aloysii	**Gaspar** Cattaneo[9])	31 Iul. 1662	AC 20 f. 187'
ob. Gasparis	**Ambrosius** Fracassini, O. P.[10])	12 Mart. 1663	AC 21 f. 10'
ob. Ambrosii	**Bernardinus** Corneani[11])	11 Febr. 1664	AC 21 f. 46

Policastren(sis) (**Policastro**) in Italia inferiori.[1])

. . . .	**Philippus** Spinelli, fit archiep. Rhodien. et coadi. c. f. s.[2])	22 Apr. 1592	AC 13 f. 7'
tr. card. Spinelli ad Aversan.	**Hilarius** Cortesius (Cortesi), Theatin.[3])	10 Oct. 1605	AC 14 f. 19

Plocen.

[1]) A. 1624: Eccl. cathedr. sub invocatione S. Sigismundi habet 6 dign. et 18 can.tus, valor ann. fr. mens. epalis 5000 flor. Polonicorum, taxa 2000 flor. (AM 98 f. 427); archiepi Gnesnen suffr.

[2]) Supplic. r. Polon., absolv. a vinc. Luceorien. (AC 14 f. 70').

[3]) Supplic. r. Polon., absolv. a vinc. Luceorien., promovetur cum cond. iur. pro medietate (AV 15 f. 149).

[4]) Pbr. Posnanien., supplic. r. Polon., promovetur c. disp. . . . . gradus (AV 17 f. 39'), ob. 16 Apr. 1627.

